MONUMENTA PORTUGALIAE VATICANA

III-2

SÚPLICAS DO PONTIFICADO
DE MARTINHO V (ANOS 1-7)

Documentos publicados com introdução e notas

por

ANTÓNIO DOMINGUES DE SOUSA COSTA OFM

Professor na Universidade «Antonianum» de Roma

Editorial Franciscana

1982

MARTINHO V

(EL. 11 NOV., COR. 21 NOV. 1417, + 20 FEV. 1431)

SÚPLICAS

ANO PRIMEIRO

(21 NOV. 1417 – 20 NOV. 1418)

AV, REG. SUPPL., VOL. 105 A 118

1

1417, Novembro 21

Antão Martins, cónego de Lisboa, familiar pontifício, secretário de D. João I, rei de Portugal, e seu embaixador no concílio de Constança, pede o deado de Coimbra.

Reg. Suppl. 106, fl. 23.

Beatissime Pater. Cum olim postquam decanatus ecclesie Colimbriensis, qui dignitas maior post pontificalem in eadem ecclesia existit, per obitum quondam Roderici Laurentii, extra Romanam Curiam defuncti, vacaverit, de illo ut asseritur quondam Alvaro Alfonsi, ad ipsius decanatus possessionem admisso, et quibusdam Johanni Gunsalvi, pro rectore parrochialis ecclesie de Castellaãos Colimbriensis diocesis, ac Ludovico Pylot, pro scolastico Ulixbonensis ecclesiarum se gerentibus, diversarum litterarum auctoritate extiterit provisum et qui quidem Alvarus sedis apostolice prothonotarius existens, etiam extra dictam Curiam decessit, necnon Jo[hannes] et L[udovicus] omni iuri ipsorum cuilibet, in dicto decanatu vel ad illum quomodolibet competenti, in predicta Curia vel extra eam simpliciter vel ex causa permutationis cessisse vel renuntiasse dinoscuntur, supplicat S. V. devotus vir Antonius Martini, eiusdem ecclesie Ulixbonensis canonicus, eiusdem S. familiaris necnon devotissimi eiusdem S. ac sancte Romane Ecclesie filii Jo[hannis] Portugalie et Algarbii regis secretarius, quem ad hoc sacrum generale Concilium una cum aliis suis ambaxiatoribus destinavit, quatinus, etiam in quantum expediat huiusmodi cessiones seu renuntiationes admittendo, sibi de dicto decanatu qui etiam curatus et electivus est, cuius fructus, etc., ultra ducentarum librarum Turonensium parvorum absenti et in eo non residenti communi extimatione annuatim non valent, sive ex facto vel persona alicuius predictorum, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* aut per assecutionem alterius beneficii ecclesiastici, etiam apostolica auctoritate collati, seu per liberam resignationem etiam alicuius alterius in predicta Curia vel extra eam et coram publico notario ac testibus sponte vel per promotionem cuiusvis ad quamcumque cathedralem ecclesiam eadem auctoritate factas et munus consecrationis huiusmodi promoto impensum vacet et generaliter vel specialiter reservatus aut devolutus sit et ille, ex cuius facto ultimo vacavit, sedis apostolice capellanus, notarius, nuntius vel alias officialis, collector vel succollector, apostolicarum abbreciator vel earumdem seu Penitentiarie litterarum scriptor aut dicte sedis vel alicuius ex dominis cardinalibus familiaris etiam continuus commensalis fuerit et super eo inter aliquos lis, cuius statum habere placeat pro expresso, in predicta Curia vel extra eam pendeat indecisa, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod idem Antonius Ulixbonensis predicte et Elborensis ecclesiarum canonicatus et prebendas ac parrochialem ecclesiam sancti Johannis de Begia (1) Elborensis diocesis obtinet, quorum canonicatuum

et prebendarum ac parrochialis ecclesie predictorum fructus, etc., ultra centum monaginta librarum predicte monete absenti et in eis residenti simili extimatione annuatim non valent ac dispensatione super obtinendis duobus beneficiis incompatibilibus quoad vixerit et cum potestate permutandi, etc., necnon gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria eiusdem S. exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis, ut in forma.—*Fiat ut petitur. O.*

Datum Constantie, undecimo Kalendas Decembris, anno primo.

---

(1) No ms. *Bergia.*

2

1417, Novembro 22

Vasco Lourenço, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Queitide, da diocese de Coimbra, solicita a perpétua porção da igreja paroquial de Santa Maria de Monte-mor-o-Velho.

Reg. Suppl. 106, fl. 52v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Valascus Laurentii, rector parrochialis ecclesie sancte Marie de Queytide Colimbricensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de perpetua portione sine cura parrochialis ecclesie sancte Marie de Monte Maiori Veteri diocesis predicte, vacante ad presens per obitum Valasci Gumetii, extra Romanam Curiam defuncti, cuius, etc., fructus, etc., quindecim librarum importat. Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacet et generaliter vel specialiter reservata aut devoluta seu litigiosa sit, eidem V[alasco] dignemini misericorditer providere, non obstañ quod obtinet predictam parrochialem ecclesiam ac capellam vocatam Dominici Martini loci predicti Montis Maioris, quarum fructus, etc., viginti librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, et cum omnibus clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Constantie, decimo Kalendas Decembris, anno primo.

3

1417, Novembro 22

João Vasques, arcediago de Penela na igreja de Coimbra, pede a igreja paroquial de S. Tomé de Lisboa, vacante pelo ingresso na vida religiosa de Gomes Anes.

Reg. Suppl. 106, fl. 54v-55. Publicada por SOUSA COSTA, A. D. DE, *D. Gomes, reformador da abadia de Florença...*, em *Studia Monastica*, 5 (1963) 70, nota 28.

Beatissime Pater, vacante dudum parrochiali ecclesia sancti Thome Ulixboneñ per ingressum religionis Gometii Johannis et professionem in eadem religione per eum

emissam, quidam Fernandus Alfonsi, clericus Ulixbonensis, de eadem ecclesia auctoritate apostolica obtinuit sibi provideri, vigore cuius provisionis possessionem ipsius non extitit assecutus, sed ad laycalia vota aspirans, matrimonium contraxit cum quadam muliere per verba legitime de presenti. Supplicat igitur S. V. humiliter et devote dictus orator vester Johannes Valasci, archidiaconus de Penella in ecclesia Colimbriensi, quatinus sibi de parrochiali ecclesia predicta, cuius fructus, etc., centum et quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per professionem aut matrimonium predicta aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacet, et generaliter vel specialiter [fl. 55] reservata et devoluta sit et super ea inter aliquos lis, cuius statum hic dignemini habere pro expresso, in Romana Curia vel extra pendeat indecisa et ille, ex cuius persona ultimo vacavit, sedis apostolice cappellanus, notarius, nuntius vel ipsius aut alicuius ex dominis cardinalibus familiaris, etiam continuus commensalis, aut fructuum, etc., camere apostolice debitorum collector vel succollector fuerit, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod obtinet perpetuam portionem sine cura, tertianariam (1) nuncupatam (2), in eadem ecclesia Colimbriensi, cuius fructus, etc., viginti quinque librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa in cancellaria apostolica exprimenda. Paratus est enim dimittere archidiaconatum predictum quem obtinet, dum, etc. Et cum omnibus aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Constantie, decimo Kalendas Decembris, anno primo.

---

(1) No ms. *tertianaria.*
(2) No ms. *nuncupata.*

4

1417, Novembro 22

Vasco Fernandes, perpétuo porcionário da igreja paroquial de Santo Estêvão de Alenquer, solicita providências do papa quanto ao canonicato e prebenda de Coimbra, vacantes, entre outros motivos, pela promoção de D. Álvaro Afonso, outrora bispo eleito do Porto.

Reg. Suppl. 106, fl. 94-94v.

Beatissime Pater, cum devotus vester Valascus Fernandi, perpetuus portionarius in parrochiali ecclesia sancti Stephani de Ellanquerio *(sic)* Ulixbonensis diocesis, de canonicatu et prebenda ecclesie Colimbriensis, tunc per promotionem et muneris impensionem, etc., quondam domini Alvari Alfonsi, electi Portugalensis (1), vacaturis, apostolica fuerat auctoritate provideri mandatum, et de illis, tamquam per obitum quondam Dominici Petri vacantibus, auctoritate predicta per certas litteras obtinuerat provideri, per eum postmodum in vim litterarum super huiusmodi mandato confectarum dictorum canonicatus et prebende possessione adepta, et a nonnullis asseratur eosdem canonicatum et prebendam, alias quam in dictis litteris exprimitur, vacavisse et vacare de presenti, ne ipsum occasione predictorum canonicatus et prebende imposterum molestari contingat, supplicat S. V. dictus Valascus quatinus sibi oportune consulentes in premissis, litteras et provisionem

huiusmodi ac inde secuta quecumque rata habentes et grata, illa etiam perinde ac si dicti canonicatus et prebenda, alias quam ut prefertur, nullatenus vacavissent sive vacarent, valere (2) suumque effectum in omnibus et per omnia sortiri debere decernere et declarare, supplentes omnes defectus, si qui forsitan etiam alias intervenerint in eisdem. Et nichilominus ipsi Valasco de prefatis canonicatu et prebenda, quorum fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per obitum alicuius predictorum, extra Romanam Curiam defuncti, vel alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per promotionem dicti Alvari aut cuiusvis alterius ad quamcumque cathedralem ecclesiam auctoritate apostolica factam et munus consecrationis huiusmodi promoto apud sedem apostolicam vel extra dictam Curiam inpensum aut lapsum temporis de consecrandis episcopis, a canonibus diffiniti, vel assecutionem alterius beneficii ecclesiastici, auctoritate apostolica collati, liberam resignationem per aliquem ex dicti Valasci procuratoribus ad hoc propter certe obligationis per eum facte [fi. 94v] complementum constitutum, huiusmodi forsitan non extante complemento aut alicuius alterius in dicta Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, vacent et generaliter vel specialiter reservati, devoluti ac litigiosi sint, et ille, ex cuius persona ultimo vacarunt, eiusdem sedis capellanus, notarius, nuntius, seu alias officialis, collector vel succollector, apostolicarum abbreviator vel earumdem seu Penitentiarie litterarum scriptor aut dicte sedis vel alicuius ex dominis cardinalibus familiaris, etiam continuus commensalis, fuerit, de novo dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod idem V[alascus] quamdam perpetuam portionem in sancti Stephani predicta obtinet et super quadam perpetua portione in parrochiali sancte Marie de Turribus Veteribus dicte diocesis ecclesiis, quarum fructus, etc., viginti librarum Turonensium similium secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, litigat, ac gratia expectativa et aliis in cancellaria apostolica exprimendis et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Constantie, decimo Kalendas Decembris, anno primo.

---

(1) D. Álvaro Afonso, cónego de Lisboa, deão de Coimbra, perito em direito canónico, nomeado bispo do Porto por João XXIII em Setembro de 1413. Resignou no ano seguinte, por meio do cardeal de Lisboa, sendo então D. Fernando da Guerra, bispo de Silves, transferido para a sé do Porto. Foi também bispo eleito de Évora. Morreu em 1417. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 236, 407. SOUSA COSTA, A. D. DE, *Doutoramento em leis, na Universidade de Bolonha, de D. João Álvares, deão de Viseu, depois bispo de Silves*, em *Itinerarium*, 4 (1958) 342-380.

(2) No ms. *vallere*, com sinal de erro.

5

1417, Novembro 22

Pedido de Rodrigo Lopes, clérigo de Braga, sobre o canonicato e prebenda de Lisboa.

Reg. Suppl. 106, fl. 106.

Supplicat S. V. devotus vester Rodericus Lopi, clericus Bracharensis, quatinus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Ulixbonensis, quorum fructus, etc., centum librarum

Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacaturis in brevi per munus consecrationis devote creature vestre Jacobo, electo Pennensi (1), ratione illius ecclesie seu etiam cuiuscumque alterius ecclesie impendendum aut per lapsum temporis de consecrandis episcopis, a canonibus diffiniti, etiam si actu quovis alio modo seu ex alterius cuiuscumque persona seu per resignationem de eisdem in Romana Curia seu extra eam factam vacent, seu tanto tempore vacaverint quod eorum collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta seu ipsi canonicatus et prebenda alias specialiter vel generaliter reservati existant, dignemini misericorditer providere. Non obstañ canonicatu et prebenda ecclesie Portugalensis, quos obtinet et quorum fructus, etc., triginta librarum similium secundum dictam extimationem valorem annuum non excedunt. Non obstañ etiam defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, super quo secum auctoritate apostolica sufficienter extitit dispensatum, prout in cancellaria eiusdem S. exprimetur, necnon gratia expectativa in cancellaria V. S. exprimenda. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis, ut in forma. — *Fiat. O.*

Datum Constantie, decimo Kalendas Decembris, anno primo.

(1) D. Jacobo de Camplo, referendário pontifício, doutor em ambos os direitos e ouvidor das causas do palácio apostólico, nomeado bispo de Penne, na Itália Meridional, em Janeiro de 1415 por João XXIII e em Fevereiro de 1419 bispo de Espoledo por Martinho V que em Julho de 1424 o transferiu para a sé de Carpentras, morto na Cúria em 1425. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 168, 395, 461. KATTERBACH, Bruno, OFM, *Referendarii utriusque signaturae a Martino V ad Clementem IX et praelati signaturae supplicationum a Martino V ad Leonem XIII*, Vaticano 1931, n. 58, p. 12.

6

1417, Novembro 24

Petição de João Lopes, reitor da igreja paroquial de S. Pedro de Vale de Nogueiras, sobre o canonicato e prebenda do Porto, a vagar pela promoção de D. João Afonso à igreja portuense.

Reg. Suppl. 108, fl. 79v.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes Lopi, rector parrochialis ecclesie sancti Petri Vallis Nogeyras Bracharensis diocesis, quatinus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Portugalensis, quorum fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, quos devotus vester Jo[hannes] Alfonsi in eadem ecclesia obtinet, cum illos per promotionem eiusdem Jo[hannis] Alfonsi ad dictam ecclesiam Portugalensem (1) ac munus consecrationis illi impendendum seu per lapsum temporis de consecrandis episcopis, a canonibus diffiniti, vacare contigerit, etiam si actu [vel] alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacent et generaliter vel specialiter reservati vel devoluti sint, et ille, ex cuius persona ultimo vacarunt, sedis apostolice capellanus, notarius, nuntius vel alias officialis, collector vel succollector apostolicarum abbreviator vel earumdem seu Penitentiarie litterarum scriptor vel alias dicte sedis seu alicuius ex dominis cardinalibus familiaris et continuus commensalis fuerit,

et super eis inter aliquos lis, cuius statum habere placeat pro expresso, in dicta Curia vel extra eam pendeat indecisa, providere et secum qui dictam parrochialem ecclesiam, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, obtinet et cum quo super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, super quo ad omnes sacros ordines promoveri et duo beneficia ecclesiastica, etiam si unum ipsorum curam haberet animarum, recipere et retinere valeat auctoritate apostolica extitit dispensatum, ut eosdem canonicatum et prebendam retinere ipsosque necnon dictam parrochialem ecclesiam ac aliud beneficium quod ipsum forsan vigore dispensationis huiusmodi assequi contigerit simpliciter vel ex causa permutationis simul vel successive dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud seu alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiastica recipere valeat, dispensare dignemini. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et dispensamus. O.*

Datum Constantie, octavo Kalendas Decembris, anno primo.

---

(1) D. João Afonso, nomeado bispo do Porto por Martinho V, que transferiu D. Fernando da Guerra, então bispo do Porto e já administrador da diocese de Braga, para a sé arquiepiscopal. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 407.

7

1417, Novembro 26

Diogo Rodrigues, reitor da igreja paroquial de S. João de Vila Chã da diocese de Braga, solicita a confirmação da sobredita igreja.

Reg. Suppl. 113, fl. 71-71v.

Beatissime Pater, exponit S. V. devotus vester Didacus Roderici, rector parrochialis ecclesie sancti Johannis de Villa Chãa Bracharensis diocesis, cum quo alias ut non obstante defectu natalium, quem patitur de coniugato genitus et soluta, ad infrascripta sufficienter auctoritate apostolica extitit dispensatum, quod olim dicta ecclesia per liberam resignationem Roderici Alfonsi, tunc ipsius ecclesie rectoris, ex causa permutationis de ipsa factam et auctoritate ordinaria admissam vacante, ipse D[idacus] ad ecclesiam ipsam, que de [fl. 71v] [...] ad collationem et pro[visionem ...] sibi factas ex aliquibus [...] valere et ecclesiam [... quo]quo modo vacare. Supplicat eidem S. dictus D[idacus] quatinus sibi specialem gratiam [facientes, de] ipsa ecclesia, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione [valorem annuum] non excedunt, sive premisso, aut alio quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona aut per assecutionem alterius beneficii vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilli aut alias quomodocumque seu qualitercumque specialiter aut generaliter reservata vel devoluta existat et ille, ex cuius persona ultimo vacavit, sedis predicte cappellanus, notarius, nuntius vel alias officialis aut fructuum et proven-

tuum camere apostolice debitorum collector vel succollector fuerit, eidem D[idac[o de novo dignemini misericorditer providere. Non obstañ dicto natalium defectu. Et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum.*

Datum Constantie, sexto Kalendas Decembris, anno primo.

8

1417, Novembro 27

Rodrigo ou Rui Dias, cónego de Braga, pede a confirmação da erecção da igreja de Santa Maria de Azinhoso, da diocese de Braga, por João XXIII e da provisão e tomada de posse da mesma, a seu favor.

Reg. Suppl. 105, fl. 43v.

Beatissime Pater, olim Baldassar Cossa, tunc Johannes papa xxiii (1) nuncupatus, heremitorium sancte Marie de Azinhoso Bracharensis diocesis in ecclesiam sine cura erexit et devoto vestro Roderico Didaci, canonico Bracharensi, de eadem per eumdem provisum extitit, vigoreque dicte provisionis possessionem dicti heremitorii seu ecclesie fuit assecutus timetque nichilominus prefatus Rodericus provisionem et assecutionem huiusmodi certis de causis viribus non subsistere posseque in posterum super eadem molestari. Supplicat igitur V. S. dictus R[odericus] quatinus erectionem (2) huiusmodi heremitorii factam in ecclesiam sine cura per dictum Baldasarem ut prefertur factam ac provisionem et assecutionem huiusmodi et quecumque inde secuta rata habentes et grata sibique de eadem, cuius fructus, etc., centum quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo et ex quacumque persona vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa existat, dignemini de novo de eadem ecclesia misericorditer providere, non obstañ quod canonicatum et prebendam ecclesie Bracharensis et parrochialem ecclesiam sancti Salvatoris de Johane Bracharensis diocesis obtinet et perpetua portione sine cura in parrochiali ecclesia sancte Marie de Faron (3) Silvensis diocesis, tunc certo modo vacante concessum est sibi provideri, quorum omnium fructus, etc., centum librarum dicte monete secundum dictam extimationem valorem annuum non excedunt, ac gratia de duobus incompatibilibus, quam quoad vixerit habet, ac gratia expectativa in cancellaria exprimenda et cum aliis non obst. et clausulis oportunis. — *Concessum.*

Datum Constantie, quinto Kalendas Decembris, anno primo.

---

(1) Baltasar Cossa de Nápoles, cardeal diácono do título de Santo Eustáquio, criado por Bonifácio IX em Fevereiro de 1402, eleito papa, depois da morte de Alexandre V, com o nome de João XXIII em 17 de Maio de 1410 e consagrado a 25 do mesmo mês e ano; foi deposto pelo Concílio de Constança a 29 de Maio de 1415 e a 23 de Junho de 1419 foi feito cardeal-bispo de Frascati. Morreu no dia 23 de Dezembro de 1419. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 26, 32.

(2) No ms. *ereptionem*, com sinal de erro.

(3) No ms. *Feriron*, com sinal de erro.

9

1417, Novembro 27

Petição de Álvaro Afonso, sacerdote da diocese de Lisboa, sobre a igreja paroquial de S. Martinho de Santarém, sobre o arcediagado de Vila Nova de Cerveira e sobre o canonicato e prebenda do Porto.

Reg. Suppl. 105, fl. 127v-128.

Beatissime Pater, olim de parrochiali ecclesia sancti Martini Santereneñ Ulixbonensis diocesis per obitum quondam Egidii Menendi ordinaria ac archidiaconatu de Cerveyra in ecclesia Tudensi per obitum quondam Gometii Arie necnon canonicatu et prebenda ecclesie Portugalensis per obitum Valasci Petri, extra Romanam Curiam defuncti, apostolica auctoritate devoto vestro Alvaro Afonsi, presbytero Ulixbonensis diocesis, provisum extitit, vigore quarum quidem provisionum de parrochiali ecclesia ac archidiaconatu prefatis possessionem assecutus extitit, quos ex tunc tenuit et possedit, prout etiam possidet et tenet de presenti. Supplicat igitur S. V. dictus A[lvarus] quatinus de parrochiali ecclesia ac archidiaconatu quos obtinet, necnon de dictis canonicatu et prebenda ecclesie Portugalensis, quos non obtinet, et super quibus in sacro [fl. 128] palatio apostolico causam contra quemdam adversarium suum commicti fecit et litigare intendit, quorum fructus, etc., ducentarum sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per obitum dictarum personarum, sive premisso aut alio quovis modo aut ex aliarum quarumcumque personarum (1) seu per constitutionem *Execrabilis* vacent, etiam si generaliter vel specialiter reservati, devoluti et litigiosi existant, dignemini misericorditer providere. Non obstañ dispensatione ad incompatibilia ac gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum.*

Datum Constantie, quinto Kalendas Decembris, anno primo.

(1) No ms. *persona*, com sinal de erro.

10

1417, Novembro 27

Pedido do Dr. Gil Martins, doutorado em leis e embaixador de D. João I no concílio de Constança, donde já se tinha retirado, sobre o canonicato e prebenda de Lisboa, a favor de seu filho Pedro Pereira, clérigo de Lisboa.

Reg. Suppl. 106, fl. 222v-223.

Beatissime Pater. Vacantibus dudum canonicatu et prebenda ecclesie Ulixbonensis per resignationem de ea factam in manibus Ordinarii in partibus ex causa permutationis per quemdam Johannem Johannis de Curuche cum quodam Alvaro Alfonsi, decano

Colimbriensi, pro certo alio beneficio ecclesiastico, idem Alvarus possessionem canonicatus et prebende predictorum vigore huiusmodi permutationis auctoritate ordinaria extitit pacifice assecutus, qui postmodum, prothonotarius sancte Romane ecclesie existens et canonicatum et prebendam eosdem possidens, extra Romanam Curiam decessit. Supplicatur igitur S. V. pro parte devoti oratoris vestri Egidii Martini, legum doctoris, qui ad hoc sacrum generale Concilium per dominum regem Portugallie, licet iam ad partes recesserit, extitit destinatus, quatinus, etiam in quantum expediat, huiusmodi permutationem admittendo, sibi in personam filii sui Petri Pereyra, clerici Ulixbonensis, specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda predictis, quorum fructus, etc., septuaginta librarum importat. Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ex permutatione aut renuntiatione seu facto huiusmodi aut ex persona alicuius predictorum aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona seu per liberam resignationem alicuius alterius in predicta Curia vel extra eam, et[iam] coram notario publico et testibus sponte [fl. 223] factam, vacent et generaliter vel specialiter reservati et devoluti ac litigiosi sint, et ille, ex cuius persona ultimo vacavit, sedis apostolice notarius, capellanus, nuntius vel alias officialis, collector vel succolector aut dicte sedis vel alicuius ex dominis cardinalibus familiaris, etiam continuus commensalis, fuerit, eidem Petro dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria apostolica exprimenda. Et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Constantie, quinto Kalendas Decembris, anno primo (1).

(1) Na margem esquerda do texto: *Non provisum.*

11

1417, Novembro 29

Gil Vasques Lobeira, em litígio com Gil Gonçalves sobre a meia canonia de Lisboa, solicita providências a seu favor.

Reg. Suppl. 105, fl. 93.

Beatissime Pater, lite pendente in sacro palatio causarum apostolico indecisa inter devotum vestrum Egidium Valasci Lobeira, medium canonicum ecclesie Ulixbonensis, etc., ex una et quemdam Egidium Gonsalvi de et super dicta media canonia et prebenda ecclesie Ulixbonensis a nonnullis asseritur neutri litigantium predictorum ius competere in eadem. Supplicat igitur S. V. dictus Egidius Valasci quatinus, statum cause huiusmodi habentes pro sufficienter expresso, auditori cause committere et mandare dignemini quod, si per eventum litis et producta et producenda sibi constiterit neutri litigantium predictorum ius competere in canonia et prebenda predictis, easdem canoniam et prebendam per mortem quondam Martini Alfonsy, extra Romanam Curiam defuncti, vacantibus, et quarum fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum extimationem communem valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive

alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacent, etiam si ad sedem apostolicam devolute aut dispositioni eiusdem sedis generaliter vel specialiter reservate existant, dicto Egidio Valasci conferat et assignet sibique provideat de eisdem. Non obstañ defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, super quo secum ad supradicta obtinenda extitit auctoritate apostolica sufficienter dispensatum, ac gratia expectativa, in cancellaria S. V. exprimenda. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum.*

Datum Constantie, tertio Kalendas Decembris, anno primo.

12

1417, Novembro 29

Súplica do Infante D. Pedro, duque de Coimbra, a favor de seu médico e famíliar Mestre João, reitor da igreja paroquial de S. Miguel de Montemor-o-Velho, sobre o mestre-escolado de Lisboa que pertencera a D. João Álvares, falecido bispo de Silves.

Reg. Suppl. 105, fl. 145v-146. Publicada por SOUSA COSTA, A. D. DE, em *Itinerarium*, 4 (1958) 378-379.

Beatissime Pater. Postquam dudum scholastria ecclesie Ulixbonensis, que dignitas in eadem ecclesia curata existit, per promotionem quondam Johannis Alvari ad ecclesiam Silvensem (1) et munus consecrationis eidem impensum vacaverit, de illa quondam Alvaro Alfonsi, canonico Ulixbonensi, auctoritate apostolica extitit provisum, vigore cuius provisionis possessionem ipsius extitit assecutus et deinde, eodem Alvaro ad ecclesiam Elborensem promoto, devotus orator vester magister Johannes, rector parrochialis ecclesie sancti Michaelis de Monte Maiori Veteri Colimbriensis diocesis de eadem scolastria que tunc per promotionem ipsius Alvari predictam ad eamdem ecclesiam Elborensem (2) tunc factam et munus consecrationis sibi impensum sperabatur vacare, cum, ut prefertur, vacaret, auctoritate eadem sibi obtinuit provideri, sed antequam idem Alvarus possessionem ecclesie Elborensis predicte fuisset assecutus et predictum consecrationis munus sibi impensum fuisset, idem A[lvarus], tunc sedis apostolice prothonotarius existens, extra Romanam Curiam extitit vita functus. Supplicat igitur S. V. devotus filius vester Petrus infans, dux Colimbrie, devotissimi filii vestri Johannis, Portugalie et Algarbii regis, nati, quatinus eidem magistro Johanni, dilecto medico et familiari suo, specialem gratiam facientes, de eadem scholastria, cuius fructus, etc., centum viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per promotionem eiusdem Johannis Alvari ad Silvensem ecclesiam predictam et munus consecrationis sibi impensum aut per promotionem Alvari memorati ad Elborensem ecclesiam predictam seu ex persona alicuius ipsorum sive alias quovis modo aut ex alterius [fl. 146] cuiuscumque persona, sive per constitutionem *Execrabilis* aut per assecutionem alterius beneficii ecclesiastici, etiam apostolica auctoritate collati, seu per liberam resignationem etiam alicuius alterius in predicta Curia vel extra eam et coram notario publico ac testibus sponte vel per promotionem cuiusvis alterius ad quamcumque cathedralem ecclesiam eadem aucto-

ritate factam et munus consecrationis huiusmodi promoto impensum vacet et generaliter vel specialiter reservata, devoluta ac electiva sit et ille, ex cuius facto ultimo vacavit, sedis apostolice capellanus, notarius, nuntius seu alias officialis, collector vel succollector, apostolicarum abbreviator vel earumdem seu Penitentiarie litterarum scriptor aut dicte sedis vel alicuius ex dominis cardinalibus familiaris etiam continuus commensalis fuerit, et super ea inter aliquos lis, cuius statum habere placeat pro expresso, in dicta Curia vel extra eam pendeat indecisa, eidem magistro Johanni dignemini misericorditer providere secumque quod predictam scolastriam una cum parrochiali ecclesia predicta, quam obtinet, cuius fructus, etc., centum librarum monete et extimationis similium valorem annuum non excedunt, cum predicta scholastria ad invicem compatibili libere recipere et quoad vixerit licite retinere illasque, totiens quotiens voluerit, simpliciter vel ex causa permutationis dimittere et loco dimisse vel dimissarum simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficia ecclesiastica, duo tantum incompatibilia, libere recipere et quoad vixerit licite retinere quodque scientiam medicine exercere possit et valeat dignemini misericorditer dispensare. Constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque ac non obstañ gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum.*

Datum Constantie, tertio Kalendas Decembris, anno primo.

---

(1) D. João Álvares, doutorado em Bolonha em direito civil, deão de Viseu, nomeado bispo de Silves por João XXIII em Julho de 1414. Por morte, sucedeu-lhe em Julho de 1418 Garcia Rodrigues de Magalhães, cónego de Braga. Cf. EUBEL, C. *Hierarchia Catholica*, I, p. 452. SOUSA COSTA, A. D. DE, *Doutoramento em leis, na Universidade de Bolonha, de D. João Álvares, deão de Viseu, depois bispo de Silves*, em *Itinerarium*, 4 (1958) 342-380.

(2) D. Álvaro Afonso, cónego de Lisboa, deão de Coimbra, nomeado bispo do Porto por João XXIII em 1413. Resignou em 1414 e foi nomeado bispo de Évora em 1415 pelo mesmo papa. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 236, 407. Cf. nota 1 do n. 4.

13

1417, Dezembro 2

João Gonçalves Neto, clérigo lisboeta, estudante de direito civil no Estudo Geral de Lisboa, pede a perpétua porção da igreja paroquial de Santo André da mesma cidade.

Reg. Suppl. 106, fl. 133.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Johannes Gunsalvi Neto, clericus Ulixboñ, studens in generali Studio Ulixboñ in iure civili, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de perpetua portione sine cura parrochialis ecclesie sancti Andree Ulixboñ, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt (1), vacante per obitum quondam Alvari Alfonsi, prothonotarii sedis apostolice, extra Romanam Curiam defuncti, sive premisso, sive alio quovis

modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, aut alias reservata vel devoluta sit, et super ea inter aliquos in eadem Romana Curia vel extra eam lis, cuius statum presentibus habere placeat pro sufficienter expresso, pendeat indecisa, dignemini misericorditer providere. Non obstañ perpetua portione quam obtinet in ecclesia sancti Petri vel Marie de Palmella Ulixboñ diocesis, cuius fructus, etc., decem librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa (2), in cancellaria V. S. exprimenda. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Constantie, quarto Nonas Decembris, anno primo.

---

(1) No ms. *excedit.*
(2) No ms. *spectativa.*

14

1417, Dezembro 5

Petição de Cristóvão Afonso, sacerdote da diocese de Coimbra, sobre a permuta e provisão, relativas à quartanaria de Lisboa.

Reg. Suppl. 109, fl. 11v.

Beatissime Pater. Vacante perpetua portione sine cura, quartanaria vulgariter nuncupata, in ecclesia Ulixboñ per renuntiationem devoti vestri Fernandi Alfonsi causa permutationis pro perpetua portione sine cura in parrochiali ecclesia sancti Johannis Ulixboneñ cum devoto vestro Cristoforo Alfonsi, presbytero Colimbriensis diocesis, in manibus venerabilis viri Dyonisii Johannis, decani Ulixbonensis, vicarii in spiritualibus seu administratoris dicte Ulixboñ ecclesie, eiusdem sede vacante, factam, idem Dyonisius decanus et vicarius ut premittitur prefato Cristoforo de eadem quartanaria, vigore renuntiationis et permutationis huiusmodi, providit eamque ex tunc tenuit et possedit, prout eam tenet et possidet de presenti, timeatque idem Cristoforus provisionem, permutationem et assecutionem huiusmodi certis de causis viribus non subsistere. Supplicat igitur eidem S. V. devotus Cristoforus quatinus permutationem, provisionem et assecutionem predictas ratas habentes et gratas sibique de dicta quartanaria, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per renuntiationem huiusmodi vel per contractum matrimonii vel alio quovis modo aut ex quacumque alia persona vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata seu devoluta aut litigiosa sit, et etiam si in sacro palatio apostolico vel extra lis inter eumdem Cristoforum et quemcumque seu quoscumque alios pendeat indecisa aut causa sit commissa, de novo eidem C[ristoforo] dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, in cancellaria V. S. exprimenda, cum aliis non obst. et clausulis oportunis. — *Concessum.*

Datum Constantie, Nonis Decembris, anno primo.

15

1417, Dezembro 5

Petição de Gil Vasques Lobeira, bacharel em decretos, em litígio com Gil Gonçalves sobre a meia canonia de Lisboa.

Reg. Suppl. 111, fl. 68v-69.

Beatissime Pater, lite pendente in sacro palatio causarum apostolico indecisa inter devotum vestrum Egidium Valasci Lobeira, bacallarium in iure canonico, etc., ex una et quemdam Egidium Gunsalvi, de et super media canonia et prebenda ecclesie Ulixbonensis, a nonnullis asseritur neutri litigantium predictorum ius competere in eadem. Supplicat igitur S. V. dictus Egidius Valasci quatinus, statum cause huiusmodi [habentes] pro sufficienter expresso, auditori cause committere et mandare dignemini quod, si per eventum litis et producta seu producenda sibi constiterit neutri litigantium predictorum ius competere in canonia et prebenda predictis, easdem canonia[m] et prebenda[m], per mortem quondam Martini Alfonsi, extra Romanam Curia[m] defuncti, vacantes et quarum fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacent, etiam si ad sedem apostolicam devolute aut dispositioni eiusdem sedis generaliter vel specialiter reservate existant, dicto Egidio Valasci conferat et assignet sibique provideat de eisdem, non obstañ defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, super quo secum ad supradicta obtinenda extitit auctoritate apostolica sufficienter dispensatum, ac gratia expectativa, in cancellaria S. V. exprimenda. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis [fl. 69]. — *Concessum.*

Datum Constantie, Nonis Decembris, anno primo.

16

1417, Dezembro 5

Petição de Rodrigo ou Rui Dias, cónego de Braga, sobre a erecção e provisão a seu favor por João XXIII da igreja de Santa Maria de Azinhoso da diocese de Braga.

Reg. Suppl. 111, fl. 143v.

Beatissime Pater, olim Baldasar Coxa, tunc Johannes (1) papa xxiii (2) nuncupatus, heremitarium sancte Marie de Azinhoso Bracharensis diocesis in ecclesiam sine cura erexit et devoto vestro Roderico Didaci, canonico Bracharensi, de eadem per eumdem provisum extitit vigoreque dicte provisionis possessionem dicte ecclesie fuit assecutus timetque (3) nichilominus prefatus Rodericus provisionem et assecutionem huiusmodi certis de causis viribus non subsistere posseque in posterum super eadem ecclesia molestari.

Supplicat igitur S. V. dictus R[odericus] quatinus erectionem (4) huiusmodi heremitorii in ecclesiam sine cura, per dictum Baldasarem ut prefertur factam, ac provisionem et assecutionem huiusmodi et quecumque inde secuta rata habentes et grata, sibique de eadem, cuius fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa existat, dignemini de novo misericorditer providere. Non obstañ quod canonicatum et prebendam ecclesie Bracharensis (5) et parrochialem ecclesiam sancti Salvatoris de Johanne Bracharensis diocesis obtinet et de perpetua portione sine cura in ecclesia sancte Marie de Farom (6) Silvensis diocesis, certo modo vacante, provisum extitit auctoritate apostolica, cuius possessionem non habet, et cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum secundum predictam extimationem valorem annuum non excedunt, ac gratia de duobus incompatibilibus, quam quoad vixerit habet, et gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum.*

Datum Constantie, Nonis Decembris, anno primo.

---

(1) No ms. *Johannem.*
(2) Cf. nota 1 do n.º 8.
(3) No ms. *tenetque.*
(4) No ms. *assecutionem.*
(5) No ms. *Bricharensis*, com sinal de erro.
(6) No ms. *Fanõ*, com sinal de erro.

17

1417, Dezembro 5

Vasco Fernandes, perpétuo porcionário da igreja paroquial de Santo Estêvão de Alenquer, pede providências quanto ao canonicato e prebenda de Coimbra, vacantes pela promoção do outrora bispo eleito do Porto D. Álvaro Afonso.

Reg. Suppl. 111, fl. 268v-269.

Beatissime Pater. Cum devotus vester Balascus Fernandi, perpetuus portionarius in parrochiali ecclesia sancti Stephani de Ellanquerio Ulixboñ diocesis, de canonicatu et prebenda ecclesie Colimbriensis, tunc per promotionem et muneris impensionem, etc., quondam domini Alvari Alfonsi, electi Portugalensis (1), vacaturis, apostolica fuerat auctoritate provideri mandatum, et de illis tamquam per obitum quondam Dominici Petri vacantibus auctoritate predicta per certas litteras obtinuerit provideri, per eum postmodum, in vim litterarum super huiusmodi mandato confectarum, dictorum canonicatus et prebende possessione adepta, et a nonnullis asseratur eosdem canonicatum et prebendam, alias quam in dictis litteris exprimitur, vacavisse et vacare de presenti, ne ipsum occasione predictorum canonicatus et prebende in posterum molestari contingat, sup-

plicat [fl. 269] S. V. dictus Balascus quatinus, sibi opportune consulentes in premissis, litteras et provisionem huiusmodi ac inde secuta quecumque rata habentes et grata, illa etiam perinde ac si dicti canonicatus et prebenda, alias quam ut prefertur, nullatenus vacavissent sive vacarent, valere suumque effectum in omnibus et per omnia sortiri debere decernere et declarare, supplentes omnes defectus, si qui forsitan etiam alias intervenerint in eisdem. Et nichilominus ipsi B[alasco] de prefatis canonicatu et prebenda, quorum fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per obitum alicuius predictorum, extra Romanam Curiam defuncti, vel alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per promotionem dicti Alvari aut cuiusvis alterius ad quamcumque cathedralem ecclesiam auctoritate apostolica factam et munus consecrationis huiusmodi promoto apud sedem apostolicam vel extra dictam Curiam impensum aut lapsum temporis de consecrandis episcopis, a canonibus diffiniti, vel assecutionem alterius beneficii ecclesiastici, auctoritate apostolica collati, seu liberam resignationem per aliquem ex dicti B[alasci] procuratoribus, ad hoc propter certe obligationis per eum facte complementum constitutum, huiusmodi forsitan non extante complemento, aut alicuius alterius in dicta Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, vacent, et generaliter vel specialiter reservati, devoluti ac litigiosi sint, et ille, ex cuius persona ultimo vacarunt, eiusdem sedis cappellanus, notarius, nuntius seu alias officialis, collector vel succollector, apostolicarum abbreviator vel earumdem seu Penitentiarie litterarum scriptor, aut dicte sedis vel alicuius ex dominis cardinalibus familiaris, etiam continuus commensalis, fuerit, de novo dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod idem B[alascus] quamdam perpetuam portionem in sancti Stephani predicta obtinet et super quadam perpetua portione in parrochiali sancte Marie de Turribus Veteribus dicte diocesis ecclesiis, quarum fructus, etc., viginti librarum Turonensium similium secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, litigat, ac gratia expectativa, si quam habeat, et aliis in cancellaria apostolica exprimendis, et cum aliis non obstañ et clausulis opportunis. — *Concessum.*

Datum Constantie, Nonis Decembris, anno primo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 4.

18

1417, Dezembro 7

Gil Vasques Lobeira, médico, cónego de Lisboa e bacharel em direito canónico, solicita a igreja de Elvas, cujo prior Pedro Anes se tornara indigno dela, por ter ferido gravemente o sacerdote Pedro Coelho e por outras faltas.

Reg. Suppl. 106, fl. 242.

Beatissime Pater. Cum Petrus Johannis, prior de Elvas Elborensis diocesis, ipsum instigante (1) diabolo, quemdam Petrum Coelho, presbyterum, in ecclesia prenominata, cum gladio acuto usque ad sanguinis effusionem enormiter percussit, sententiam excom-

municationis dampnabiliter incurrendo, postmodum in divinis officiis celebrando et alia sacramenta ecclesiastica ministrando se immiscuit, necnon continue publice et diffamatorie concubinam uxoratam secum deferendo et alia plura turpissime vite condiceñ, propter que irregularitatem incurrit et indignum ad beneficium ecclesiasticum obtinendum se reddidit, quare supplicat S. V. devotus vester Egidius Valasci Lobeira, medicus, canonicus in ecclesia Ulixbonensi et baccalarius in iure canonico, quatinus ipsum de dicto prioratu seu parrochiali ecclesia, cuius fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum valorem annuum non excedunt, vacañ vel dum vacabit per privationem seu amotionem ab eadem dicti Petri Johannis seu quoquo modo vacaverint, dignemini misericorditer providere, quadam media canonia seu media prebenda in dicta ecclesia Ulixbonensi, super qua in palatio apostolico lis pendet indecisa, cuius fructus quadraginta librarum Turonensium similium valorem annuum non excedunt, ac defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, ex quo dispensationem apostolicam obtinet, et quadam gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, non obstañ, constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium antedictis non obstantibus quibuscumque et aliis cum clausulis oportunis.—*Fiat ut petitur. O.*

Datum Constantie, septimo Idus Decembris, anno primo.

---

(1) No ms. *instigate*, com sinal de erro.

19-20

1417, Dezembro 7

Petições de Martinho Vasques, perpétuo beneficiado de Coimbra, e de Gonçalo Anes, reitor da igreja paroquial de S. Cosme de Gemunde, da diocese do Porto, respectivamente sobre a igreja paroquial de S. Pedro de Bruscos e sobre a dita igreja de S. Cosme.

Reg. Suppl. 111, fl. 217v-218.

Beatissime Pater, olim de parrochiali ecclesia sancti Petri de Bruscos Colimbriensis diocesis per bone memorie domini Martini, archiepiscopi Bracharensis (1), devoto vestro Martino Valasci, perpetuo beneficiato in ecclesia Colimbriensi, iure devoluto provisum extitit, vigore cuius quidem provisionis possessionem eiusdem ecclesie fuit assecutus, quam ex tunc tenuit et possedit, prout etiam tenet et possidet de presenti. Supplicat S. V. dictus M[artinus] quatinus sibi de dicta ecclesia, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per devolutionem huiusmodi aut premisso vel alio quovis modo et per obitum cuiuscumque vacet seu per constitutionem *Execrabilis*, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta et in Curia Romana aut in partibus super eadem lis pendeat, cuius statum dignemini hic habere pro sufficienter expresso, indecisa, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod perpetuum beneficium, tercenariam nuncupatum, in dicta Colimbriensi ac perpetuam portionem in sancti Bartholomei Colimbrieñ ecclesiis et ecclesiam de Penoucos Bracharensis diocesis, que sine cura sunt, obtinet, et quorum fructus, etc.,

sexaginta librarum dicte monete secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

20. Item, Beatissime Pater, olim devotus vester Gunsalvus Johannis, rector parrochialis ecclesie sancti Cosmati de Gemundi Portugalensis diocesis, dictam ecclesiam causa permutationis cum quodam Petro Alfonsi pro perpetua vicaria parrochialis ecclesie sancti Georgii Ulixboneñ, quam tunc dictus G[unsalvus] obtinebat, auctoritate ordinaria facte, fuit assecutus, quam ex tunc tenuit et possedit, prout etiam tenet et possidet de presenti, et quam, et[iam] ut asseritur, prefatus Petrus tenuit, non faciendo se infra annum ad sacerdotium, prout tenebatur, promoveri. Supplicat S. V. dictus Gunsalvus quatinus provisionem et assecutionem huiusmodi et quecumque inde secuta rata habentes et grata, sibique de dicta ecclesia sancti Cosmati, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo et ex quacumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* aut per non promotionem dicti Petri ad ordines sacros ut prefertur infra annum, vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa existat, de novo dignemini misericorditer providere. Non obstantibus perpetuis portionibus sine cura in parrochialibus ecclesiis sancti Georgii [fl. 218] et sancti Johannis ac sancti Laurentii Ulixboneñ, quas obtinet, et quarum fructus, etc., quadraginta librarum dicte monete secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

Concessum pro utroque.

Datum Constantie, vii Idus Decembris, anno primo.

---

(1) D. Martinho Afonso, bispo de Coimbra, transferido para a sé de Braga em 1398 por Bonifácio IX. Morreu a 25 de Março de 1416. Sucedeu-lhe D. Fernando da Guerra, bispo do Porto. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 144, 196. Sobre a sua transferência para a sé metropolita de Braga e outros problemas biográficos, cf. DIAS DINIS, A. J., OFM, *Quem foi o bispo de Coimbra nos anos de* 1386 *e* 1398*?*, em *Colectânea de Estudos*, III (1952) 67-109.

21

1417, Dezembro 8

Petição de Lopo das Regras, clérigo de Lisboa, sobre a meia canonia e meia prebenda de Lisboa e sobre as porções das igrejas paroquiais de Santa Maria de Almada e de S. Pedro de Penaferrim de Sintra, ambas da diocese de Lisboa.

Reg. Suppl. 109, fl. 241v.

Beatissime Pater, olim de media canonia et media (1) prebenda ecclesie Ulixbonensis ac de duabus perpetuis portionibus sine cura, una sancte Marie de Almadana (2) ex causa pretense permutationis facte in partibus cum quodam Johanne Alfonsi pro certis

aliis beneficiis tunc expressis, et alia sancti Petri de Panafarrim de Sintria parrochialium ecclesiarum Ulixbonensis diocesis, tunc per obitum quondam Martini Laurentii, extra Romanam Curiam defuncti, vacantibus, auctoritate ordinaria devoto vestro Lopo de Regulis, clerico Ulixbonensi, provisum extitit, quas ex tunc tenuit et possedit, prout etiam tenet et possidet de presenti, timetque collationem et provisionem huiusmodi certis de causis viribus non subsistere. Supplicat igitur S. V. dictus Lopus quatinus sibi de media (3) canonia et media prebenda ac portionibus prefatis, quarum omnium fructus sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per permutationem et resignationem huiusmodi vel obitum Martini Laurentii memorati, aut alio quovis modo seu obitum aliarum quarumcumque personarum vel per constitutionem *Execrabilis* vacent et generaliter vel specialiter reservate, devolute ac litigiose (4) existant, de novo dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum.*

Datum Constantie, sexto Idus Decembris, anno primo.

---

(1) No ms. *ma,* com sinal de erro.
(2) No ms. *Almatana.*
(3) No ms. *ma,* com sinal de erro.
(4) No ms. *litigiosi.*

22

1417, Dezembro 8

Gil Peres, sacerdote da diocese de Coimbra, apresenta pedido ao papa sobre a igreja de S. Salvador de Arouca, sobre o canonicato e prebenda de Coimbra e sobre a igreja paroquial de S. Julião de Punhete, actual vila de Constância, da diocese da Guarda.

Reg. Suppl. 109, fl. 241v-242.

Beatissime Pater, olim de parrochiali ecclesia sancti Salvatoris de Arouca Lamacensis diocesis ex causa permutationis facte in partibus cum quodam Johanne Roderici pro certo alio beneficio ecclesiastico tunc expresso ordinaria ac de canonicatu et prebenda ecclesie Colimbricensis necnon de parrochiali ecclesia sancti Juliani de Punhete Egitaniensis diocesis, tunc certo modo vacantibus, apostolica auctoritatibus devoto vestro Egidio Petri, presbytero Colimbriensis diocesis, provisum extitit, quos ex tunc tenuit et possedit, prout etiam tenet et possidet de presenti, timetque collationem et provisionem huiusmodi certis de causis viribus non subsistere. Supplicat igitur S. V. dictus Egidius quatinus sibi de parrochiali ecclesia sancti Salvatoris ac de canonicatu et prebenda prefatis, quos obtinet, necnon de parrochiali ecclesia sancti Julliani prefata, quam non obtinet et super qua litigat, et quorum omnium fructus tricentas *(sic)* librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ex permutatione vel resignatione huiusmodi aut alio quovis modo seu ex quarumcumque personarum obitu vel per constitutionem *Execrabilis* vacent, et generaliter vel specialiter reservati, devoluti, ac litigiosi existant, de novo

[fl. 242] dignemini misericorditer providere. Non obstañ dispensatione quam habet ad duo incompatibilia obtinenda, de qua ac de gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria apostolica clarius et expressius fiet mentio, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum.*

Datum Constantie, sexto Idus Decembris, anno primo.

23

1417, Dezembro 8

Gil Vasques Lobeira, bacharel em decretos, em litígio com Gil Gonçalves, apresenta uma petição sobre a meia canonia de Lisboa.

Reg. Suppl. 111, fl. 193-193v.

Beatissime Pater, lite pendente in sacro palatio causarum apostolico indecisa, inter devotum vestrum Egidium Valasci (1) Loberia, bacallarium in decretis, ex una, et quemdam Egidium Gonsalvi (2), de et super media canonia et prebenda (3) ecclesie Ulixbonensis, a nonnullis asseritur neutri litigantium predictorum ius competere in eadem (4). Supplicat S. V. igitur dictus Egidius Valascy quatinus, statum cause huiusmodi habentes pro sufficienter expresso, auditori cause committere et mandare dignemini quod, si per eventum litis et producta seu producenda sibi constiterit neutri litigantium predictorum ius competere in canonia et prebenda predictis, easdem canonia[m] et prebendam, per mortem quondam Martini Alfonsi, extra Romanam Curiam defuncti, vacantes, et quarum fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacent, etiam si ad sedem apostolicam devolute aut dispositioni eiusdem sedis generaliter vel specialiter reservate existant, dicto Egidio Valascy conferat et assignet sibique provideat de eisdem. Non obstañ deffectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, super quo secum ad supradicta obtinenda extitit auctoritate apostolica sufficienter [fl. 193v] dispensatum, ac gratia expectativa, in cancellaria S. V. exprimenda, et cum ceteris non obtantiis et clausulis oportunis. — *Concessum.*

Datum Constantie, sexto Idus Decembris, anno primo.

---

(1) No ms. *Valasen.*
(2) No ms. *Gonselvi.*
(3) No ms. *prebendam*, com sinal de erro.
(4) No ms. *eamdem*, com sinal de erro.

24

1417, Dezembro 10

Frei Luís de Valhadolide, dominicano, mestre em teologia pela Universidade de Paris e

embaixador no concílio de Constança de D. João, rei de Castela e Leão, pede a divisão dos dominicanos da Península em várias províncias, entre as quais a de Portugal.

Reg. Suppl. 106, fl. 233-233v.

Exponitur S. V. pro parte dilecti filii vestri fratris Ludovici de Valleoleti, sacre theologie magistri Parisiensis, illustrissimi principis et domini domini Johannis, Castelle et Legionis regis, preclarissimi ambassiatoris, quod cum provintia Yspanie ordinis fratrum Predicatorum sit valde lata, cum in ea contineantur plura regna et dominia, scilicet regnum Castelle, Legionis, Galitie, Portugalie, Tholetañ, Murtieñ, Cordubeñ, Yspaleñ, terra Stremature, dominium Biscaye et dominium Asturiarum, propter quod provincialis dicte provincie non potest, ut decet, totam provinciam visitare et gubernare, et fratres dicte provincie in eundo ad capitula provincialia propter distantiam magnam locorum et villarum consueverunt frequenter infirmari, mori et magnos sumptus facere. Ideo supplicatur eidem S. V. pro parte dicti dilecti filii fratris L[udovici], etc., quatinus de speciali gratia dignemini concedere quod dicta provincia Yspanica, nunc de presenti aut in primo capitulo generali, in ordine Predicatorum celebrando, auctoritate apostolica in tres provincias dividatur, scilicet in Yspanicam, sancti Jacobi et Portugalie, ita quod in provincia Yspanie sint et contineantur ista dominia et loca, videlicet regnum Castelle, regnum Tholetanum, regnum Murtiense, regnum Cordubense, regnum Yspalense et tota frontaria sive Lusitania, item terra de Strematura, dominium Viscaye et dominium Asturiarum que dicuntur de Sanctillana; in provincia vero sancti Jacobi contineantur regnum Legionis, regnum Galitie et dominium Asturiarum de Oveto; in provincia autem Portugalie contineatur totum regnum Portugalie; ita tamen quod conventus et monasteria sororum ordinis Predicatorum transeant ad regimen dictorum provincialium secundum dispositionem et distinctionem provinciarum dictarum, locorum atque terrarum, ubi situate sunt et in futurum fuerint situandi, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Relinquatur dispositioni ordinis. O.*

... ...

[fl. 233v]

... ...

Datum Constantie, quarto Idus Decembris, anno primo.

25

1417, Dezembro 10

Vasco Martins, clérigo da diocese de Braga, em litígio com João Gonçalves, clérigo da diocese de Lamego, sobre o canonicato e prebenda lamecenses, pede ao papa para ser preferido nos sobreditos canonicato e prebenda.

Reg. Suppl. 107, fl. 4v-5.

Beatissime Pater. Vacante canonicatu et prebenda ecclesie Lamecensis per obitum quondam Laurentii Gunsalvi, canonici Lamecensis, extra Romanam Curiam defuncti, devotus vester Valascus Martini, clericus Bracharensis diocesis, vigore gratie expectative (1) ipsos canonicatum et prebendam acceptavit et de eis sibi obtinuit provideri. Verum, P. S., quia quidam Johannes Gunsalvi, clericus Lamecensis diocesis, eosdem canonicatum et prebendam occupavit, prout occupat de presenti, orta fuit in partibus coram certis iudicibus super eisdem canonicatu et prebenda inter ipsos Valascum et Johannem materia questionis, cuius statum dignemini habere pro expresso. Deinde, Beatissime Pater, ad instantiam eiusdem Valasci, causa huiusmodi in Romana Curia reverendissimo patri domino patriarche Constantinopolitano (2) per sedem apostolicam commissa fuit, qui quidem patriarcha ad nonnullos actus, citra tamen conclusionem, processit, cuius etiam commissionis processus et totius cause huiusmodi tenores pro sufficienter expressis habere dignemini. Et quia, Pater S., a nonnullis asseritur neutri ipsorum litigantium in eisdem canonicatu et prebenda vel ad eos ius competere ipsosque adhuc aliquo modo vacare, supplicat igitur S. V. idem Valascus quatinus eidem patriarche, coram quo lis pendet, ut premissum est, committere et mandare dignemini ut, si per eventum litis huiusmodi sibi constiterit neutri litigantium eorumdem in dictis canonicatu et prebenda [fl. 5] seu ad eos ius competere, de eis, quorum fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per obitum eiusdem L[aurentii] vel alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona aut per assecutionem alterius beneficii vacent, tam alias generaliter vel specialiter reservati vel devoluti existant, eidem Valasco provideat, non obstañ parrochiali ecclesia sancti Johannis de Fiqueira diocesis Lamecensis, super qua in partibus litigavit et super qua etiam causa eidem patriarche est commissa, cuius quidem ecclesie cause presentibus tenorem dignemini habere cum eius valore pro expressis et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis, non obstañ defectu natalium quem patitur de monacho professo ordinis sancti Benedicti genitus et coniugata, cum quo auctoritate apostolica ad suprascripta sufficienter est dispensatum. — *Concessum.*

Datum Constantie, quarto Idus Decembris, anno primo.

---

(1) No ms. *spectative.*

(2) João de Ruppescissa ou Rochetaillée, cónego de Paris, corrector das letras apostólicas, nomeado patriarca constantinopolitano por João XXIII a 13 de Julho de 1412 e no mesmo dia administrador do bispado de Saint Papoul. Martinho V nomeou-o administrador de Genebra a 23 de Setembro de 1418 e de Paris a 12 de Junho de 1422. Foi transferido para a sé de Ruão a 26 de Junho de 1423 pelo mesmo Martinho V que o elevou ao cardinalado a 24 de Maio de 1426. Faleceu em Bolonha em Março de 1437. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica,* I, p. 34, 207, 261, 390, 391, 426. Foi também referendário e vice-chanceler. Cf. KATTERBACH, Bruno, OFM, *Referendarii utriusque signaturae a Martino V ad Clementem IX et praelati signaturae supplicationum a Martino V ad Leonem* XIII, p. 6, n. 21.

26

1417, Dezembro 10

Vasco Fernandes, perpétuo porcionário na igreja paroquial de Santo Estêvão de Alenquer,

solicita providências quanto ao canonicato e prebenda de Coimbra, de que fora provido pela promoção do antigo bispo eleito do Porto D. Álvaro Afonso.

Reg. Suppl. 111, fl. 280-280v.

Beatissime Pater. Cum devotus vester Valascus Fernandi, perpetuus portionarius in parrochiali ecclesia sancti Stephani de Ellanquerio Ulixbonensis diocesis, de canonicatu et prebenda ecclesie Colimbriensis, tunc per promotionem et muneris impensionem, etc., quondam domini Alvari Alfonsi, electi Portugalensis (1), vacaturis, apostolica fuerat auctoritate provideri mandatum, et de illis tamquam per obitum quondam Dominici Petri vacantibus, auctoritate predicta per certas litteras obtinuerit provideri, per eum postmodum, in vim litterarum super huiusmodi mandato confectarum, dictorum canonicatus et prebende possessione adepta, et a nonnullis asseratur eosdem canonicatum et prebendam, alias quam in dictis litteris exprimitur, vacavisse et vacare de presenti, ne ipsum occasione predictorum canonicatus et prebende in posterum molestari contingat, supplicat S. V. dictus Valascus quatinus, sibi opportune consulentes in premissis, litteras et provisiones huiusmodi ac inde secuta quecumque rata habentes et grata, illa etiam perinde ac si dicti canonicatus et prebenda, alias quam ut prefertur, nullatenus vacavissent sive vacarent, valere suumque effectum in omnibus et per omnia sortiri debere decernere et declarare, supplentes omnes defectus, si qui forsitan etiam alias intervenerint in eisdem, et nichilominus ipsi Valasco de prefatis canonicatu et prebenda, quorum fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per obitum alicuius predictorum, extra Romanam Curiam defuncti, vel alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per promotionem dicti Alvari aut cuiusvis alterius ad quamcumque cathedralem ecclesiam auctoritate apostolica factam et munus consecrationis huiusmodi promoto apud sedem apostolicam vel extra dictam Curiam impensum aut lapsum temporis de consecrandis episcopis, a canonibus diffiniti, vel assecutionem alterius beneficii ecclesiastici, auctoritate apostolica collati, seu liberam resignationem per aliquem ex dicti V[alasci] procuratoribus, ad hoc propter certe obligationis per eum facte complementum constitutum, huiusmodi forsitan non extante complemento, aut alicuius alterius in dicta Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus, sponte factam, vacent, et generaliter vel specialiter reservati, devoluti ac litigiosi sint, et ille, ex cuius persona ultimo vacarunt, eiusdem sedis cappellanus, prothonotarius, notarius, nuntius seu alias officialis, collector vel succollector, apostolicarum abbreviator vel earumdem seu Penitentiarie litterarum scriptor aud dicte sedis vel alicuius ex dominis cardinalibus familiaris, etiam continuus commensalis, fuerit, de novo dignemini misericorditer providere [fl. 280v]. Non obstañ quod idem Valascus quamdam perpetuam portionem in sancti Stephani predicta obtinet et super quadam perpetua portione in parrochiali sancte Marie de Turribus Veteribus dicte diocesis ecclesiis, quarum fructus, etc., viginti librarum Turonensium similium communi extimatione valorem annuum non excedunt, litigat, ac gratia expectativa, si quam habeat, et aliis in cancellaria apostolica exprimendis, et cum aliis non obstañ et clausulis opportunis. — *Concessum.*

Datum Constantie, quarto Idus Decembris, anno primo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 4.

27

1417, Dezembro 16

Fernando Martins Coutinho, deão de Viseu, nobre estudante de direito canónico, pede ao papa providências quanto aos canonicatos e prebendas de Lisboa e de Évora, sobre os quais andava em litígio tanto em Portugal como na Cúria pontifícia.

Reg. Suppl. 106, fl. 180-180v.

Beatissime Pater. Licet devotus vester Fernandus Martini Coutinho, decanus Visensis, de nobili genere procreatus ac scolaris in iure canonico, canonicatus et prebendas Ulixbonensis et Elborensis ecclesiarum cum eorum prestimoniis, per obitus Valasci Martini et Valasci Egidii vacantes, vigore gratie expectative, sibi per olim Johannem papam vicesimum tertium (1) facte, acceptationibus et provisionibus precedentibus, extiterit [fl. 180v] assecutus, super quibus inter ipsum et alios in Curia Romana et in partibus lites pendent, quorum statum dignemini hic habere pro expresso, dubitat tamen acceptationes et provisiones huiusmodi et omnia inde secuta viribus non subsistere, supplicat igitur S. V. prefatus Fernandus quatinus, sibi specialem gratiam facientes, de dictis canonicatibus et prebendis Ulixboñ et Elborensi, cum eorum prestimoniis, quorum fructus, etc., importat. ducentarum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, etiam si actibus premissis vel alias quovis modo aut aliorum quorumcumque personis vel constitutione *Execrabilis*, aut per renuntiationem factam seu faciendam aliquorum vacent, aut si neutri litigantium super eisdem sit ius quesitum, et reservati aut devoluti aut litigiosi sint, dignemini misericorditer providere. Non obstañ dicto decanatu ac parrochialibus ecclesiis sancti Salvatoris de Bouças Portugalensis diocesis et sancti Thome Ulixboñ, super qua litigat, quos obtinet, quorum fructus, etc., mille librarum Turonensium parvorum valorem annuum secundum communem extimationem non excedunt, quodque secum ut duo beneficia incompatibilia perpetim et tria ad certum tempus per sedem apostolicam obtineat, extitit dispensatum, necnon gratia expectativa, si quam habet, quorum omnium in cancellaria V. S. plenius fiat expressio, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Constantie, decimo septimo Kalendas Januarii, anno primo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 8.

28

1417, Dezembro 16

Vasco Martins, clérigo da diocese de Braga, solicita providências quanto à concessão do canonicato do Porto e de certos benefícios.

Reg. Suppl. 106, fl. 268.

Beatissime Pater, dudum Balthasar, tunc Jo[hannes] papa xxiii (1), devoto vestro Valasco Martini, clerico Bracharensis diocesis, cum quo dudum, ut asserebat, ut non obstante defectu natalium quem patitur de presbytero monacho ordinis sancti Benedicti genitus et coniugata, ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, obtinere valeret, extitit auctoritate apostolica dispensatum, de canonicatu ecclesie Portuensis sub expectatione unius ex integris vel semiprebendis ipsius ecclesie, in qua nonnulle integre et alie semiprebende sunt, necnon unius vel duorum beneficii seu beneficiorum ecclesiastici vel ecclesiasticorum, etiam si ipsum unum vel ipsorum duorum alterum curatum aut canonicatus et prebenda vel semiprebenda seu dignitas, personatus, administratio vel officium cum cura vel sine cura cathedralis vel collegiate ecclesie foret, et ad illam, illum vel illud consuevisset quis per electionem assumi, ad collationem, etc., Visensis et Lamecensis episcoporum necnon capitulorum singulorumque canonicorum et personarum Visensis et Lamecensis ecclesiarum communiter vel divisim pertinentis seu pertinentium, per suas litteras gratiose provideri mandavit et secum in eisdem litteris ut canonicatum et prebendam vel semiprebendam necnon beneficium seu beneficia huiusmodi, si sibi vigore dictarum litterarum conferrentur, simul vel successive recipere et retinere valeret, dispensavit. Et quia in prefatis (2) litteris per errorem ubi hec verba *communiter vel divisim*, etc., solum *communiter vel* et in dispensatione predicta ubi *cum eodem Valasco* poni debebant hec verba *cum eodem Johanne* posita extiterunt et in clausula decreti hoc verbum *decernimus* extitit pretermissum et quidam alii defectus commissi fuerunt, quapropter supplicat S. V. humilis (3) et devota creatura vestra Jordanus, episcopus Albanensis (4), quatinus sibi in personam dicti Valasci, dilecti sui familiaris et continui commensalis, specialem gratiam facientes, eidem V[alasco] concedere dignemini ut predicte littere et processus habiti per easdem et quecumque exinde secuta perinde ab ipsorum data valeant ac si in eisdem litteris hec verba *divisim*, *Valasco* et *dercenimus* locis suis posita fuissent, non obstañ quod super canonicatu et prebenda dicte Lamecensis ecclesie et parrochiali ecclesia sancti Johannis de Figeira Lamecensis diocesis, quorum omnium centum florenorum auri communi extimatione valorem annuum non excedunt, in Romana Curia et in partibus litigat, cuius cause statum hic dignemini habere pro expresso, necnon quamdam (5) aliam parrochialem ecclesiam sancti Petri de Sul Visensis diocesis cum protestatione consueta et cuius octuaginta librarum Turonensium parvorum fructus simili extimatione valorem annuum non excedunt, vigore dictarum litterarum acceptavit ac gratia expectativa in cancellaria exprimenda et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Constantie, decimo septimo Kalendas Januarii, anno primo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 8.

(2) No ms. *prefectis*, com sinal de erro.

(3) No ms. *humiliter*, com sinal de erro.

(4) D. Jordão de Ursinis, arcebispo de Nápoles, criado cardeal do tít. de S. Martinho em Junho de 1405 por Inocêncio VII, depois, em 1409, do tít. presbit. de S. Lourenço in Damaso e em 1412 cardeal-bispo de Albano, desde 1431 cardeal-bispo de Sabina. Foi penitenciário-maior, a quem D. Frei André Dias dedicou o seu *Lumen Confessorum* em 1429. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 26, 35, 43. SOUSA COSTA, A. D. DE, *Mestre André Dias de Escobar, figura ecuménica do século XV*, Porto-Roma 1967, p. 41, nota 80.

(5) No ms. *quendam.*

29

1417, Dezembro 16

Petição de Vasco Martins, clérigo da diocese de Braga, relativa ao canonicato do Porto e alguns benefícios da colação dos bispos de Viseu e de Lamego.

Reg. Suppl. 107, fl. 19v-20.

Beatissime Pater, dudum Baldassar, tunc Jo[hannes] papa xxiii (1) devoto vestro Valasco Martini, clerico Bracharensis diocesis, cum quo dudum ut non obstante defectu quem patitur de presbytero monacho ordinis sancti Benedicti genitus et coniugata, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, obtinere valeret, apostolica extitit auctoritate dispensatum, de canonicatu ecclesie Portuensis sub expectatione unius ex integris vel semiprebendis ipsius ecclesie, in qua nonnulle integre et alie semiprebende sunt, necnon unius vel duorum beneficii seu beneficiorum ecclesiastici vel ecclesiasticorum, etiam si ipsum unum vel ipsorum duorum alterum curatum aut canonicatus et prebenda vel semiprebenda seu dignitas, personatus, perpetua administratio seu officium cum cura vel sine cura cathedralis vel collegiate ecclesie foret, et ad illam, illum vel illud consuevisset quis per electionem assumi, ad collationem, electionem, etc., Visensis et Lamecensis episcoporum necnon capitulorum singulorumque canonicorum et personarum Visensis et Lamecensis ecclesiarum, communiter vel divisim, pertinentis seu pertinentium, per suas litteras gratiose provideri mandavit ac secum in eisdem litteris ut canonicatum et prebendam vel semiprebendam necnon beneficium seu beneficia huiusmodi, si sibi vigore dictarum litterarum conferrentur, simul vel successive recipere et retinere valeret dispensavit. Et quia in prefatis litteris per errorem, ubi hec verba *communiter vel divisim* solum *communiter* et in dispensatione predicta ubi *cum eodem Valasco* poni debeant hec verba *cum eodem Johanne* posita extiterant et cum clausula decreti hoc verbum *decernimus* extitit pretermissum et quidam alii defectus commissi fuerant, eapropter supplicat S. V. humiliter devota creatura vestra Jordanus, episcopus Albanensis (2), quatinus sibi in personam dicti V[alasci], sui dilecti familiaris continui commensalis, gratiam facientes specialem, eidem V[alasco] concedere dignemini ut predicte littere et processus habiti per easdem et quecumque inde secuta perinde ab ipsarum data valeant ac si in eis hec verba *divisim*, *Valasco* et *decernimus* locis [fl. 20] suis posita extitissent et alii defectus huiusmodi commissi non fuissent. Non obstañ quod super canonicatu et prebenda dicte Lamecensis ecclesie et parrochiali ecclesia de Figeiera *(sic)* dicte Lamecensis diocesis, quorum omnium fructus, etc., centum florenorum auri communi extimatione valorem annuum non excedunt et quos necnon quamdam aliam parrochialem ecclesiam sancti Petri de Sul cum protestatione consueta et cuius quadraginta librarum similium Turonensium fructus, etc., simili extimatione valorem annuum non excedunt, vigore dictarum litterarum acceptavit, necnon quadam gratia expectativa per S. [V.] forsan sibi facta, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum.*

Datum Constantie, decimo septimo Kalendas Januarii, anno primo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 8.

(2) Cf. nota 4 do n.º 28.

30

1417, Dezembro 16

Pedido de correcção a súplica anterior de João Gonçalves sobre a quartanaria de Lisboa e porção da igreja paroquial de S. Martinho de Santarém, por ter ocorrido certa omissão.

Reg. Suppl. 107, fl. 41v.

Reformatio Jo[hannis] Gunsalvi super quartenaria Ulixboñ et portionaria sancti Martini parrochiali Sanctareñ Ulixboñ diocesis (1).

Beatissime Pater, cum ex inadvertentia scribentis supplicationem, cuius copia superius describitur, sit omissum quod prefatus Martinus dicti domini cardinalis Ulixboñ fuerit familiaris domesticus commensalis, dignetur S. V. quod si per sufficientes testes probabitur quod idem Martinus tempore quo dicta beneficia obtinebat ac antea et post eiusdem domini cardinalis extiterit familiaris domesticus continuus commensalis, ut prefertur, litteras apostolicas pro dicto Johanne Gonsalvi super dicta petitione cum reservatione quantum ad portionem sub eadem data expediri mandare, cum non obstañ et clausulis in dicta petitione contentis. — *Concessum.*

Datum Constantie, decimo septimo Kalendas Januarii, anno primo.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

31

1417, Dezembro 18

Vasco Domingues, reitor da Igreja de S. Miguel da Foz de Arouce, Antão Martins, secretário de D. João I, enviado ao concílio de Constança, reitor da igreja paroquial de S. João de Beja, Pedro Martins, reitor de Santa Maria de Olivais, e João Vasques, arcediago de Penela, pedem ao papa mande averiguar sobre a redução do número de cónegos na diocese de Coimbra, feita por João XXIII, a pedido do cabido conimbricense, e lhes confira os canonicatos e prebendas, vacantes e extintos pela morte de Gil Vasques, Álvaro Peres, Gonçalo Lourenço e Regal.

Reg. Suppl. 106, fl. 198-198v.

Beatissime Pater. Olim canonici et capitulum ecclesie Colimbriensis, propriis commodis inherentes, ad hoc etiam episcopi ecclesie predicte interveniente consensu, olim Johanni xxiii (1) supplicarunt ut numerum canonicatuum et prebendarum ipsius ecclesie ad minorem numerum earumdem prebendarum reducere vellet. Idem vero tunc Johannes pretio vel prece motus, certo iudici in partibus per certum indultum dedit in mandatis ut numerum predictum ad certum minorem numerum auctoritate apostolica

reduceret. Iudex vero predictus iuxta apostolicum mandatum ad executionem ipsius mandati auctoritate eadem processit, prout in dicto apostolico indulto et processu exinde confecto, quorum tenores hic dignemini haberi pro sufficienter expressis, dicitur plenius contineri. Verum, Pater Beatissime, capitulum memoratum mandati seu indulti ac processus predictorum vigore canonicatus et prebende ipsius ecclesie per obitus Egidii Vallasci et Alvari Petri et Gonsalvi Laurentii et Regalis, extra Curiam Romanam defunctorum, suppresserunt, fructus, etc., canonicatuum et prebendarum predictorum ad mensam predicti capituli devolvendo, in divini cultus detrimentum et ecclesie predicte honoris diminutionem.

Cum autem, Beatissime Pater, ad S. V. maxime pertineat errores corrigere divinumque cultum diminui non consentire, ymmo pro viribus ampliare, supplicatur igitur S. V. humiliter et devote pro parte devotorum oratorum vestrorum Vallasci Dominici, sancti Michaelis de Foz Arauce et Antonii Martini, sancti Joannis de Begia, quem devotissimus filius S. V. Johannes Portugalie et Algarbii rex tamquam secretarium suum ad hoc Concilium Constantiense destinavit, ac Petri Martini, sancte Marie [de] Olyvaães parrochialium ecclesiarum rectorum Colimbriensis, Elborensis et Ulixbonensis diocesum, et Johannis Vallasci, archidiaconi de Penella in eadem ecclesia Colimbriensi, quatinus alicui ex venerabilibus viris sacri palatii apostolici causarum auditoribus commictere et mandare dignemini ut de premissis summarie, etc., se informet et, si invenerit huiusmodi indultum in divini cultus detrimentum et honoris ipsius ecclesie diminutionem per eumdem olim Johannem fuisse et esse concessum, idem (2) indultum casset et revocet ac predictos et quoscumque alios canonicatus et prebendas qui in ipsa ecclesia vacarunt et vigore indulti huiusmodi supressi fuerunt auctoritate apostolica resuscitet et restauret ac reviviscere faciat, ipsosque ad numerum et pristinum statum sic et prout ante ipsius indulti impetrationem erant auctoritate apostolica reducat necnon de canonicatibus et prebendis predictis videlicet Egidii Vallasci Vallasco Dominici et Alvari Petri Antonio Martini et Gonsalvi Laurentii Petro Martini ac Regalis Johanni Vallasci predictis, quorum canonicatuum [fl. 198v] et prebendarum predictorum cuiuslibet fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione importat. valorem annuum non excedunt, auctoritate apostolica, cum ut premictitur per eum resuscitati, revi. (3) seu restaurati fuerint, etiam si actu premisso vel alias quovis modo vel ex aliorum quorumcumque personis vacent et generaliter vel specialiter reservati et devoluti et super eis vel aliquo (4) ipsorum inter aliquos lis, cuius statum hic dignemini habere pro sufficienter expresso, in Romana Curia vel extra pendeat indecisa et illi, ex quorum personis ultimo vacarunt, sedis apostolice cappellani, notarii, officiales seu alias familiares aut fructuum, etc., camere apostolice debitorum collectores vel succollectores fuerint, Vallasco et Anthonio ac Petro et Johanni predictis misericorditer provideat. Non obstañ quod idem Vallascus ecclesiam parrochialem de Foz Arauce, cuius octuaginta, et Antonius parrochialem ecclesiam sancti Johannis de Begia predictam ac canonicatus et prebendas Ulixbonensis et Elborensis ecclesiarum, quorum centum octuaginta importat. ac quod nuper de decanatu ecclesie Colimbriensis predicte certo modo vacante, qui dignitas in eadem ecclesia maior post pontificalem et curata et electiva est, cuiusque fructus, etc., centum octuaginta librarum predicte monete etiam importat. per eamdem S. concessum fuit sibi provideri ac dispensationem super obtinendis duobus beneficiis incompatibilibus quoad vixerit et cum potestate permutandi, etc., et Petrus parrochialem ecclesiam sancte Marie de Olivaães, cuius centum, et Johannes predicti archidiaconatum et perpetuam portionem sine cura tercenaryam nuncupatam in predicta Colymbriensi ecclesia, quorum fructus, etc., septua-

ginta librarum predicte monete communi extimatione, etiam import. valorem annuum non excedunt, obtinent ac quod nuper de parrochiali ecclesia sancti Thome Ulixbonensis diocesis, cuius centum quinquaginta librarum eiusdem monete simili extimatione, etiam importat. valorem annuum non excedunt, eidem Johanni per eamdem S. nuper concessum est provideri ac gratiis expectativis, si quas habent, in cancellaria apostolica exprimendis, et cum omnibus clausulis oportunis. — *Fiat et comictatur, ut petitur.* O.

Datum Constantie, quintodecimo Kalendas Januarii, anno primo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 8.
(2) No ms. *eundem*, com sinal de erro.
(3) No ms. *Revic.*, com sinal de erro.
(4) No ms. *aliqua*, com sinal de erro.

32-33

1417, Dezembro 18

Martinho Lopes, cónego de Coimbra, abreviador das letras apostólicas, pede a confirmação da igreja paroquial de Santa Maria de Sarzedas da diocese da Guarda e o canonicato e prebenda de Coimbra.

Reg. Suppl. 109, fl. 37-37v.

Beatissime Pater. Nuper devoto vestro Martino Luppi, canonico Colimbriensi, litterarum apostolicarum abbreviatori, de parrochiali ecclesia sancte Marie de Serzedas Egitaniensis diocesis causa permutationis cum quodam alio pro certo alio beneficio ecclesiastico sine cura in manibus, [fl. 37v] ut creditur, ad id potestatem [habentis] auctoritate apostolica facte et in Curia Romana provisum extitit, timetque huiusmodi provisionem certis de causis viribus non subsistere. Supplicat igitur S. V. dictus M[artinus] quatinus de huiusmodi ecclesia, cuius fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive causa permutationis huiusmodi sive alio quovis modo aut per obitum cuiuscumque persone seu [per] constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa [sit], dignemini misericorditer providere. Non obstañ canonicatu et prebenda ecclesie Colimbriensis ac perpetua portione sine cura in parrochiali ecclesia sancti Jacobi de Turribus Veteribus Ulixbonensis diocesis, quos obtinet et quorum fructus, etc., viginti librarum dicte monete importat. non excedunt seu non valent annuatim, gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

33. Item, Pater Beatissime, idem M[artinus] canonicatum et prebendam ecclesie Colimbriensis prefate, per obitum quondam Alvari Petri, extra Romanam Curiam defuncti, vacantes, auctoritate apostolica assecutus extitit, timetque huiusmodi assecutionem viribus non subststere. Supplicat igitur S. V. dictus M[artinus] quatinus sibi de canonicatu et prebenda prefatis, quorum fructus, etc., viginti librarum dicte monete impor-

tat. non valent annuatim, sive per obitum dicti A[lfonsi], sive premisso aut alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona, etc., ut supra vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservati, devoluti et litigiosi existant, dignemini misericorditer providere. Cum non obstañ et clausulis, etc., ut supra in prima supplicatione.

Concessum de utroque.

Datum Constantie, quintodecimo Kalendas Januarii, anno primo.

34

1417, Dezembro 18

Lourenço Gomes, clérigo de Lisboa, solicita nova provisão sobre a igreja paroquial de Santo Estêvão de Lisboa.

Reg. Suppl. 109, fl. 89.

Beatissime Pater, nuper vacante parrochiali ecclesia sancti Stephani Ulixboneñ, per mortem quondam Egidii Martini, extra Romanam Curiam defuncti, devotus vester Laurentius Gometii, clericus Ulixbonensis, eamdem ecclesiam sic vacantem, vigore quarumdam litterarum apostolicarum, gratiose sibi concessarum, infra tempus legitimum acceptavit et de illa sibi obtinuit provideri eiusque possessionem extitit assecutus, dubitat premissa ex certis causis viribus non subsistere. Quapropter supplicat S. V. humiliter dictus Laurentius quatinus sibi de predicta ecclesia, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vel per constitutionem *Execrabilis* aut per collectorem vel succollectorem aut per assecutionem alterius beneficii ecclesiastici, apostolica vel alia quavis auctoritate collati, vacet, aut reservata vel devoluta sit et super ea inter aliquos lis in eadem Curia vel extra eam, cuius statum presentibus haberi placeat pro sufficienter expresso, pendeat seu remanserat *(sic)* indecisa, dignemini misericorditer de novo providere. Non obstañ canonicatu et prebenda ecclesie Ulixbonensis, quorum fructus, etc., centum librarum similium Turonensium valorem annuum non excedunt, quos obtinet, ac gratia expectativa (1), si quam habet, in cancellaria eiusdem S. exprimenda, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum.*

Datum Constantie, quintodecimo Kalendas Januarii, anno primo.

(1) No ms. *spectativa*, com sinal de erro.

35-36

1417, Dezembro 18

Vasco Rodrigues, cónego do Porto, pede a confirmação da chantria de Braga,

vacante por morte de Vasco Domingues, que D. Fernando Guerra, bispo do Porto e administrador da diocese de Braga, lhe concedera. João do Porto, reitor da igreja paroquial de S. Paio de Mós da diocese de Braga, solicita a confirmação da capelania da igreja de Braga.

Reg. Suppl. 111, fl. 157-157v.

Beatissime Pater, exponitur S. V. pro parte devoti vestri Valasci Roderici, canonici Portugalensis, quod, vacante nuper cantoria ecclesie Bracharensis per obitum quondam Valasci Dominici, ipsius ecclesie Bracharensis ultimi cantoris, extra Romanam Curiam defuncti, Fernandus, episcopus Portugalensis, administrator in temporalibus et spiritualibus dicte ecclesie Bracharensis (1), dicto Valasco de dicta cantoria providit vigoreque dicte provisionis dictus Valascus possessionem dicte cantorie est assecutus, timetque prefatus Valascus provisionem et assecutionem huiusmodi certis de causis viribus non subsistere posseque in posterum super eadem cantoria molestari. Supplicat igitur S. V. dictus Valascus quatinus provisionem et assecutionem huiusmodi et quecumque inde secuta rata habentes et grata, sibique de eadem, cuius fructus etc., septuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo ex quacumque persona vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa existat, et si tanto tempore vacaverit quod eius vacatio iuxta Lateranensis concilii statuta ad sedem apostolicam sit legitime devoluta, dignemini de novo dicto Valasco misericorditer providere. Non obstañ quod canonicatum et prebendam ecclesie Portugalensis ac portiones in ecclesiis sancti Michaelis de Turribus Veteribus et ecclesie sancte Marie de Faaron Ulixbonensis et Silvensis diocesum obtinet, quorum omnium fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum secundum predictam extimationem valorem annuum non excedunt, et cum aliis non obstañ [et] clausulis oportunis.

36. Item exponitur S. V. pro parte devoti vestri Johannis de Porto, rectoris parrochialis ecclesie sancti Pelagii de Moos Bracharensis diocesis, quod, vacante olim cappellania ecclesie Bracharensis per renuntiationem Roderici Johannis, illius cappellanie ultimi cappellani, in manibus Ordinarii habentis potestatem, dictus Ordinarius, videlicet Martinus, illo tempore archiepiscopus Bracharensis (2), de dicta capellania sic vacante per predictam renuntiationem dicto Johanni de Porto providit vigoreque dicte provisionis dictus Johannes possessionem est assecutus, timetque nichilominus prefatus Jo[hannes] provisionem [et] assecutionem huiusmodi certis de causis viribus non subsistere posseque in posterum super eadem molestari. Supplicat igitur S. V. dictus Jo[hannes] quatinus provisionem, [fl. 157v] assecutionem huiusmodi [et] quecumque inde secuta rata habentes et grata, sibique de eadem, cuius fructus, etc., quindecim librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive premisso vel alio quovis modo et ex quacumque persona vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa existat, et etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam sit legitime devoluta, eidem Johanni de novo dignemini misericorditer providere. Non obstañ dicta ecclesia sancti Pelagii de Moos Bracharensis diocesis, quam obtinet, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum secundum predictam extimationem valorem annuum non exce-

dunt, et gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

Concessum pro utroque.

Datum Constantie, decimo quinto Kalendas Januarii, anno primo.

---

(1) D. Fernando Pires da Guerra, nomeado bispo de Silves em 1409, transferido para a sé do Porto em Junho de 1414 e daqui para Braga em Dezembro de 1417. Sucedeu-lhe, após a morte, ocorrida a 26 de Setembro de 1467, D. Luís Pires, transferido da sé de Évora para a de Braga em 1468. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 144, 407, 452; II, p. 110.

(2) D. Martinho Afonso, transferido da sé de Coimbra para a de Braga. Cf. nota 1 do n.º 19.

37

1417, Dezembro 23

Gonçalo Gil, eleito prior do mosteiro de Santa Cruz, possuía a igreja paroquial de Santo Antão do Tojal que se esperava viesse a vagar pela sua promoção ao priorado, razão pela qual Antão Afonso, cónego do mosteiro, pede tal igreja para si.

Reg. Suppl. 106, fl. 269-269v.

Beatissime Pater. Cum parrochialis ecclesia sancti Anthonii de Toial Ulixbonensis diocesis, per canonicos regulares ordinis sancti Augustini gubernari consueta, quam devotus vester Gunsalvus Egidii, electus ad monasterium sancte Crucis extra muros Colimbrieñ dicti ordinis obtinet, per promotionem ad dictum monasterium per S. V. eidem electo fiendam et assecutionem administrationis bonorum dicti monasterii vel maioris partis, vacare speretur, supplicat S. V. humilis et devotus vester Anthonius Alfonsi, in sacerdotio constitutus, canonicus professus dicti monasterii, quatinus sibi de dicta ecclesia, cuius fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, cum illam, ut prefertur, vacare contigerit aut alio quovis modo [fl. 269v] preterquam per dicti Gunsalvi obitum, etiam si premisso vel alio quovis aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa existat, dignemini misericorditer providere, secum super defectu etatis, cum xxiii annum sue etatis attigerit, dignemini misericorditer dispensare, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Constantie, decimo Kalendas Januarii, anno primo.

38

1417, Dezembro 23

Pedido de nova provisão da igreja paroquial de Pombalinho da diocese de Coimbra e da

perpétua porção da igreja paroquial de Santa Maria de Várzea de Alenquer, a favor de Bento Rodrigues.

Reg. Suppl. 107, fl. 92v.

Beatissime Pater. Olim de parrochiali ecclesia de Poombarinho Colimbriensis diocesis per renuntiationem per quemdam Valascum Petri necnon de perpetua portione sine cura parrochialis ecclesie sancte Marie de Varzea de Ellanquerio Ulixbonensis diocesis, etiam per renuntiationem per quemdam Alvarum Didaci extra Romanam Curiam simpliciter tunc factam vacante, auctoritate ordinaria devoto vestro Benedicto Roderici presbytero provisum extitit, vigore quarum quidem provisionum possessionem earum assecutus extitit, quas tunc tenuit et possedit, prout etiam tenet et possidet de presenti, dubitet tamen collationem et provisionem huiusmodi certis de causis viribus non subsistere. Supplicat igitur S. V. dictus Benedictus quatinus sibi de parrochiali ecclesia ac de perpetua portione prefatis, quorum fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso aut alio quovis modo vel ex aliorum quorumcumque personis, etiam per constitutionem *Execrabilis* vacent, et generaliter vel specialiter reservate, devolute, aut litigiose existant, de novo dignemini misericorditer providere, cum ceteris non obstant. et clausulis oportunis. — *Concessum.*

Datum Constantie, decimo Kalendas Januarii, anno primo.

39

1417, Dezembro 23

Estêvão Anes, clérigo de Lisboa, estudante de direito canónico no Estudo da mesma cidade, solicita a perpétua porção da igreja paroquial de Santo André de Mafra da diocese de Lisboa.

Reg. Suppl. 108, fl. 28v.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Stephanus Johannis, clericus Ulixbonensis, studens in iure canonico in Studio eiusdem civitatis, quatinus sibi gratiam facientes, de perpetua portione sine cura parrochialis ecclesie sancti Andree de Mafara Ulixbonensis diocesis, cuius fructus, etc., viginti quinque librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt (1), vacante per obitum quondam Gunsalvi Johannis de Covilhãa, extra Romanam Curiam defuncti, sive ut premittitur, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, aut alias reservata vel devoluta sit et super ea inter aliquos in eadem Romana [Curia] vel extra eam lis, cuius statum presentibus habere placeat pro sufficienter expresso, pendeat indecisa, dignemini misericorditer providere. Non obstañ perpetua portione sine cura, quam obtinet in parro-

chiali ecclesia sancti Stephani Ulixboñ, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium predictorum communi extimatione valorem annuum non excedunt (2), ac gratia expectativa, in cancellaria V. S. exprimenda, cum omnibus non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Constantie, decimo Kalendas Januarii, anno primo.

(1) No ms. *excedit*, com sinal de erro.
(2) No ms. *excedit.*

40

1417, Dezembro 27

Petição de Antão Martins, Vasco Domingues, Pedro Martins e João Vasques sobre súplica anterior, relativa à revogação do indulto da redução do número de cónegos de Coimbra.

Reg. Suppl. 106, fl. 253v.

Beatissime Pater. Nuper S. V. suprascriptam petitionem que huic cedule conseritur, ad petitionem Vallasci Dominici et Antonii Martini ac Petri Martini et Johannis Vallasci in eadem petitione contentam super revocatione certi indulti et resuscitatione quatuor canonicatuum et prebendarum ecclesie Colimbriensis et provisione de illis Vallasco et Antonio, Petro et Johanni predictis per *Fiat et committatur ut petitur* signavit, prout in eadem petitione latius continetur. Et quia, Pater Beatissime, per signaturam predictam littere apostolice ad predictos quatuor canonicatus et prebendas et pro quatuor personis suprascriptis videlicet Vallasco, etc., per cancellariam apostolicam expediri non possunt, dignetur S. V. easdem litteras super (1) predicta petitione conficiendas ad eosdem quatuor canonicatus et prebendas et pro predictis quatuor personis, in eadem petitione nominatis, per eamdem cancellariam expediri mandare dignemini ac si ad omnia et singula petita et in eadem petitione contenta et pro omnibus sufficienter signata fuissent. Et cum omnibus non obstañ et clausulis in eadem petitione contentis. — *Fiat. O.*

Datum Constantie, sexto Kalendas Januarii, anno primo.

(1) No ms. *supra*, com sinal de erro.

41

1417, Dezembro 27

Gil Peres, sacerdote da diocese de Coimbra, solicita nova provisão da igreja de S. Salvador

de Arouca, do canonicato e prebenda de Coimbra e da igreja de S. Julião de Punhete, actual vila de Constância, da diocese da Guarda.

Reg. Suppl. 107, fl. 93.

Beatissime Pater. Olim de parrochiali ecclesia sancti Salvatoris de Arouca Lamacensis diocesis ex causa pretense permutationis, facte in partibus cum quodam Johanne Roderici pro certo alio beneficio ecclesiastico tunc expresso ordinaria ac de canonicatu et prebenda ecclesie Colimbriensis necnon de parrochiali ecclesia sancti Juliani de Punhete Egitaniensis diocesis, tunc certis modis vacante, apostolica auctoritatibus devoto vestro Egidio Petri, presbytero Colimbriensis diocesis, provisum extitit, vigore quarum quidem provisionum parrochialis ecclesie sancti Salvatoris ac canonicatus et prebende prefatorum possessionem assecutus extitit, quos ex tunc tenuit et possedit, prout etiam tenet et possidet de presenti. Et quia dubitat collationem et provisionem huiusmodi ac omnia inde secuta certis de causis viribus non subsistere, supplicat S. V. dictus Egidius quatinus sibi de parrochiali ecclesia sancti Salvatoris ac de canonicatu et prebenda predictis, quos obtinet necnon de parrochiali ecclesia sancti Juliani prefata, quam non obtinet et super qua litigat et litigare intendit et quorum omnium fructus, etc., trecentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut prefertur, aut aliis quibusvis modis seu ex quarumcumque personarum obitum vel renuntiationem in Curia vel extra eam factam aut per constitutionem *Execrabilis* vacent ut generaliter vel specialiter reservati, devoluti aut litigiosi existant de novo dignemini misericorditer providere. Non obstañ dispensatione quam habet ad duo incompatibilia obtinendum, de qua ac de gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria apostolica clarius ac expressius fiet mentio, et cum ceteris non obst. et clausulis oportunis. — *Concessum.*

Datum Constantie, sexto Kalendas Januarii, anno primo.

42

1417, Dezembro 30

Gonçalo Anes, tesoureiro de Lisboa, em litígio com o falecido João Domingues sobre a tesouraria da sé, pede lhe sejam atribuídos todos os direitos à mesma.

Reg. Suppl. 107, fl. 59-59v.

Beatissime Pater. Lite pendente in Romana Curia inter devotum vestrum Gunsalvum Johannis, thesaurarium ecclesie Ulixbonensis, et quondam Johannem Dominici de et super thesauraria ecclesie Ulixbonensis, quam tunc idem Gunsalvus obtinebat, prout etiam obtinet de presenti, idemque Johannes huiusmodi, lite indecisa pendente, extra Romanam Curiam diem suum clausit extremum, quare supplicat S. V. dictus

Gunsalvus quatinus ipsum in omni iure et ad omne ius, si quod prefato Johanni in eadem thesauraria seu ad eam quomodolibet competebat seu competere poterat, surrogare sibique de eadem, cuius fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per obitum dicti Johannis, sive premisso, sive alio quovis modo et ex alterius cuiuscumque [fl. 59v] persona seu constitutionem *Execrabilis* seu c. *De multa*, seu quia idem Johannes, huiusmodi lite pendente, cuius statum cause hic dignemini pro sufficienter expresso habere, parrochialem ecclesiam sancti Michaelis de Turribus Veteribus Ulixbonensis diocesis fuit assecutus, etiam si per renuntiationem dicti Johannis aut alterius cuiuscumque persone in manibus ad id potestatem habentis seu non habentis vacet, etiam si eadem thesauraria generaliter vel specialiter reservata, devoluta et alias litigiosa et officium seu dignitas curata et electiva in eadem Ulixbonensi ecclesia existat et illa persona, ex cuius persona ultimo vacavit, sedis apostolice nuntius, officialis litterarumque apostolicarum scriptor seu abbreviator aut fructuum, etc., camere apostolice collector seu succollector fuerit, dignemini misericorditer providere. Non obstañ perpetua portione sine cura in una parrochialium ecclesiarum de Sintria Ulixbonensis diocesis, quam obtinet et cuius fructus, etc., decem librarum dicte monete secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa in cancellaria exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum.*

Datum Constantie, tertio Kalendas Januarii, anno primo.

43

1417, Dezembro 30

João de Vila Real, clérico da diocese de Braga, pede lhe sejam adjudicados todos os direitos à quartanaria de Lisboa, sobre a qual litigara com Afonso Martins, pertencentes esses direitos ao falecido Pedro Vasques.

Reg. Suppl. 109, fl. 14v.

Beatissime Pater, cum devotus vester Johannes de Villaregali, clericus Bracharensis diocesis, postquam quondam Petrus Valasci, cui tunc de quodam perpetuo beneficio, quartanaria nuncupato, in ecclesia Ulixbonensi per obitum quondam Martini Laurentii, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, auctoritate apostolica provisum fuerit, contra quemdam Alfonsum Martini super huiusmodi beneficio in dicta Curia litigando pro se et contra eumdem A[lfonsum] diffinitivam sententiam adiudicatoriam reportavit, ipso P[etro] ab eadem Curia secedente et huiusmodi pendente lite vita functo, in omni iure et ad omne ius quod eidem P[etro] tempore sui obitus in dicto beneficio vel ad illud quomodolibet competiit aut competere potuit, etc., subrogatus et successive aliam pro dicto Jo[hanne] etiam adiudicatoriam, diffinitivam, que, provocatione suspensa, in rem transivit iudicatam, sententia promulgata, etiam in vim executionis sententiarum

earumdem ipsius beneficii possessionem sit adeptus ac teneat pacifice et quiete, ut omnis litis super illo sibi deinceps cesset strepitus, supplicat S. V. dictus Jo[hannes] quatinus sibi de eodem beneficio, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, et generaliter vel specialiter reservatum aut devolutum sit et super eo inter aliquos alios lis, cuius statum habere placeat pro expresso, in dicta Curia vel extra eam pendeat indecisa, dignemini misericorditer providere. Non obstañ expectativa gratia, si quam habeat, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum aliis non obst. et clausulis oportunis. — *Concessum.*

Datum Constantie, tertio Kalendas Januarii, anno primo.

44

1417, Dezembro 30

Pedido de Gil Peres, sacerdote da diocese de Coimbra, sobre a confirmação da igreja paroquial de S. Salvador de Arouca, do canonicato e prebenda de Coimbra e da igreja paroquial de S. Julião de Punhete, da diocese da Guarda.

Reg. Suppl. 113, fl. 14-14v.

Beatissime Pater, olim de parrochiali ecclesia sancti Salvatoris de Arouca Lamecensis diocesis, ex causa pretense permutationis facte in partibus cum quodam Johanne Roderici pro certo alio beneficio ecclesiastico tunc expresso ordinaria ac de canonicatu et prebenda ecclesie Colimbriensis necnon de parrochiali ecclesia sancti Julliani de Punhete Egitaniensis diocesis, tunc certo modo vacante, apostolica auctoritatibus, devoto vestro Egidio Petri, presbytero Colimbriensis diocesis, provisum extitit, vigore quarum quidem provisionum de parrochiali ecclesia sancti Salvatoris ac de canonicatu et prebenda prefatis possessionem assecutus extitit, quos ex tunc tenuit et possedit, prout etiam tenet et possidet de presenti, et quia dubitat collationem et provisionem huiusmodi ac omnia inde secuta certis de causis viribus non subsistere, supplicat S. V. dictus Egidius quatinus sibi de parrochiali ecclesia sancti Salvatoris ac de canonicatu et prebenda predictis, quos obtinet, necnon de parrochiali ecclesia sancti Julliani prefata, quam non obtinet, et super qua litigat et litigare intendit, et quorum [fl. 14v] [omnium fructus, etc., ... librarum Turonensium parvorum] communi extimatione valorem annuum [non excedunt...] vel alio quovis modo seu ex quarumcumque per[sonarum... in] Curia vel extra eam factam aut per consti[tutionem *Execrabilis* vacent] et generaliter vel specialiter reservati, devoluti ac litigiosi existant, de novo dignemini misericorditer providere. Non obstañ dispensatione, quam habet, ad duo compatibilia obtinenda, de qua ac de gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria apostolica clarius et expressius fiet mentio, et cum ceteris non obstañ et clausulis opportunis. — *Concessum.*

Datum Constantie, tertio Kalendas Januarii, anno primo.

45

1418, Janeiro 1

Entre as petições de Diogo Fernandes, nobre espanhol, figura uma do mesmo e do nobre D. Martinho, relativa aos confins dos Sarracenos, com os quais alguns cristãos comerciavam, incorrendo em excomunhão, com dificuldades graves no recurso à cúria pontifícia para a absolvição, motivo pelo qual pedem ao papa delegue as faculdades de absolvição, por um período de dez anos, ao bispo de Córdova.

Reg. Suppl. 106, fl. 273-274v.

Rotulus diversarum supplicationum pro Didaco Fernandi (1).
(2) Item supplicat S. V. nobilis prefatus...

... ...

[fl. 274]

... ...

Item, Beatissime Pater, cum in Hispaniis et signanter in partibus Lusitanie que in confinibus regni Granate per Sarracenos perfidos occupati existunt nonnulli christiani utriusque sexus, tam laici quam ecclesiastici, etiam religiosi, Sarracenis victualia et alias res vetitas vendunt et tradunt et in mercimoniis ac mercanciis et aliis illicitis et vetitis actibus ipsis participant et propterea [fl. 274v] excommunicationis sententias tam a iure quam etiam per processus apostolicos in die sancta Jovis et alias in tales generaliter promulgatas incurrunt, necnon in ordinibus constituti sic ligati divina celebrant officia et alias se immiscent eisdem, irregularitatis maculam incurrendo. Cum autem, Beatissime Pater, propter magnam distantiam Curie V. S. ac viarum discrimina ac etiam aliqui paupertatis pretextu eiusdem S. Curiam nequeunt adire et sic in suarum animarum perniciem et dampnationem plures remanent eisdem sententiis alligati, idcirco supplicat S. V. nobilis Martinus, domicellorum preses et ambasiator prefatus, quatinus devote facture vestre episcopo Cordubensi ut ipse hinc ad decennium quoscumque utriusque sexus, etiam si ecclesiastice persone vel religiose existant, sententiis huiusmodi alligatos, ab ipsis sententiis absolvere et super irregularitate et inhabilitate premissis ex causis contractis cum eisdem dispensare ipsosque habilitare valeat, licentiam, facultatem et auctoritatem impertiri et concedere misericorditer dignemini cum clausulis oportunis. — *Fiat de preteritis delictis, imposita penitentia salutari, secundum arbitrium episcopi moderni. O.*

... ...

[fl. 275]

... ...

Fiat pro omnibus in forma. O.
Datum Constantie, Kalendis Januarii, anno primo.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.
(2) Na margem esquerda do texto: *Sic incipit, quia prime duo sunt casse.*

46

1418, Janeiro 3

João Vasques, arcediago de Penela, na igreja de Coimbra, tinha sido provido do canonicato e prebenda de Coimbra, pelo que a perpétua porção, de que estava de posse, viria a vagar. Por tal motivo Antão Gonçalves, clérigo da diocese de Viseu, solicita para si esse benefício.

Reg. Suppl. 108, fl. 53v-54.

Beatissime Pater. Cum S. V. Johanni Valasci, archidiacono [de Penella] in ecclesia Colimbriensi, de canonicatu et prebenda ipsius ecclesie, certo modo vacaturis, mandaverit provideri, et propterea perpetua portio, tertenaria nuncupata, quam idem Johannes in eadem ecclesia obtinet et cum canonicatu et prebenda predictis incompatibilis est, per assecutionem [fl. 54] canonicatus et prebende predictorum per eum fiendam vacabit, supplicat igitur S. V. devotus orator vester Antonius Gonsalvi, clericus Visensis diocesis, quatinus sibi de dicta tricenaria, cuius fructus, etc., viginti quinque librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, cum, ut premittitur, vacaverit, etiam si actu premisso aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacet et generaliter vel specialiter reservata aut devoluta ac litigiosa sit, dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum omnibus clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Constantie, tertio Nonas Januarii, anno primo.

47

1418, Janeiro 3

Petição de João Vicente, reitor da igreja paroquial de S. Tiago de Tremês, da diocese de Lisboa, mestre em artes e medicina, sobre o canonicato e prebenda de Coimbra, que foram restituídos pela revogação do indulto, pelo qual João XXIII permitira que o número de cónegos da sé fosse reduzido.

Reg. Suppl. 108, fl. 161.

Beatissime Pater. Cum dudum vigore quarumdam litterarum Baldassaris, tunc Johannis pape xxiii (1), de numero canonicatuum et prebendarum ecclesie Colimbriensis certi canonicatus et prebende extincti sive suppressi fuerunt et quia S. V., attendens quod supressio sive extintio huiusmodi in divini cultus detrimentum in eadem ecclesia et absque rationabili causa facta fuit, easdem litteras revocari et dictas extinctas sive suppressas prebendas (2) ad pristinum numerum reduci et revivisci et de certis ex illis nonnullis personis provideri concessit, prout in eadem concessione plenius continetur, et quia nonnulle

alie ex dictis suppressis prebendis per eamdem reductionem, de quibus eadem S. V. nondum provideri concessit, vacare sperentur, supplicat S. V. humiliter devotus vester Johannes Vincentii, rector parrochialis ecclesie sancti Jacobi de Tremes Ulixbonensis diocesis, in artibus et medicina magister, quatinus sibi de certis residuis canonicatu et prebenda, qui per eamdem reductionem vacabunt et de quibus eadem S. hactenus non concessit provideri, in cancellaria apostolica exprimendis, quarum fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, etiam si actu alias quovis modo aut ex cuiuscumque persona vacent ac reservati vel devoluti sint, dignemini misericorditer provideri. Non obstañ quod eamdem parrochialem ecclesiam, cuius fructus, etc., septuaginta librarum similium dicta extimatione valorem annuum non excedunt, obtineat, necnon quadam gratia expectativa per eamdem S. forsan sibi facta in cancellaria predicta, si quam habet, exprimenda (3). Et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Constantie, tertio Nonas Januarii, anno primo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 8.
(2) No ms. *predictas.*
(3) No ms. *expedi.*, com sinal de erro.

48

1418, Janeiro 5

Petição do cabido de Lisboa sobre a confirmação das disposições de Bonifácio IX, relativas à nomeação do mestre da fábrica da sé lisbonense pelo arcebispo e cabido.

Reg. Suppl. 112, fl. 165v-166.

Beatissime Pater, dudum Bonifatio nono in eius obedientia nuncupato (1) pro parte capituli ecclesie Ulixbonensis exposito quod magister seu provisor operis ipsius ecclesie, qui erat pro tempore, omnes et singulos fructus et introitus ad fabricam ipsius ecclesie pertinentes recipere et exponere haberet quodque archiepiscopus Ulixbonensis, pro tempore existens, se de huiusmodi fructibus, introitibus sepius intromisit, illosque in utilitatem ipsius fabrice convertit, in eiusdem fabrice non modicum detrimentum, idem Bonifatius statuit et ordinavit quod de cetero perpetuo futuris temporibus archiepiscopus et capitulum concorditer unum, quem ad hoc aptum et sufficientem invenirent, et qui eisdem archiepiscopo et capitulo, annis singulis, de receptis et expositis computum redderet, in magistrum operis dicte ecclesie eligere illumque, anno revoluto vel computo recepto, ammovere et alium ponere, prout eis videbitur expedire, possent, prout in litteris dicti Bonifatii, super hoc confectis, plenius continetur; ut igitur tenor earumdem litterarum in utilitatem dicte fabrice inviolabiliter observetur, supplicat S. V. humiliter capitulum huiusmodi quatinus tenorem ipsum ratum habentes et gratum, eum dignemini de benignitate apostolica approbare seu easdem litteras innovare eisque concedere [fl. 166]

ad executionem premissorum executores oportunos, cum in eadem petitione contentis et aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Friburgi Lausanensis diocesis, Nonis Januarii, anno primo.

---

(1) Bonifácio IX, papa, antes Pedro Tomacello, criado cardeal diácono de S. Jorge em 1381 por Urbano VI, transferido depois em 1385 para o título presbiteral de Santa Anastásia; foi elevado à dignidade pontifícia a 2 de Novembro de 1389 e coroado a 9 do mesmo mês, vindo a falecer no dia 1 de Outubro de 1404. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica* I, p. 24, 25.

49

1418, Janeiro 7

Garcia Rodrigues, de posse do arciprestado de Valdevez, diocese de Tui, que vagara por morte de Afonso Rodrigues de Magalhães, pede nova provisão do arciprestado.

Reg. Suppl. 107, fl. 216.

Beatissime Pater. Olim vacante archipresbyteratu rurali de Vale de Vice Tudensis diocesis per obitum quondam Alfonsi Roderici de Magalhães, ipsius archipresbyteratus ultimi archipresbyteri, extra Romanam Curiam defuncti, devotus vester Garssias Roderici, canonicus Tudensis, archipresbyteratum ipsum vigore gratie expectative ab olim Johanne papa (1) xxiii (2) sibi concesse acceptavit et de ipso sibi obtinuit provideri, licet eius possessionem non fuerit assecutus, et quia, Pater Beatissime, idem G[arsias] dubitat collationem et provisionem huiusmodi sibi factam viribus non subsistere ipsumque archipresbyteratum adhuc aliquo modo vacare, supplicat eidem S. V. idem Garssias quatinus sibi specialem gratiam facientes, de dicto archipresbyteratu, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium (3) parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, si ut premittitur, aut alio quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona seu per assecutionem alterius beneficii vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii aut alias generaliter vel specialiter reservatus seu devolutus existat et ille, ex cuius persona ultimo vacavit, sedis apostolice capellanus, notarius vel alias officialis aut fructuum et proventuum camere apostolice debitorum collector vel succollector aut apostolicarum abreviator vel earumdem aut Penitentiarie scriptor seu eiusdem sedis vel alicuius ex sancte Romane ecclesie cardinalibus familiaris fuerit, eidem G[arsie] dignemini de novo misericorditer providere. Non obstañ quod Brachareñ et Tudeñ canonicatus et prebendas ac sancti Salvatoris de Cabreiro ac de Azer et de Guillefonxe ecclesiarum medietates sine cura et prestimonium de Valadares obtineat, cum non obstant. et clausulis oportunis. — *Concessum.*

Datum Constantie, septimo Idus Januarii, anno primo.

---

(1) No ms. *pape*, com sinal de erro.

(2) Cf. nota 1 do n.º 8.

(3) A palavra *Turonensium* foi riscada.

50

1418, Janeiro 7

Cristóvão Anes, bacharel em decretos, pede a confirmação da permuta feita com Garcia Martins, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Achete da diocese de Lisboa, conferindo-lhe esta igreja em troca da quartanaria lisbonense.

Reg. Suppl. 107, fl. 216-216v.

Beatissime Pater, vacante parrochiali ecclesia sancte Marie de Acheite Ulixboñ diocesis per renuntiationem devoti oratoris vestri Garsie Martini, eiusdem ecclesie rectoris, causa permutationis pro quadam perpetua portione sine cura, vulgariter nominata quartanaria, in ecclesia Ulixboñ, cum devoto oratore vestro Cristoforo Johannis, bacallario in decretis, eiusdem beneficii quartanario, in manibus archiepiscopi vel sui vicarii resignata, idem archiepiscopus vel vicarius eiusdem, ut premittitur, prefato Cristoforo de predicta ecclesia vigore renuntiationis et permutationis huiusmodi providit eamque ex tunc tenuit et possedit, prout de presenti tenet et possidet, timetque idem Cristoforus permutationem, provisionem et assecutionem huiusmodi certis de causis viribus non subsistere. Supplicat igitur eidem S. V. dictus Cristoforus quatinus permutationem, [fl. 216v] provisionem et assecutionem predictas ratas habentes et gratas sibique de dicta parrochiali ecclesia, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem [annuum] non excedunt, sive per renuntiationem huiusmodi vel alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata seu devoluta aut litigiosa sit, etiam si in sacro palatio apostolico vel extra lis inter aliquos pendeat indecisa, dignemini misericorditer providere, cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum.*

Datum Constantie, septimo Idus Januarii, anno primo.

51

1418, Janeiro 7

Lúcido, cardeal do título de Santa Maria in Cosmedin, pede para Álvaro Afonso, arcediago de Vila Nova de Cerveira e reitor da igreja paroquial de S. Martinho de Santarém, o canonicato e prebenda de Coimbra, revogando o indulto de João XXIII que permitira a redução do número de cónegos da sé de Coimbra.

Reg. Suppl. 108, fl. 182-182v.

Beatissime Pater, olim canonici et capitulum ecclesie Colimbriensis, propriis commodis inherentes, ad hoc etiam episcopi ecclesie predicte interveniente consensu, olim Johanni xxiii (1) supplicarunt ut numerum canonicatuum et prebendarum ipsius ecclesie

ad minorem numerum earumdem prebendarum reducere vellet, idem vero tunc Johannes, pretio vel prece motus, certo iudici in partibus per certum indultum dedit in mandatis ut numerum predictum ad certum minorem numerum auctoritate apostolica reduceret, iudex vero predictus iuxta apostolicum mandatum ad executionem ipsius mandati auctoritate eadem processit, prout in dicto apostolico indulto et processu exinde confecto, quorum tenores hic dignemini habere pro sufficienter expressis, dicitur contineri. Verum, Pater Beatissime, capitulum memoratum, mandati seu indulti ac processus predictorum vigore, canonicatum et prebendam ipsius ecclesie per obitum Vincentii Johannis, extra Romanam Curiam defuncti, suppresserunt, fructus, etc., canonicatus et prebende predictorum (2) ad mensam predicti capituli devolvendo, in divini cultus detrimentum et ecclesie predicte honoris diminutionem. Cum autem, Beatissime Pater, ad S. V. maxime pertineat errores corrigere divinumque cultum diminui non consentire, ymo pro viribus ampliare, supplicat igitur S. V. devota vestra creatura Lucidus tt. sancte Marie in Cosmedin sacrosancte Romane Ecclesie diaconus cardinalis, de Comitibus vulgariter nuncupatus (3), in personam dilecti sui Alvari Alfonsi, archidiaconi de Cerveyra in ecclesia Tudensi, necnon rectoris parrochialis ecclesie sancti Martini Sancteraneñ Ulixbonensis diocesis, quatinus alicui ex venerabilibus viris sacri palatii apostolici causarum auditoribus committere et mandare dignemini ut de premissis summarie, etc., se informet et si invenerit huiusmodi indultum in divini cultus detrimentum et honoris ipsius ecclesie diminutionem per eumdem olim Johannem fuisse et esse concessum, idem indultum casset et revocet ac predictum et quoscumque alios canonicatus et prebendas que in ipsa ecclesia vacarunt et vigore indulti huiusmodi suppressi fuerunt auctoritate apostolica resuscitet et restauret et reviviscere faciat ipsosque ad numerum et statum pristinum, sic et prout ante ipsius indulti impetrationem erant, auctoritate apostolica reducat necnon de canonicatu et prebenda predictis videlicet Vincentii Johannis Alvaro Alfonsi misericorditer provideat, cuius fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione importat. valorem annuum non excedunt, auctoritate apostolica, cum ut premittitur per eum resuscitati, revi. seu resuscitati *(sic)* fuerint, etiam si actu premisso vel alias quovis modo vel ex aliorum quorumcumque persona vacet et generaliter vel specialiter reservati et devoluti et super eis inter aliquos lis, cuius statum hic dignemini habere pro sufficienter expresso in Romana Curia vel extra [eam] pendeat indecisa et ille, ex cuius persona ultimo vacavit, sedis apostolice capellanus, notarius, [fl. 182v] officialis seu alias familiaris aut fructuum, etc., camere apostolice debitorum collector vel succollector fuerint. Non obstañ archidiaconatu et ecclesia parrochiali supradictis, quos simul ex apostolica dispensatione obtinet, quorum fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium parvorum importat. non excedunt, necnon canonicatu et prebenda ecclesie Portugalensis, super quibus causam in palatio apostolico contra certum sibi adversarium committi fecit, quorum fructus, etc., quinquaginta librarum similium Turonensium importat. non excedunt, ac grattia expectativa, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum omnibus clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Constantie, septimo Idus Januarii, anno primo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 8.

(2) No ms. *predicti.*

(3) D. Lúcido, conhecido pelo nome do Conde (*De Comite* ou *De Comitibus*), protonotário apostólico, elevado à dignidade cardinalícia em 6 de Junho de 1411 por João XXIII com o tít. de cardeal diácono de Santa Maria in Cosmedin. Morreu em Bolonha em Setembro de 1437. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 33, 51.

52

1418, Janeiro 11

Petição de vários portugueses, a implorar a indulgência plenária em artigo de morte, a conceder por qualquer confessor idóneo que eles escolherem.

Reg. Suppl. 113, fl. 33.

Supplicant S. V. devoti oratores vestri Johannes Roderici et Maria Vincentii ac Nicolaus Laurentii et Katherina (1) Valasci Ulixboneñ necnon Johannes de Arouta (2) Ulixbonensis diocesis, quatinus sibi ut quilibet ipsorum confessorem idoneum eligere valeat, qui ipsis et ipsorum cuilibet, semel in mortis articulo, plenam remissionem suorum peccaminum a pena et culpa indulgere possit, dignemini misericorditer concedere. Cum clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur.*

Datum Constantie, tertio Idus Januarii, anno primo.

---

(1) No ms. *Katherine.*

(2) No ms. *Aronca,* com sinal de erro. Cf. à frente n.º 55.

53

1418, Janeiro 11

Nicolau Ramos, reitor da igreja colegiada de S. Bartolomeu de fora dos muros de Coimbra, por autoridade ordinária, pede a confirmação apostólica da colação da mesma.

Reg. Suppl. 113, fl. 116-116v.

Beatissime Pater, vacante dudum collegiata ecclesia seculari sancti Bartholomei extra muros Colimbrieñ per obitum Bertrandi, extra Romanam Curiam defuncti, devotus orator vester Nicolaus Ramos, nunc eiusdem ecclesie rector, de eadem ecclesia auctoritate ordinaria obtinuit sibi provideri, vigore cuius provisionis possessionem ipsius extitit pacifice assecutus, quam ex tunc tenuit et possedit [fl. 116v] pacifice et quiete, prout tenet [et] possidet de presenti, [timetque provisionem] et possessionem predictas ac omnia alia [inde secuta certis de causis] viribus non subsistere. Supplicatur igitur S. V. pro parte eiusdem [Nicolai quatinus omnia] et singula premissa rata habentes et grata, sibi de dicta ecclesia, [cuius fructus], etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione importat. [valorem annuum] non excedunt, sive premisso aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacet, et generaliter vel specialiter reservata et devoluta sit, et ille, ex cuius persona ultimo vacavit, sedis apostolice cappellanus, notarius, nuntius, officialis aut alias familiaris aut fructuum, etc., camere apostolice debitorum collector vel succollector fuerit, de novo dignemini misericorditer providere. Et cum omnibus clausulis oportunis — *Concessum pro utroque.*

Datum Constantie, tertio Idus Januarii, anno primo.

54

1418, Janeiro 13

Rodrigo Gomes de Azevedo, nobre da diocese de Lisboa, solicita a absolvição geral em artigo de morte.

Reg. Suppl. 108, fl. 274v.

Beatissime Pater, dignetur S. V. Roderico Gometii de Azevedo, nobili Ulixbonensis dyocesis, absolutionem generalem in articulo mortis concedere de gratia speciali in forma. — *Fiat in forma. O.*

Datum Constantie, Idus Januarii, anno primo.

55

1418, Janeiro 13

Pedido de alguns portugueses para poderem escolher confessor que lhes conceda a indulgência plenária em artigo de morte.

Reg. Suppl. 108, fl. 274v.

Supplicant S. V. devoti oratores vestri Johannes Roderici et Maria Vincentii ac Nicholaus Laurentii et Catarina Vallasci Ulixboneñ necnon Johannes de Routa dyocesis Ulixbonensis, quatinus ut quilibet ipsorum confessorem ydoneum eligere valeat, qui ipsis et ipsorum cuilibet semel in mortis articulo plenam remissionem suorum peccaminum a pena et a culpa possit indulgere, dignemini concedere, cum clausulis oportunis. — *Fiat in forma. O.*

Datum Constantie, Idus Januarii, anno primo.

56

1418, Janeiro 13

Gomes Lourenço, clérigo da diocese de Tui, pede para ser nomeado notário na colectoria de Portugal, de que era colector geral Rodrigo Dias, cónego de Braga.

Reg. Suppl. 109, fl. 158v.

Supplicat S. V. devotus vester Gometius Laurentii, clericus non coniugatus, Tudensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes de tabellionatus seu notariatus

officio ut eo ubique terrarum ac locorum vestra auctoritate apostolica uti possit necnon de officio notariatus seu scribanie collectoriatus regnorum Portugalie et Algarbii quod scribere possit quascumque scripturas et facere omnia dicto officio necessaria et pertinentia coram Roderico Didaci, canonico Bracharensi, collectore generali in dictis regnis ac coram quibuscumque aliis collectoribus, succollectoribus et officialibus in eisdem regnis deputatis et deputandis quodque idem G[ometius] recipere et habere omnia iura, emolumenta et honores eisdem officiis ac officialibus eorumdem pertinentia et concedi consueta libere et licite valeat, eidem G[ometio] cum commissione examinis concedere dignemini. Cum omnibus non obstañ et clausulis oportunis ut in forma. — *Concessum in forma.*

[Datum] Constantie, Idus Januarii, anno primo.

57

1418, Janeiro 13

Frei Afonso, monge do mosteiro de S. Salvador de Paço de Sousa, foi provido do mosteiro de Santa Maria de Oya, cujos bens estavam, na maior parte, em terras sujeitas ao antipapa Bento XIII que deu a administração do mosteiro a Frei Gonçalinho do sobredito mosteiro de Santa Maria. Temendo vir a ser prejudicado com isso, o sobredito Frei Afonso, abade do mosteiro, pede a confirmação da sua provisão.

Reg. Suppl. 109, fl. 211v-212.

Beatissime Pater, dudum monasterium beate Marie de Oya Cisterciensis ordinis Tudensis diocesis ex eo vacante quod Baldassar, tunc Jo[hannes] papa vicesimus tertius (1), de persona fratris Gunsalvi, tunc abbatis eiusdem beate Marie monasterii, monasterio sancti Salvatoris de Pallatiolo ordinis sancti Benedicti Portugalensis diocesis, tunc certo modo vacanti providit, idemque G[unsalvus] se de administratione et regimine dicti monasterii sancti Salvatoris intromisit, dictus Baldassar (2), tunc papa, de persona fratris Alfonsi, tunc monachi eiusdem monasterii sancti Salvatoris, de dicto monasterio beate Marie providit ipsumque illi prefecit in abbatem, et quia dictum monasterium beate Marie cum maiori parte possessionum et bonorum ad eius abbatialem mensam spectantium in obedientia Petri de Luna, olim Benedicti tertiidecimi in eius obedientia nuncupati, consistebant, prefatus Alfonsus, nisi certorum possessionem bonorum et proventuum ad ipsam mensam spectantium et in obedientia [fl. 212] tunc Jo[hannis] pape consistentium ad valorem (3) ducentorum florenorum auri de camera apprehendere potuit nec potest, quam ex tunc tenuit et possedit, prout tenet et possidet de presenti pacifice et quiete dictusque Petrus expost quemdam alium fratrem Gunzalinum, eiusdem monasterii beate Marie monachum, in eius regimine et administratione de facto intrusit, per quem idem Alfonsus abbas se in eius possessione predicta timet posse imposterum molestari. Supplicat igitur S. V. dictus A[lfonsus] abbas quatinus provisionem et prefectionem de persona sua ut premittitur factas necnon per eum adeptam possessionem ac quecumque inde secuta rata habentes et grata, ea dignemini ex certa scientia approbare et etiam confirmare, supplentes omnes et singulos defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem

attento (4) quomodo idem abbas in isto sacro concilio Constantiensi moram traxit, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Concessum.*

Datum Constantie, Idus Januarii, anno primo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 8.
(2) No ms. *Baltasa*, com sinal de erro.
(3) No ms. *vallorem*, com sinal de erro.
(4) No ms. *actempto*, com sinal de erro.

58

1418, Janeiro 15

Alexandre V concedera o canonicato e prebenda de Lisboa, a vagar pela promoção de D. Fernando Guerra, sobrinho de D. João I de Portugal, à sé de Silves, a Umberto de Salinis, cónego de Braga. Levantou-se então litígio entre ele e Vasco Rodrigues, clérigo da diocese de Lisboa, que resignou aos sobreditos canonicato e prebenda por motivo de permuta com João Álvares, reitor da igreja de S. Pedro de Óbidos. O litígio continuou e D. Duarte, infante primogénito de Portugal, pede ao papa nova provisão a favor do referido Umberto, seu capelão-mor.

Reg. Suppl. 113, fl. 146.

Beatissime Pater, promoto dudum ad ecclesiam [Silvensem], pastore carentem, quodam Fernando (1), devotissimi filii S. V. Johannis, [regis] Portugalie et Algarbii, nepote, et propterea canonicatus et prebenda ecclesie Ulixbonensis, quos idem Fernandus in eadem ecclesia obtinebat ac per munus consecrationis eidem impendendum vacare sperabantur, felicis recordationis dominus Alexander v, de dictis canonicatu et prebenda, cum ut premittitur, preterquam per ipsius Fernandi obitum, vacarent, devoto oratori vestro Umberto de Salinis, canonico Bracharensi, auctoritate apostolica providit seu mandavit provideri, propter quod, orta materia questionis in palatio apostolico causarum de et super canonicatu et prebenda predictis ac ipsorum occasione inter ipsum U[mbertum] et quemdam Valascum Roderici, pro clerico Ulixbonensis diocesis se gerente[m], liteque inter ipsos indecisa pendente, idem Valascus eisdem canonicatui et prebende seu iuri ipsorum in partibus coram Ordinario ex causa permutationis seu alias simpliciter cum quodam Johanne Alvari, rectore tunc parrochialis ecclesie sancti Petri de Obidis diocesis predicte, resignavit, vigore cuius resignationis idem Johannes possessionem canonicatus et prebende predictorum extitit pacifice assecutus, ortaque propterea etiam materia questionis inter ipsum Johannem seu Valascum ex una et eumdem Umbertum ex alia, de et super canonicatu et prebenda predictis in eodem palatio, liteque huiusmodi indecisa pendente, idem Umbertus possessionem canonicatus et prebende predictorum ex vi permutationis pro quodam alio ecclesiastico beneficio in manibus Ordinarii in partibus facte, obtinuit, quam tenet et possidet de presenti. Supplicat igitur S. V. humiliter et devote devotissimus filius eiusdem S. Eduardus, regnorum Portugalie et Algarbii primo-

genitus, quatinus sibi in personam eiusdem Umberti, cappellani sui maioris, specialem gratiam facientes, eidem Umberto de eisdem canonicatu et prebenda, quorum fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum importat. non excedunt, sive premisso aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacent, et generaliter vel specialiter reservati et devoluti sint, et ille, ex cuius persona ultimo vacarunt, sedi apostolice notarius, nuntius, capellanus, officialis vel alias familiaris aut fructuum, etc., camere spostolice debitorum collector vel succollector fuerit, de novo dignemini misericorditer provideri, seu alias auditori camere committere et mandare dignemini ut ipsum Umbertum in omni iure et ad omne ius, si quod Valasco et Johanni predictis tempore renuntiationum predictarum in eisdem canonicatu et prebenda seu ad eos quomodolibet competebat aut competere poterat, auctoritate apostolica surroget sibique de ipsis cum omnibus et singulis modis vacandi, superius expressis, auctoritate eadem de novo provideat. Non obstañ quod idem Umbertus canonicatum et prebendam ecclesie Bracarensis ac parrochialem ecclesiam de Toagilde *(sic)* Bracharensis diocesis, quorum fructus, etc., centum et quinquaginta librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum etiam importat. non excedunt, obtinet, ac gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria apostolica exprimenda. Et cum omnibus clausulis oportunis. — *Concessum.*

Datum Constantie, decimo octavo Kalendas Februarii, anno primo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 35.

59

1418, Janeiro 17

João Esteves, sacerdote da diocese de Tui, pede a igreja paroquial de S. Salvador de Estorãos da sobredita diocese.

Reg. Suppl. 108, fl. 229

Suplicat S. V. devotus orator vester Johannes Stephani, presbyter Tudensis diocesis, quatinus sibi de parrochiali ecclesia sancti Salvatoris de Sturaãos dicte diocesis, cuius fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, ex eo vacante quod Gometius Martini, eamdem ecclesiam per plures annos pacifice possidens, se non fecit, impedimento cessante legitimo et nulla super hoc canonica dispensatione obtenta, ad sacerdotium promoveri, sive ut premittitur, sive eo quod dictus [fl. 229v] G[ometius] illam assecutus extitit, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vel per liberam resignationem alicuius per eum de illa in dicta Romana Curia vel extra eam etiam coram notario publico et testibus sponte factam, aut per assecutionem alterius beneficii ecclesiastici, apostolica vel alia quavis auctoritate collati, vacet, et generaliter vel specialiter reservata aut devoluta sit, et super ea inter aliquos lis, cuius statum habere placeat pro expresso,

in dicta Curia vel extra eam pendeat indecisa, misericorditer providere dignemini. Non obstañ expectativa gratia, si quam habeat, in cancellaria apostolica exprimenda. Et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Constantie, sextodecimo Kalendas Februarii, anno primo.

60

1418, Janeiro 18

Gomes Lourenço, clérigo da diocese de Tui, pede para ser nomeado tabelião ou notário.

Reg. Suppl. 109, fl. 201-201v.

Supplicat S. V. devotus vester Gometius Laurentii, clericus non coniugatus Tudensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes de tabellionatus seu notariatus officio ut eo ubique locorum et terrarum vestra auctoritate uti possit ipseque G[ometius] omnibus iuribus et emolumentis ac honoribus notariis eiusdem S. concedi consuetis uti et gaudere libere et licite valeat, cum commissione examinis concedere [fl. 201v] dignemini. Cum omnibus non obstañ et clausulis oportunis ut in forma. — *Concessum.*

[Datum] Constantie, quintodecimo Kalendas Februarii, anno primo.

61-80

1418, Janeiro 18

Rótulo, *rol ou série de súplicas de vários portugueses sobre a indulgência plenária em artigo de morte.*

Reg. Suppl. 109, fl. 202-203.

Rotulus multarum supplicationum in mortis articulo (1).

Beatissime Pater, Supplicant S. V. devoti oratores vestri infrascripti quatinus sibi specialem gratiam facientes ut confessorem ydoneum eligere valeant qui vel quicumque alter sacerdos ipsis et ipsorum cuilibet in mortis articulo plenam remissionem [fl. 202v) omnium suorum peccaminum a pena et culpa indulgere possit dignemini misericorditer concedere, cum clausulis oportunis.

62. Item quatinus devoto vestro Stephano Martini, camarario regis Portugalie cum Clara Alfonsi, uxore sua, eamdem gratiam facientes ut quilibet eorum confessorem ydoneum eligere possit, qui vel quicumque alter sacerdos in mortis articulo plenam remis-

sionem omnium suorum peccaminum a pena et culpa indulgere possit dignemini misericorditer concedere, cum clausulis oportunis.

63. Item quatinus devoto vestro Egidio Dominici, dicto Pay de seus filhos, Ulixbonensi, cum uxore sua Clara Laurentii similem gratiam facientes ut in mortis articulo plenam remissionem omnium suorum peccaminum a pena et culpa indulgeri dignemini misericorditer concedere, cum clausulis oportunis.

64. Item quatinus devoto vestro Alfonso Laurentii cum uxore sua Ulixboñ similem gratiam facientes, in mortis articulo, dignemini misericorditer concedere, cum clausulis oportunis.

65. Item quatinus devoto vestro Alfonso Johannis, aurifabro Ulixbonensi, cum Katherina Petri, uxore sua, similem gratiam facientes in mortis articulo dignemini misericorditer concedere, cum clausulis oportunis.

66. Item quatinus devoto vestro Pelagio Roderici de Magalhães cum uxore sua Colimbriensi similem gratiam facientes in mortis articulo dignemini concedere, cum clausulis oportunis.

67. Item quatinus devoto vestro Valasco Laurentii Portugalensi, cum uxore sua Katherina Gonsalvi, similem gratiam facientes in mortis articulo dignemini misericorditer concedere, cum clausulis oportunis.

68. Item quatinus devoto vestro Garsie Gonsalvi Portugalensi, cum uxore sua Maria Alfonsi, similem gratiam facientes in mortis articulo dignemini misericorditer concedere, cum clausulis oportunis.

69. Item quatinus devoto vestro Johanni Alfonsi, tabelioni de Melgaço Tudensis diocesis, cum Constantia Laurentii, uxore sua, similem gratiam facientes in mortis articulo dignemini misericorditer concedere, cum clausulis oportunis.

70. Item quatinus devoto vestro Valasco Egidii de Monçom cum uxore sua Erene Gometii Tudensis diocesis similem gratiam facientes in mortis articulo dignemini misericorditer concedere, cum clausulis oportunis.

71. Item quatinus devoto vestro Johanni Syren Zamorensi cum uxore sua Aimete Alfonsi similem gratiam facientes in mortis articulo dignemini misericorditer concedere, cum clausulis oportunis.

72. Item quatinus devoto vestro Gometio(2) Laurentii, canonico Tudensi, similem gratiam facientes in mortis articulo dignemini misericorditer concedere, cum clausulis oportunis.

73. [fl. 203] Item quatinus Johanni Stephani, rectori parrochialis ecclesie de Nonia Lamecensis diocesis similem gratiam facientes in mortis articulo [misericorditer] dignemini concedere, cum clausulis oportunis.

74. Item quatinus devoto vestro Gometio Johannis, rectori [ecclesie] sancti Martini de Torviscoso Tudensis diocesis similem gratiam facientes in mortis articulo dignemini misericorditer concedere, cum clausulis oportunis.

75. Item quatinus devoto vestro Johanni Martini de Pradella, canonico regulari monasterii sancti Johannis de Longovares ordinis sancti Augustini Tudensis diocesis similem gratiam facientes in mortis articulo dignemini misericorditer concedere, cum clausulis oportunis.

76. Item quatinus devoto vestro Valasco Roderici, cantori (3) Bracharensi, similem gratiam facientes in mortis articulo dignemini misericorditer concedere, cum clausulis oportunis.

77. Item quatinus devoto vestro Martino Stephani, canonico Portugalensi, similem gratiam facientes in mortis articulo dignemini misericorditer concedere, cum clausulis oportunis.

78. Item quatinus devoto vestro Alvaro Martini, priori collegiate ecclesie de Citofacta Portugalensis diocesis, similem gratiam facientes in mortis articulo, dignemini misericorditer concedere, cum clausulis oportunis.

79. Item quatinus devoto vestro Fernando Alfonsi, priori de Paderne, similem gratiam facientes in mortis articulo, concedere [misericorditer] dignemini, cum clausulis oportunis.

80. Item quatinus beate (4) Textrici, vidue, devote vestre, Sanctarenensi Ulixbonensis diocesis, similem gratiam [facientes] in mortis articulo dignemini misericorditer concedere, cum clausulis oportunis.

Concessum pro omnibus.

[Datum] Constantie, quintodecimo Kalendas Februarii, anno primo.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.
(2) No ms. *Gometii*, com sinal de erro.
(3) No ms. *canthori*, com sinal de erro.
(4) No ms. *beati*, com sinal de erro.

81-82

1418, Janeiro 19

Pedro Esteves, tesoureiro de Braga, pede ao papa confirme a incorporação do canonicato e prebenda à tesouraria, feita pelo arcebispo D. Martinho. Rodrigo Álvares de Midões e sua mulher Isabel pedem a confirmação do arrendamento dos frutos pertencentes à igreja de S. Frutuoso, feita pelo arcebispo D. Martinho.

Reg. Suppl. 108, fl. 211v.

Beatissime Pater, dudum bone memorie Martinus, archiepiscopus Bracharensis (1), pro parte devoti vestri Petri Stephani, thesaurarii ecclesie Bracharensis, exposito quod thesauraria eiusdem ecclesie adeo in eius facultatibus exilis existeret quod thesaurarius eiusdem ecclesie pro tempore existens ex eis non possit congrue sustentari et incumbentia onera supportare, idem archiepiscopus, considerans premissa et quod dictus thesaurarius ex facultatibus ipsis eidem ecclesie servitia congrua impendere non valeret, de consilio et assensu capituli eiusdem ecclesie, [canonicatum et prebendam], quorum fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, dicte thesaurarie, cuius quadraginta librarum Turonensium parvorum fructus, etc., communi extimatione valorem annuum non excedunt, auctoritate ordinaria in perpetuum incorporavit, annexavit et univit, ita quod, cedente vel decedente aliquo ex canonicis ipsius ecclesie prebendato, tunc inibi obtinentibus vel canonicatum et huiusmodi suam prebendam alias quomodolibet dimittente, liceret eidem P[etro] aut successori suo, thesaurario eiusdem, qui erit pro tempore, corporalem possessionem eorumdem canonicatus et prebende sic vacantium auctoritate propria libere apprehendere et perpetuo retinere, necnon eorum fructus, etc., in usus proprios et supportationem onerum huiusmodi convertere posset, prout in quibusdam autenticis litteris super hoc confectis plenius continetur, et ut huiusmodi (2) unio, annexio et incorporatio viribus subsistant (3), supplicat S. V. humiliter dictus P[etrus] quatinus unionem, annexationem et incorporationem predictas ac omnia inde secuta rata habentes et grata, ea ex certa scientia confirmare, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerunt in eisdem, et si forsan opus [fuerit], canonicatum et prebendam huiusmodi de novo iuxta formam dictarum litterarum incorporare, connectere *(sic)* et unire eique concedere dignemini quod si forsan aliqui[s] super provisionibus sibi faciendis de canonicatu et prebenda eiusdem ecclesie ab eadem S. aliquas litteras impetraverit, quod huiusmodi littere et processus huiusmodi per easdem ad eosdem canonicatum et prebendam minime se extendunt, cum non obstañ et clausulis oportunis.

82. Beatissime Pater, olim bone memorie Martinus, archiepiscopus Bracharensis (4), devotis vestris Roderico Alvari de Midões, laico, in Bracharensi diocesi tunc moram trahenti, et Isabelle, eius uxori, omnes et singulos fructus et pertinentias ecclesie, Camere nuncupate, sancti Fructuosi, prope civitatem Bracharensem, sub certo annuo censu eidem archiepiscopo pro tempore existenti annis singulis persolvendo, ad vitam certarum personarum locavit seu arrendavit seu ad firmam dedit, prout in instrumentis auctenticis (5) inde confectis plenius continetur, et quia premissa in evidentem utilitatem mense et ecclesie predictarum facta existunt, supplicant S. V. humiliter dicti coniuges quatinus locationes, arrendationem seu ad firmam dationem huiusmodi ac omnia et singula in eisdem instrumentis contenta et inde secuta rata habentes et grata, ea dignemini ex certa scientia confirmare seu approbare, supplentes eius defectus, si qui forsan intervenerunt in eisdem vel in aliquo premissorum. Cum non obstañ et clausulis oportunis.

Fiat in forma pro ambabus petitionibus. O.

Datum Constantie, quartodecimo Kalendas Februarii, anno primo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 19.
(2) No ms. *humili*, com sinal de erro.
(3) No ms. *subsistent*.
(4) Cf. nota 1 do n.º 19.
(5) No ms. *actentic*.

83

1418, Janeiro

Petição de João Rodrigues, clérigo de Lisboa, sobre a confirmação do arrendamento de certas casas pertencentes à mesa capitular, feito pelo deão e cabido de Lisboa.

Reg. Suppl. 108, fl. 297v.

Beatissime Pater, olim devoto vestro Johanni Roderici, clerico Ulixbonensi, decanus et capitulum ecclesie Ulixbonensis, attendentes commodum et utilitatem dicte [ecclesie] seu mense capitularis Ulixbonensis, quasdam domus in civitate Ulixbonensi [exis]tentes et ad decanum et capitulum prefatos pertinentes sub certo annuo censu [...] canone tunc expresso annis singulis persolvendo ad vitam trium personarum [con]cesserunt, ita quod Johannes prefatus secundam et secunda tertiam per[son]am nominaret et prout in contractu desuper confecto, quem S. V. dignetur [pro] sufficienter expresso habere, plenius continetur. Supplicat igitur S. V. [dictu]s Johannes ad maioris roboris firmitatem quatinus, concessionem huiusmodi [in omni]bus et per omnia ratam habentes et gratam, ipsamque auctoritate apostolica con[firma]re dignemini, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerunt in [eodem], cum clausulis et non obstañ oportunis. — *Fiat in forma. O.*

Datum Constantie, [...] imo Kalendas Februarii, anno primo.

84

1418, Janeiro 26

Súplica do cardeal Branda, do título de S. Clemente, a favor de Rodrigo ou Rui Dias, cónego de Braga, sobre a chantria do Porto, a vagar pela promoção de João Afonso à sé do Porto.

Reg. Suppl. 108, fl. 239v-240.

Beatissime Pater. Cum cantoria ecclesie Portugalensis, que dignitas curata in eadem ecclesia Portugalensi existit, per promotionem Johannis Alfonsi, ipsius ecclesie cantoris, ad dictam ecclesiam Portugalensem (1), per sedem apostolicam factam seu faciendam et munus consecrationis eidem Johanni impendendum, vacare speretur, supplicat S. V. devota creatura vestra Branda tt. Sancti Clementis, presbyter cardinalis (2) quatinus sibi in personam dilecti sui Roderici Didaci, canonici Bracharensis, specialem gratiam facientes, de dicta cantoria, cuius fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, cum illis ut prefertur aut per lapsum temporis de consecrandis episcopis, a canonibus diffiniti, vel alias quovis modo, preterquam, etc., vacare contigerit, etiam si actu premisso vel alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, et etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa existat, eidem Roderico dignemini misericordi-

ter providere. Non obstañ canonicatu et prebenda ecclesie Bracharensis et ecclesia parrochiali sancti Salvatoris de Johanne necnon ecclesia sancte Marie de Aginhoso *(sic)* sine cura Bracharensis diocesis, quos noscitur obtinere, quorum omnium fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium parvorum similium secundum predictam extimationem valorem annuum non excedunt ac portione sine [fl. 240] cura in ecclesia sancte Marie de Faaron Silvensis diocesis, cuius possessionem non habet et cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum dicte monete secundum dictam extimationem valorem annuum non excedunt, quam ecclesiam sancti Salvatoris de Johanne Bracharensis diocesis, [cum] dictam cantoriam pacifice adeptus fuerit, paratus est dimittere. Non obstañ etiam gratia de duobus incompatibilibus quam quoad vixerit habet et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Constantie, septimo Kalendas Februarii, anno primo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 6.

(2) D. Branda de Castillione, bispo de Piacenza, nomeado por Bonifácio IX em 1404, criado cardeal em 1411 por João XXIII, do título de S. Clemente, morto em Fevereiro de 1443. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 33, 401.

85

1418, Janeiro 29

Álvaro Gonçalves de Ataíde, embaixador d'el rei de Portugal, pede a igreja paroquial de S. Bartolomeu da cidade de Lisboa para o seu familiar e comensal Gonçalo Fernandes, clérigo lisbonense.

Reg. Suppl. 108, fl. 179v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Alvarus Gunsalvi de Atayde, devotissimi filii S. eiusdem regis Portugalie et Algarbii orator, quatinus sibi in personam dilecti familiaris sui continui commensalis Gunsalvi Fernandi, clerici Ulixbonensis, specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancti Bartholomei civitatis Ulixbonensis, vacante per obitum Gunsalvi Martini, extra Romanam Curiam defuncti, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione import. valorem annuum non excedunt, sive premisso aut alio quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona aut per constitutionem *Execrabilis* et c. *De multa* vacet et generaliter vel specialiter reservata vel devoluta sit, et ille, ex cuius persona ultimo vacavit, sedis apostolice capellanus, notarius, nuntius aut familiaris aut fructuum, etc., camere apostolice debitorum collector vel subcollector seu alius officialis fuerit, eidem G[unsalvo] dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria apostolica exprimenda. Et cum omnibus clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Constantie, quarto Kalendas Februarii, anno primo.

86

1418, Janeiro 29

Petição de Garcia Rodrigues de Magalhães, cónego de Braga, bacharel em decretos, de descendência nobre, sobre o canonicato e prebenda portuenses e igreja paroquial de S. Cristóvão de Refojos da diocese do Porto, a vagarem pela promoção de João Afonso, reitor da dita igreja, à sé do Porto.

Reg. Suppl. 108, fl. 258-258v.

Beatissime Pater. Cum parrochialis ecclesia sancti Christofori de Refoyos Portugalensis diocesis et canonicatus et prebenda Portugaleñ in proximo sperentur vacare per promotionem seu provisionem factam de persona venerabilis viri Johannis Alfonsi, rectoris dicte ecclesie et canonici predicti *(sic)*, ad ecclesiam cathedralem Portugalensem (1) et per munus consecrationis ei impendendum, ideo supplicat S. V. devotus orator vester Garsias Roderici de Magalhães, canonicus Bracharensis, in decretis bacallarius et de nobili genere procreatus, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de dicta ecclesia et canonicatu et prebenda qui sperantur in proximo per dictam promotionem et munus consecrationis impendendum dicto Johanni Alfonsi vacare, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacant, etiam si tanto tempore vacaverint quod eorum collatio iuxta statuta Lateranensis concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta aut reservata existat, etiam si per cuius factum ultimo vacaverint seu vacaverunt, fructuum et proventuum camere apostolice debitorum collector vel succollector fuerit, aut sedis apostolice nuntius [fl. 258v] vel alicuius ex reverendissimis patribus cardinalibus familiaris fuerit, quorum fructus, etc., centum et septuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, eidem G[arsie] dignemini misericorditer providere, etiam si dicta ecclesia iuris patronatus laicorum existat, etiam si pro alio de eadem ecclesia et canonicatu et prebenda supplicatio primo signata existat, non equalis gradus et qualitatis dicti G[arsie], non obstañ quod Bracharenses et Tudenses canonicatus et prebendas ac sancti Salvatoris de Cabreiro et de Azer et de Guillefonxe medietates ecclesiarum sine cura et prestimonium de Valadares obtineat ac super archipresbyteratu de Vale de Vice Tudensis diocesis ecclesiarum, quorum omnium fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, litigat et per adeptionem pacifice possessionis dicte ecclesie et canonicatus, paratus est dimittere dictos prestimonium et archipresbyteratum. Cum non obstañ et clausulis oportunis, etc. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Constantie, quarto Kalendas Februarii, anno primo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 6.

87

1418, Janeiro 29

Garcia Rodrigues de Magalhães, cónego de Braga, bacharel em decretos e nobre, pede a

igreja paroquial de S. Cristóvão de Refojos da diocese do Porto, a vagar pela promoção de João Afonso à sé portuense.

Reg. Suppl. 108, fl. 258v.

Beatissime Pater. Cum ecclesia parrochialis sancti Christofori de Refoyos Portugalensis diocesis speratur vacare in proximo per promotionem seu provisionem factam de persona venerabilis Johannis Alfonsi, rectoris eiusdem, ad cathedralem ecclesiam Portugalensem (1) et per munus consecrationis ei impendendum, ideo supplicat S. V. devotus orator vester Garsias Roderici de Magalhães, canonicus Bracharensis, in decretis bacallarius et de nobili genere procreatus, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de dicta ecclesia que per dictam promotionem et munus consecrationis impendendum eidem dicto Johanni Alfonsi vacare speratur, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacat, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta statuta Lateranensis concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta existat aut reservata, etiam per cuius factum ultimo vacavit vel vacaverit, fructuum et proventuum camere apostolice debitorum collector vel succollector fuerit, aut sedis apostolice vel alicuius ex reverendissimis patribus et dominis cardinalibus familiaris fuerit, quorum centum et quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, dignemini misericorditer providere eidem G[arsie], etiam si iuris patronatus laicorum existat. Non obstantibus canonicatibus et prebendis ecclesiarum Bracharensis et Tudensis ac medietate sine cura de Azer et ecclesiarum sancti Salvatoris de Cabreiro et de Guillefonxe medietatibus sine cura ac prestimonio de Valadares, que quidem beneficia possidet, ac lite super archipresbyteratu de Vale de Vice Tudensis diocesis, quarum ecclesiarum et beneficiorum omnium fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt et per adeptionem pacificam possessionis dicte ecclesie paratus est dimittere predictos prestimonium et archipresbyteratum. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Constantie, quarto Kalendas Februarii, anno primo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 6.

88

1418, Janeiro 30

João Vicente, sacerdote, perpétuo porcionário da igreja paroquial de Santa Maria de Sintra, solicita a igreja paroquial de Figueira da diocese de Lamego.

Reg. Suppl. 108, fl. 217.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. Johannes Vincentii, presbyter, perpetuus portionarius parrochialis ecclesie sancte Marie de Sintria Ulixbonensis [diocesis], quatinus sibi

specialem gratiam facientes de parrochiali ecclesia de Figeria Lamecensis diocesis, cuius fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante per collationem factam Valasco Martini per S. V. de ecclesia de Refoyos Portugalensis diocesis et in ius ipsius Valasci ipsum Johannem surrogando, sive ut premittitur aut alio quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, aut generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa existat, eidem Johanni dignemini misericorditer providere, non obstañ quod dictam perpetuam portionem, cuius fructus, etc., viginti quinque librarum monete extimatione simili (1) valorem annuum non excedunt, obtinet, et gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria apostolica exprimenda, ac quod inter prefatum Valascum et quemdam Ludovicum Vallasci dictam ecclesiam possidentem in partibus lis pendet [indecisa], et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Constantie, tertio Kalendas Februarii, anno primo.

(1) No ms. *in extimatione similium*, com sinal de erro.

89

1418, Fevereiro 17

Diogo Rodrigues, reitor da igreja paroquial de S. João de Vila Chã da diocese de Braga, pede nova provisão da mesma igreja.

Reg. Suppl. 113, fl. 4-4v.

Beatissime Pater. Exponit S. V. devotus vester orator Didacus Roderici, rector parrochialis ecclesie sancti Johannis de Villa Plana Bracharensis diocesis, cum quo alias ut, non obstante defectu natalium, quem patitur de coniugato genitus et soluta, ad maiores ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum sine cura obtinere valeret, ordinaria primo, vigore cuius ad omnes minores fuit promotus, deinde vero ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, recipere et retinere valeret, apostolica extitit auctoritatibus dispensatum, quod, olim dicta ecclesia sancti Johannis per liberam resignationem Roderici Alfonsi, tunc ipsius ecclesie rectoris, ex causa permutationis vacante, ipse Didacus Roderici ecclesiam ipsam, que de iure patronatus laicorum existit, de consensu aliquorum ex ipsis patronis ecclesie, ordinaria auctoritate assecutus fuit. Verum, Pater Sancte, dictus Didacus dubitat collationem et provisionem de ipsa ecclesia sibi factas ex aliquibus causis non valere et ecclesiam predictam aliquo modo vacare. Supplicat eidem S. V. dictus D[idacus] quatinus, sibi specialem gratiam facientes, de ipsa ecclesia, cuius fructus, etc., quadra [fl. 4v] ginta [librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, aut alio quovis modo] vel ex alterius cuiuscumque persona aut alias [quomodocumque seu qualitercumque] specialiter aut generaliter reservata seu devoluta existat, [et ille] ex cuius persona ultimo vacavit, sedis apostolice nuntius vel alias [officialis] aut fructuum

camere apostolice debitorum collector vel subcollector fuerit, eidem D[idaco] de novo dignemini misericorditer providere. Non obstañ dicto natalium defectu, cum ceteris clausulis oportunis. — *Concessum.*

Datum Constantie, xiii Kalendas Martii, anno primo.

90

1418, Março 5

Afonso Martins, clérigo da diocese de Évora, pede a erecção em igreja do ermitério de Santa Maria do Monte, perto de Santarém, e a sua nomeação de reitor da dita igreja, bem como a perpétua incorporação à mesma do ermitério de Santa Maria do Espinheiro, da diocese de Évora.

Reg. Suppl. 110, fl. 18v-19.

Beatissime Pater. Cum in diocesi Ulixbonensi circa opidum seu villam Sancteranensem quoddam heremitorium sancte Marie de Monte vulgariter nuncupatum et in quo omnipotens et misericors Deus ob contemplationem matris sue Marie Virginis, sub cuius vocabulo dictum heremitorium constructum existit et ad quod utriusque sexus homines magnam gerunt devotionem et maiorem gererent si alicui in titulum perpetui beneficii ecclesiastici conferretur, supplicat igitur S. V. humilis et devotus vester Alfonsus Martini, clericus Elborensis diocesis, in augmentum honoris divini cultus et heremitorii prefati quatinus ipsum heremitorium [fl. 19] in ecclesiam sine cura erigere et prefatum Alfonsum in rectorem eiusdem, cuius fructus, etc., quindecim librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, deputare eamque sibi in titulum perpetui beneficii ecclesiastici conferre et ut melius ibidem in divinis serviatur heremitorium sancte Marie de Spinheiro Elborensis diocesis, cuius fructus, etc., duodecim librarum dicte monete secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, eidem ecclesie sancte Marie de Monte imperpetuum incorporare et annexare dignemini. Non obstañ gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat et committatur.* O.

Datum Constantie, tertio Nonas Martii, anno primo.

91

1418, Março 14

O notário dos reinos da Península no concílio de Constança pede um benefício em França, sendo aliás clérigo de Avinhão.

Reg. Suppl. 110, fl. 31v.

Supplicat S. V. devotus vester Anthonius Guidonis, clericus Avinioñ, inclite nationis Yspanice in sacro Constantiensi concilio constitutus notarius, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia de Monteferrando sancti Papuli diocesis, si vacat ad presens, vel dum vacare contigerit per assecutionem archipresbyteratus et parrochialis ecclesie de Caiarco Caturcensis diocesis, invicem unitorum, cum eorum annexis seu alterius cuiuscumque beneficii incompatibilis per Geraldum de Corvanino factam vel fiendam, sive premisso, sive alias quovis modo, preterquam per dicti Geraldi obitum, vel alias ex quacumque persona vacante, etiam si generaliter vel specialiter quomodolibet reservata, devoluta, affecta vel litigiosa existat, eidem A[ntonio] de dicta parrochiali ecclesia de Monteferrando, cuius fructus, etc., ultra quadraginta librarum secundum extimationem non valent communiter annuatim, dignemini misericorditer providere. Non obstantibus ceteris signaturis per S. V. eidem A[ntonio] factis, de quibus aliquem effectum non est consecutus ac non obstañ quadam gratia expectativa, in cancellaria V. S. declaranda, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis.—*Fiat ut petitur. O.*

Datum Constantie, pridie Idus Martii, anno primo.

92

1418, Março 16

Vasco Peres ou Pires, subdiácono da diocese de Évora, doutor em ambos os direitos, embaixador d'el rei de Portugal no concílio de Constança e um dos eleitores do papa Martinho V, pede o canonicato, prebenda e deado de Braga.

Reg. Suppl. 110, fl. 38v-39. Publicada por SOUSA COSTA, A. D. DE, *O Infante D. Henrique na Expansão portuguesa*, n. II, p. 126.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. humilis et devotus vester Valascus Petri, subdiaconus Elborensis diocesis, utriusque iuris doctor, ambaxiator regis Portugalie et unus de electoribus in conclavi assumptionis [fl. 39] S. V. (1), quatinus sibi de canonicatu et prebenda ac decanatu ecclesie Bracharensis, qui dignitas in eadem maior post pontificalem existat, quorum fructus, etc., tricentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacantibus per obitum quondam Johannis de Abiul, in vestra civitate Avinionensi defuncti, seu alibi, qui litterarum apostolicarum abbreviator extitit, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu constitutione *Execrabilis* vacent, etiam si generaliter vel specialiter reservati, devoluti et litigiosi ac ipse decanatus electivus et curatus existat, dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa cum dispensatione ad incompatibilia, in cancellaria exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. —*Fiat ut petitur. O.*

Datum Constantie, decimo septimo Kalendas Aprilis, anno primo.

(1) Sobre Vasco Pires, embaixador do monarca português ao Concílio de Constança, nomeado depois bispo do Porto em Abril de 1421, embaixador também na Cúria pontifícia, transferido da sé do Porto para a de Évora em Março de 1423, ao qual sucedeu, por morte, D. Álvaro, bispo de Silves, em Fevereiro de 1429, cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 236, 407. SOUSA COSTA, A. D. DE, *O Infante D. Henrique na Expansão portuguesa*, Braga 1960, pp. 7-8.

93

1418, Março 23

Petição de Lourenço Gomes, reitor da igreja de Santo Estêvão de Lisboa, sobre a concessão de indulgências aos que visitarem a dita igreja.

Reg. Suppl. 110, fl. 87v.

Beatissime Pater, cum ad ecclesiam sancti Stephani Ulixboñ, in qua reliquie venerabiliter dicuntur conservari (1), magna devotio populi illarum partium habeatur et in die eiusdem sancti Stephani magna inibi populi multitudo confluere consuevit, ut ergo huiusmodi devotio augeatur, supplicat S. V. humiliter devotus orator vester Laurentius Gometii, rector ipsius parrochialis ecclesie, quatinus omnibus vere penitentibus et confessis qui in dicto festo et etiam aliis festis in cancellaria eiusdem S. dari consuetis dictam ecclesiam devote visitaverint, septem annos indulgentiarum et totidem quadragenas de iniuncta penitentia dignemini misericorditer elargiri, cum non obst. et clausulis oportunis. — *Fiat in forma. O.*

Datum Constantie, decimo Kalendas Aprilis, anno primo.

(1) No ms. *recordare*, com sinal de erro.

94

1418, Março 23

Rodrigo ou Rui Dias, reitor da Igreja de Santa Maria de Azinhoso, pede indulgências para os que visitarem a igreja em certos dias.

Reg. Suppl. 110, fl. 91v-92.

Beatissime Pater, cum ad ecclesiam beate Marie Virginis de Azinhoso B[r]acharensis dyocesis ex singulari devotione quam christicole diversarum partium vicinarum propter multa miracula que per ipsius beate Marie merita (1) fiunt ibidem ex diversis mundi partibus ad eamdem ecclesiam confluit populi multitudo, ut ergo ipsa ecclesia que reparatione et edificatione indiget quam plurimum sumptuosa, que absque christifidelium suffragiis fieri non possunt et ut decentius reparetur et edificetur ac in statu conservetur quodque etiam devotio ipsa ad eamdem ecclesiam augea[tur], supplicat S. V. humiliter devotus orator vester Rodericus Didaci, rector eiusdem ecclesie, quatinus omnibus vere penitentibus, confessis et contritis qui in vigiliis et festivitatibus ipsius gloriosissime Virginis Marie et domini nostri Jhesu Christi utpote Nativitatis, Circuncisionis, Epiphanie, Paraceves, Resurrexionis, Ascensionis, Pentecostes, Trinitatis, Corporis [fl. 92] Christi omniumque Apostolorum festis et eorumdem festorum octavis eamdem eccle-

siam devote visitaverint et ad huiusmodi reparationem, edificationem et conservationem manus porrexerint adiutrices vel in testamentis suis aliquid relinquerint, decem annos indulgentiarum et totidem quadragenas imperpetuum dignemini misericorditer indulgere, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat in forma. O.*

Datum Constantie, decimo Kalendas Aprilis, anno primo.

---

(1) No ms. *mcta*, com sinal de erro.

95

1418, Março 30

Estêvão Vasques, clérigo da diocese de Lisboa, familiar d'el rei D. João I, tinha ferido um freire do Hospital, incorrendo em excomunhão, e foi apresentado pela Infanta Dona Isabel à igreja paroquial de S. Miguel de Torres Vedras, de que tomou posse antes de ser absolvido. El-rei pede que, apesar disso, nada obste a seus direitos adquiridos.

Reg. Suppl. 110, fl. 91-91v.

Beatissime Pater, cum olim devotus vester Stephanus Valasci, clericus Ulixbonensis diocesis, familiaris devotissimi filii V. S. Johannis, Portugalie et Algarbii regis, invasisset et vulnerasset quemdam Rodericum Callata, fratrem Hospitalis sancti Jerosolimitani et propterea sententiam excommunicationis incurrisset, dictusque frater eidem Stephano resistendo, tres digitos manus eius dextere, medium videlicet, anularem, auricularem et primam iuncturam indicis, ei mutilasset, propter quod [fl. 91v] ad ministerium altaris et beneficia ecclesiastica obtinenda reddidit se indignum, ac S. V. supplicato ut eum absolvere et secum dispensare dignaretur, S. V. commisisset causa[m] iudici in partibus ut si idem Stephanus hoc humiliter peteret, absolveret eum ab huiusmodi excommunicationis sententia, eoque absoluto secum dispensaret ut in susceptis minoribus [ordinibus] ministrare et quecumque beneficia ecclesiastica sine cura, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus et officia in cathedralibus seu metropolitanis aut collegiatis ecclesiis forent, recipere et retinere posset, prout in litteris apostolicis desuper confectis plenius continetur. Verum, Beatissime Pater, antequam littere huiusmodi eidem iudici presentarentur, devota filia eiusdem S. Helisabeth infantissa, dicti regis nata, patrona ecclesie parrochialis sancti Michaelis de Turribus Veteribus Ulixbonensis dyocesis, vacantis per obitum quondam Johannis Barbosa (1), extra Romanam Curiam defuncti, eumdem Stephanum ad eamdem ecclesiam presentavit ipseque Stephanus ad illam auctoritate ordinaria institutus, eam adeptus fuit retinetque et possidet de presenti, quare supplicat eidem S. V. prefatus rex quatinus presentationem, institutionem, collationem et provisionem eidem Stephano, ut prefertur, factas et quecumque inde secuta grata habentes et rata, eidem iudici committere et mandare dignemini ut eidem Stephano, postquam ab huiusmodi excommunicationis sententia fuerit absolutus, dictam ecclesiam conferat sibique *(sic)* de eadem, sive premisso, vel alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque

persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, de novo provideat ac ut illam quoad vixerit, licet ad sacerdotium propter deformitatem nequeat promoveri, libere recipere et licite retinere valeat et quod ad aliquem sacrum ordinem idem Stephanus promoveri minime teneatur, sed per sufficientem vicarium illi deservire possit secum auctoritate apostolica dispenset, predictis ac constitutionibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Et cum omnibus aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat et permutet infra annum. O.*

Datum Constantie, tertio Kalendas Aprilis, anno primo.

(1) No ms. *Larbosa*, com sinal de erro.

96

1418, Abril 2

Estêvão Vasques pede que a deficiência ocorrida na concessão do papa quanto ao pedido sobre a igreja paroquial de S. Miguel de Torres Vedras não seja impedimento à confecção das letras apostólicas segundo o pedido.

Reg. Suppl. 110, fl. 110.

Reformatio Stephani Valasci super ecclesia parrochiali sancti Michaelis de Turribus Veteribus (1).

Beatissime Pater, cum ex signatura vestra manu beatissima in originali supplicatione, cuius copia superius describitur, petita non veniant, supplicat S. V. humiliter idem rex quatinus litteras apostolicas pro eodem Stephano conficiendas quoad omnia et singula petita in eadem expediri in cancellaria V. S. mandare dignemini et cum non obstañ et clausulis in eadem petitione contentis, signantes per *Fiat ut petitur.* — *Fiat. O.*

Datum Constantie, quarto Nonas Aprilis, anno primo.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

97

1418, Abril 3

Frei Rodrigo de Fiães, da diocese de Tui, cisterciense, pede dispensa do impedimento de ilegitimidade para ascender às dignidades da Ordem, mesmo abaciais.

Reg. Suppl. 110, fl. 109-109v.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester frater Rodericus de Feannes (1) Tudensis diocesis, monasterii seu ordinis Cisterciensis expresse professus, quatinus cum eo ut, non obstante defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, quod, huiusmodi defectu non obstante, ad prioratus, administrationes, officia et dignitates, etiam abbatiales, ordinis, in quo professus est, prefici, eligi [fl. 109v] et assumi possit et valeat, libere recipere et licite retinere, secum misericorditer dispensare dignemini de gratia speciali, ut in forma. Cum ceteris non obst. et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Constantie, tertio Nonas Aprilis, anno primo.

(1) No ms. sinal de erro.

98

1418, Abril 3

Vasco Peres, sacerdote e cónego professo do mosteiro de Grijó, pede o priorado de Santa Maria de Baltar, da diocese de Lamego e da mesma Ordem de Santo Agostinho.

Reg. Suppl. 110, fl. 181v-182.

Supplicat S. V. devotus vester Valascus Petri, presbyter, canonicus professus monasterii sancti Salvatoris de Grijoo, ordinis sancti Augustini Portugalensis diocesis, quatinus sibi de prioratu monasterii beate Marie de Baltar predicti ordinis Lamecensis diocesis per priorem soliti gubernari, cuius fructus, etc., centum viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non exedunt, vacante per obitum quondam Roderici Alvari, ipsius monasterii prioris, [fl. 182] extra Romanam Curiam defuncti, sive premisso, aut alio quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona seu [per] constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservatus, devolutus, litigiosus, curatus et electivus existat, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod quidam Johannes Roderici teneat illud indebite occupatum et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Constantie, tertio Nonas Aprilis, anno primo.

99-103

1418, Abril 4

Petições de D. João I, rei de Portugal, sobre favores destinados à manutenção da cidade de Ceuta, conquistada aos Sarracenos, e prosseguimento da reconquista cristã, bem como sobre a erecção da catedral e sobre a dispensa do impedimento de consanguinidade ou parentela, para seus filhos e filhas poderem casar com reis, rainhas ou pessoas nobres dos reinos de Castela, Inglaterra, Aragão e Navarra.

Reg. Suppl. 110, fl. 178-179. Publicadas em *Monumenta Henricina*, II, Coimbra 1960, n. 142, pp. 277-281.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. devotus filius eiusdem S. Johannes Portugalie et Algarbii rex quatinus omnes et singulas infrascriptas petitiones ad exauditionis gratiam admittere et eas sufficienter signare dignemini de gratia speciali. Et quia, Beatissime Pater, prefatus rex in servitium Dei et Ecclesie sue sancte, non obstante captione civitatis de Cepta per eum, quam spurcissimi Sarraceni et crucis Christi inimici ante debellationem ipsius possidebant, contra et adversus Sarracenos et infideles prefatos [fl. 178v] in partibus Affricanis (1) et alibi, hoc sanctum Dei negotium, cui omnipotens Deus ab alto optimum principium dedit, cum ipsius Dei et Ecclesie sue ac S. V. auxilio prosequi intentat ipsasque partes debellare et ad christianitatem reducere idem dominus rex se disponat, supplicatur igitur S. V. pro parte ipsius regis quatinus ipsi regi fillisque suis atque universis christifidelibus crucesignatis et eorum cuilibet qui in sua seu filiorum predictorum suorum aut alicuius eorum societate, corde contriti et ore confessi, ad huiusmodi tam laudabile opus personaliter advenerint, qui vero in propriis non venerint personis, sed alias personas eorum nomine propriis expensis miserint, et qui etiam iuxta suas facultates, licet non veniant, expensas in subsidium huiusmodi tam sancti operis fecerint et alias pro ipsius civitatis custodia et defensione ac huiusmodi negotii prosecutione manus porrexerint adiutrices, dignemini concedere quod gaudeant et gaudeat illis remissionibus et indulgentiis ac gratiis apostolicis, quibus transfretantes in Terre Sancte subsidium gaudere consueverunt, quia tanto rex et filii ac christifideles predicti istam Dei causam libentius prosequentur quanto potiorem se noverint fructum ex suis laboribus spiritualiter percepturos atque maioribus gratiis et indulgentiis apostolicis se a sede apostolica intuebuntur communitos. Et cum omnibus clausulis oportunis. — *Fiat in forma consueta, pro euntibus personaliter vel mittentibus loco eorum. O.*

100. Item, cum idem rex secum et cum filiis suis ad huiusmodi negotii prosecutionem aliquos prelatos et viros religiosos et personas ecclesiasticas ut confessiones crucis signatorum audire et eos iuxta potestatem sibi a sede apostolica et S. V. tradendam, absolvere et ecclesiastica sacramenta sibi ministrare ac ipsos spiritualibus remediis confovere possint, ducere intendat, supplicatur igitur humiliter et devote pro parte eiusdem regis quatinus duobus ecclesiasticis prelatis, quos duxerit eligendos, et eorum cuilibet quod, per se vel alium seu alios, premissa facere et exequi valeant, prout qualitas negotiorum exegerit et ipsis prelatis vel ipsorum alteri visum fuerit expediri et possint sibi plenarie committere quodque ipsis seu eorum altero decedentibus duo alii ecclesiastici viri quos idem rex seu filius suus princeps exercitus crucis signatorum ad hoc duxerit eligendos in eius seu eorum loco, cum illa potestate sic sibi ut premittitur per S. V. concessa sit aut concedenda surrogetur eidem regi concedere dignemini de gratia speciali, quodque transgredientes ordinationes et mandata regis predicti seu illius filii sui qui dux exercitus predicti fuerit, penam aliquam formidabilem incurrant, de qua eidem S. videbitur talibus imponenda, et cum clausulis oportunis. — *Fiat et committatur duobus prelatis, citra excommunicationem, etc. O.*

101. Item quia idem rex cupiat Sarracenos circumadiacentes ad christianam religionem reducere, quod fieri minime potest nisi amore aut timore, et quia ut predictus amor interveniat, oportet ut inter ipsos christianos qui ad custodiendam ipsam civitatem de Cepta intersunt et ipsos Sarracenos mutua conversatione, venditione et emptione etiam rerum comestibilium et victualium tractetur, quod iam per ipsos Sarracenos extitit petitum, quodque nonnulli christiani in captivitate positi et alii quondam christiani qui timore nomen Christi blasphemarunt, sub huiusmodi colore, ad dictam civitatem confluere, a

quibus multa pro predicti negotii prosecutione scire poterunt, ideo supplicatur eidem S. pro parte eiusdem regis quatinus ut non obstañ quibuscumque penis, sententiis et censuris ecclesiasticis, in contrarium editis (2), illi qui in eadem civitate pro tempore habitaverint aut alias pro custodia ipsius sunt aut fuerunt aut ad ipsam conflueverint possint cum adiacentibus et circumvicinis Sarracenis sic in emptione et venditione omnium rerum etiam comestibilium et victualium conversari et cum omnibus clausulis oportunis. —*Fiat de rebus comestibilibus. O.*

102. Item quoniam idem rex cupit quod in eodem loco de Cepta quedam cathedralis erigatur, cum episcopo et insigniis civitati convenientibus, supplicatur eidem S. pro parte eiusdem regis quatinus alicui prelato in partibus committere et mandare ut de misquicta principaliori quondam Sarracenorum, ad hoc satis convenienti, quamdam cathedralem ecclesiam et sedem episcopalem cum capitulo et aliis insigniis sibi convenientibus ut prefertur erigere et ordinare auctoritate apostolica possit et valeat gratiose concedere dignemini, cum clausulis oportunis. —*Fiat et committatur Bracarensi et Ulixbonensi archiepiscopis. O.*

103. Item Beatissime Pater, quoniam inter regem predictum necnon Castelle (3) Anglie, Aragonie, Navarre reges et reginas atque nonnullos alios reges et illustres mundi personas utriusque sexus maximum consaguinitatis seu parentele vinculum existit, adeo quod absque sedis apostolice licentia matrimonium minime contrahere possunt, obstañ impedimento predicto, et quoniam reges Portugalie predecessores sui, qui pro tempore fuerunt, sepe odiorum rancores et guerrarum turbines et dissensiones mortales, que inter ipsos et reges Castelle prefatos emerserunt, ad invicem sacro matrimoniorum federe cum predictis regibus amicabiliter concordarunt ipsosque rancores guerrarumque turbines et mortales dissentiones in pacem, concordiam et amorem convertendo atque alios amore coniunctos interveniente huiusmodi sacramento se fortiori vinculo indissolubiliori nexu astrinxerunt quod etiam inter ipsos reges per huiusmodi matrimonia contrahenda fieri speratur, supplicatur igitur S. V. humiliter et devote pro parte ipsius regis quatinus pie premissis attentis, cum eius filiis utriusque sexus quod cum Castelle, Anglie, Aragonie, Navarre regibus et reginis regalibusque et *(sic)* illustribus hominibus, etiam utriusque sexus, atque eorum filiis et filiabus matrimonium in quocumque gradu per divinam legem non prohibito contrahere possint, prolem exinde suscipiendam legittimam nuntiantes. Et si non ita generaliter eadem S. concedere vellit, saltem pro secundo et tertiogenitis ac Helisabeth, eius filia, concedere dignetur, quia primogenitus eiusdem regis super premissis a sede apostolica dispensationem obtinuit, cum clausulis oportunis. —*Fiat iuxta formam iam exhibitam et pro secundogenito tantum. O.*

Datum Constantie, pridie Nonas Aprilis, anno primo.

---

(1) No ms. *Afflicanis*, com sinal de erro.
(2) No ms. *edictis.*
(3) No ms. *Castalle*, com sinal de erro.

104

1418, Abril 7

Petição de Vasco Peres, sacerdote e cónego professo do mosteiro de S. Salvador de Grijó, da

diocese do Porto, sobre o priorado do mosteiro de Santa Maria de Baltar da mesma Ordem e da diocese de Lamego.

Reg. Suppl. 117, fl. 111.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Valascus Petri, presbyter, canonicus professus monasterii sancti Salvatoris de Grijoo, ordinis sancti Augustini Portugalensis diocesis, quatinus sibi de prioratu monasterii sancte Marie de Baltar dicti ordinis Lamecensis diocesis, per priorem solito gubernari, vacante per obitum quondam Roderici Alvari, extra Romanam Curiam defuncti, cuius fructus, etc., centum viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservatus, devolutus, dignitas principalis, curata et electiva ac conventualis et litigiosus existat, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod quidam Johannes Roderici teneat illum indebite occupatum, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Constantie, septimo Idus Aprilis, anno primo.

105

1418, Abril 7

Gomes Pais, licenciado em decretos, quartanário de Lisboa, solicita a vigararia da igreja paroquial de Santa Maria, da diocese de Lisboa.

Reg. Suppl. 113, fl. 60.

Beatissime Pater, va[cante vi]caria pa[rrochialis ecclesie sancte] Ma[rie ...] Ulixbonensis diocesis [per re]signationem Valasci Rode[rici ...] iocesis extra Romanam Curiam ex causa permutationis spon[te factam, devotus o]rator vester Gometius Pelagii, quartanarius Ulixbonensis, eamdem vi[cariam], sic vacantem, in vim permutationis huiusmodi ordinaria auctoritate sibi conferri [et de] ea provideri obtinuit, eiusque possessionem extitit assecutus, dubitat [tamen] premissa (1) ex certis causis viribus non subsistere. Quapropter supplicat S. V. humiliter dictus Go[metius], qui etiam licentiatus in decretis existit, quatinus sibi de dicta vicaria, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive per obitum Johannis Roderici, extra eamdem Curiam defuncti, vel alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona, aut per constitutionem *Execrabilis* vacet, seu generaliter vel specialiter reservata, devoluta vel affecta sit, aut super ea inter aliquos lis in dicta Curia vel extra eam, cuius statum presentibus habere placeat pro expresso, indecisa pendeat, dignemini misericorditer de novo providere. Non obstañ quod dictum beneficium perpetuum, quartanariam nuncupatum, in predicta ecclesia Ulixbonensi,

cuius fructus, etc., triginta librarum similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, obtinet, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur.*

Datum Constantie, septimo Idus Aprilis, anno primo.

(1) No ms. *premissis.*

106

1418, Abril 8

D. João I, rei de Portugal, pede ao papa dispensa do impedimento de parentesco para sua filha Dona Isabel casar com reis ou nobres dos reinos de Inglaterra, Castela, Aragão e Navarra.

Reg. Suppl. 110, fl. 144-144v.

(1) Beatissime Pater, quoniam odia, rancores et guerrarum turbines ac dissentiones mortales, que nonnumquam inter reges aliasque personas emergunt seu emergere solent, sacro matrimoniorum federe amicabiliter concordantur ac in pacem, concordiam et amorem convertentur, ipsique reges et persone, interveniente huiusmodi sacramento, se fortiori vinculo et indissolubili nexu astringuntur, et quia, Pater Beatissime, huiusmodi odia et rancores, etc., aliquando inter serenissimos [fl. 144v] principes reges Portugalie et reges Castelle, qui fuerunt pro tempore, emergentia sacro huiusmodi matrimoniorum federe amicabiliter concordata atque in pacem et tranquillitatem conversa seu reducta fuerint, supplicat igitur S. V. humilis et devotus filius vester Johannes, Portugalie et Algarbii regnorum rex, quatinus, pie premissis attentis, eius filie domine Elisabeth quod cum Anglie, Castelle, Aragonie et Navarre regibus regibusque et illustribus hominibus eorumque filiis nepotibus et consanguineis matrimonium in quocumque gradu, per divinam legem non prohibito, eadem Elisabeth contrahere possit et valeat, prolem exinde suscipiendam legitimam nuntiantes, licentiam gratiose concedere dignemini secumque misericorditer dispensare, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Constantie, sexto Idus Aprilis, anno primo.

(1) Na margem esquerda do texto: *pro rege Portugalie.*

107

1418, Abril 14

D. Frei André Dias, bispo de Cidade Rodrigo e professor de teologia, sem a posse da

sua diocese, pede a comenda do mosteiro de Celanova da Ordem de S. Bento e da diocese de Orense.

Reg. Suppl. 110, fl. 172. Publicada por SOUSA COSTA, A. D. DE, *Mestre André Dias de Escobar, figura ecuménica do século XV, Documentos*, n. 30.

Beatissime Pater. Cum devota creatura vestra Andreas, episcopus Civitatensis (1), sacre theologie professor, ordinis sancti Benedicti, licet annis effluxis plerisque de persona sua ecclesie Civitatensi auctoritate apostolica fuerit provisum, regiminis tamen et administrationis bonorum ecclesie predicte possessionem vel quasi assequi nequiverit, ei etiam aliunde unde sustentari valeat, nulla provisione decreta, ne in dignitatis episcopalis obprobrium ultioris (2) egestatis sarcina miserabilibus conteratur, supplicat S. V. dictus episcopus quatinus ei paterno super hiis compatientes affectu, monasterium sive abbatiam sancti Rodemundi de Cellanova prefati ordinis sancti Benedicti Auriensis diocesis, que conventualis et electiva existit, cuius fructus, etc., octingentarum libras *(sic)* Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, per obitum quondam Johannis Laurentii, extra Romanam Curiam defuncti, aut per liberam resignationem ipsius Jo[hannis] aut ex alterius de illa in eadem Curia vel extra illam coram notario publico et testibus sponte factam, vacantem, sive ut premittitur, sive alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona seu constitutionem *Execrabilis* vacet, donec pacificam et plenam possessionem vel quasi regiminis et administrationis bonorum predicte ecclesie seu alterius cathedralis ecclesie equalis in fructibus vel melioris adeptus fuerit, tenendam, regendam, gubernandam et etiam possidendam commendare dignemini. Non obstañ quod olim sibi monasterium sancti Andree de Renduffe ac prioratus, non tamen conventualis de Soza ordinis sancti Benedicti Bracharensis et Colimbriensis diocesum, quorum possessionem non habet et quorum fructus, etc., quadringentorum florenorum auri import. valorem annuum non excedunt, dudum fuerunt auctoritate apostolica commendata. Et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ad beneplacitum nostrum et dimittat que alias sibi commendata fuerunt. O.*

Datum Constantie, decimo octavo Kalendas Maii, anno primo.

(1) D. André Dias, dominicano de Lisboa, doutorado em teologia pela Universidade de Viena, passado depois à Ordem de S. Bento, abade de Rendufe, bispo de Cidade Rodrigo, titular de Tabor, de Ajácio, na Córsega, titular de Mégara, penitenciário da Cúria e de vários papas, escritor de obras teológico-pastorais de grande valor, morto com mais de cem anos nos fins de 1450 ou princípios de 1451. Cf. SOUSA COSTA, A. D. DE, *Mestre André Dias de Escobar, figura ecuménica do século XV*, Porto-Roma 1967.

(2) No ms. sinal de erro.

108

1418, Abril 19

Antão Fernandes pede nova provisão da igreja paroquial de Vilar Torpim e porção a ela unida pelo bispo de Lamego D. Gonçalo que administrava a parte da diocese de Cidade Rodrigo existente em Portugal.

Reg. Suppl. 113, fl. 232v-233.

Sanctissime Pater, olim reverendus pater et dominus Gonsalvus, episcopus Lamecensis (1), provide attendens quod parrochialis ecclesia sancte Marie de Villar Turpim Civitatensis diocesis, crescente temporis malitia, et propter guerrarum turbines atque mortalitates, que non modicum partes illas afflixerunt, adeo in suis redditibus diminuta existebat quod exinde rector, qui tunc erat et pro tempore existeret, se minime sustentare ac incumbentia sibi onera supportare poterat, cum fructus eiusdem ecclesie viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non exced[ebant], prout etiam non excedunt, quamdam portionem sine cura, tunc in eadem ecclesia per renuntiationem cuiusdam Petri Valasci, in manibus eiusdem domini episcopi sponte factam, vacantem, cuius fructus, etc., decem librarum dicte monete secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, eidem ecclesie ac rectori pro tunc et qui esset pro tempore aplicand. ut commode seu aliqualiter eorum vitam ducere possint, idem dominus episcopus, qui auctoritate apostolica partem diocesis Civitatensis in regno Portugalie existentem possidebat, prout etiam possidet, univit, incorporavit et annexavit, vigore cuius quidem annexationis, etc., quondam Johannes Alfonsi, rector dicte ecclesie, dictam portionem, per huiusmodi renuntiationem ut premittitur vacantem, vigore dicte annexationis aprehendit ac possedit [fl. 233] [...de]voto vestro Antonio Fernandi per eumdem dominum [episcopum] extitit provisum, vigore cuius quidem provisionis possessionem [dicte portionis] fuit assecutus, quas ex tunc tenuit et possedit, prout [tenet] et possidet de presenti, timetque nichilominus possessionem huiusmodi et ass[ecutionem et annexationem certis de causis viribus non subsistere. Supplicat igitur S. V. humiliter dictus Antonius quatinus annexationem, incorporationem, provisionem et assecutionem, sic ut premittitur factas, et quecumque inde [secuta] rata habentes et grata, ipsaque auctoritate apostolica confirmare dignemini et in p[remissis[dicto Antonio de eadem ecclesia et portione, quarum fructus, etc., triginta librarum dicte monete secundum [communem] extimationem valorem annuum non excedunt, sive premisso vel alio quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona seu personis vacent, etiam si generaliter vel specialiter reservate vel devolute et litigiose existant, dignemini de novo misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, in cancellaria eiusdem S. exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur.*

Datum Constantie, tertiodecimo Kalendas Maii, anno primo.

---

(1) D. Gonçalo, nomeado bispo de Lamego por Bonifácio IX em Janeiro de 1394 e pelo mesmo administrador das terras portuguesas pertencentes à diocese de Cidade Rodrigo. Sucedeu-lhe, por morte, em Agosto de 1419, D. Álvaro, deão da sé de Évora. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 190, 291. SOUSA COSTA, A. D. DE, *Mestre André Dias, figura ecuménica do século XV*, p. 81-97.

109

1418, Abril 21 — Junho 14

Vasco Peres, doutor em ambos os direitos, pede ao papa que a omissão, ocorrida nas letras apostólicas sobre certa chantria, não obste à consecução da graça expectativa dessas letras.

Reg. Suppl. 112, fl. 78.

Beatissime Pater, S. V. sub data septimo Kalendas Februarii, anno primo, devoto vestro Valasco Petri, utriusque iuris doctori, quamdam, litteris desuper confectis, gratiam fecit expectativam, in quibus quidem litteris de cantoria ecclesie sancti Papuli, que simplex officium est, et cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, de qua, tunc certo modo vacante, sibi ordinaria fuit auctoritate provisum, nulla per inadvertentiam extitit mentio facta. Ne propterea ipse littere aliqua valeant surreptione notari, supplicat eidem S. dictus V[alascus] quatinus, sibi in premissis consulentes, litteras predictas ab earum data et quecumque inde secuta perinde valere suumque in omnibus et per omnia, ac si in eis de cantoria et fructibus, etc., huiusmodi plena et expressa mentio facta fuisset, effectum sortiri debere decernere ac concedere dignemini. Non obstantibus omnibus in dictis litteris contentis ac aliis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Et sub data suprascripta — *Fiat.* O. (1).

(1) Cf. n.º 92.

110

1418, Abril 21 — Junho 14

Petição de Vasco Peres, doutor em ambos os direitos, a rogar ao papa que as letras apostólicas sobre a dispensa de benefícios anteriores incompatíveis sejam expedidas.

Reg. Suppl. 112, fl. 282.

Reformatio Valasci Petri super archidiaconatu ecclesie Visensis (1).

Beatissime Pater. Cum per signaturam S. V. in petitione, cuius copia premittitur, factam, dispensatio inibi petita devoto vestro Valasco Petri, utriusque iuris doctori suprascripto, cedere nullatenus iudicetur, dignetur eadem S. litteras apostolicas super dicta petitione conficiendas expediri mandare cum dispensatione quod ipse V[alascus] decanatum, de quo agitur in petitione premissa, et etiam dignitatem, etc., vigore expectative gratie per eamdem S. sibi facte assequend. seu alias quecumque duo alia ecclesiastica beneficia, curata vel alias incompatibilia, etiam si dignitates et maiores vel principales, personatus, administrationes vel officia, etiam curata et electiva, in metropolitañ aliis cathedralibus vel collegiatis ecclesiis fuerint, insimul quoad vixerit retinere illaque simul vel successive, simpliciter aut ex causa permutationis, quatinus sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum duo alia beneficia ecclesiastica, similia vel dissimilia, etiam invicem incompatibilia, recipere et similiter quoad vixerit retinere valeat et quod, loco archidiaconatus, in petitione ipsa exprimatur cantoria, etc., cum non obstant. et clausulis in eadem petitione contentis. — *Fiat.* O.

Et sub data dicte petitionis. — *Fiat.* O. (2).

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

(2) Cf. n.º 92 e 109.

111

1418, Abril 21

O executor do testamento do bispo de Coimbra D. Gil que legara muitos bens, entre os quais livros litúrgicos e de direito canónico e civil e também dinheiro para construir uma capela na igreja do convento de S. Domingos de Lisboa, onde seus pais tinham escolhido sepultura, e determinara como administrador uma pessoa da sua família, pede ao papa a confirmação das disposições do bispo.

Reg. Suppl. 112, fl. 9.

Beatissime Pater. Dudum bone memorie Egidius, episcopus Colimbriensis (1), credens se super hoc ex concessione apostolica licentiam habere, ac cupiens terrena in celestia et transitoria in eterna felici commertio commutare, in eius voluntate ultima inter alia voluit et ordinavit quod, post eius obitum, de bonis, ad ipsum ratione persone sue spectantibus, in ecclesia domus sancti Dominici Ulixboneñ ordinis Predicatorum, in qua parentes sui suam elegerunt sepulturam, quedam capella sub honore et vocabulo unius sancti, pro se et parentibus ac tota parentela suis construeretur, quam quidem capellam de omnibus etiam bonis suis patrimonialibus mobilibus et immobilibus necnon de certa pecunie summa ac certis libris et lecturis, tam iuris canonici quam civilis, quam aliis libris et ornamentis, argenteis ac vestimentis, ad divinum officium et pro usu ipsius capelle pertinentibus, dotavit, quorum quidem capelle bonorum patrimonialium immobilium administrationem imperpetuum penes aliquem de sua perentela proximiorem voluit permaneri, quodque per bona huiusmodi, pro sua et suorum animabus certe misse in capella memorata perpetuo decantarentur. Insuper certa bona mobilia nonnullis clientibus amicis et familiaribus suis et aliis personis de sanguine suo legavit ac etiam donavit, prout hec omnia et singula in quadam cedula manu subscripta et sigillo suis sigillata, presentibus certis testibus, per eum concessa, et aliis auctenticis scripturis exinde confectis plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, executor eiusdem ultime voluntatis cupiat quod prefati episcopi in hoc pia intentio non frustretur, eapropter supplicat S. V. humiliter idem executor quatinus voluntatem, ordinationem, legationem, donationem huiusmodi et omnia ac singula in cedula et aliis auctenticis scripturis predictis super hoc (2) confectis contenta et per ipsum episcopum, dum vixit, disposita et ordinata, legata et donata ac etiam omnia et singula inde secuta rata et grata habentes, ea dignemini ex certa scientia confirmare, supplentes omnes defectus, si qui forsitan intervenerunt in eisdem. Non obstañ si forsan super aliquibus ex inordinat. huiusmodi inter executorem predictum et capitulum ecclesie Colimbriensis lis pendeat et aliis contrariis quibuscumque. Et cum clausulis oportunis. — *Fiat in forma. O.*

Datum Constantie, undecimo Kalendas Maii, anno primo.

---

(1) D. Gil Alma, bispo do Porto, transferido para Coimbra em Abril de 1407 por Gregório XII. Sucedeu-lhe, por morte, D. Fernando Coutinho, em Abril de 1418. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 196, 406.

(2) No ms. *hec.*

112

1418, Abril 27

Rodrigo Lopes, cónego do Porto, pede para suceder nos direitos que D. Fernando Martins, bispo eleito de Coimbra, em litígio na Cúria sobre os canonicatos e prebendas de Lisboa e de Évora, pudesse ter a esses canonicatos e prebendas.

Reg. Suppl. 112, fl. 25-25v.

Beatissime Pater. Cum dudum devoto oratori vestro Roderico Lopi, canonico Portugalensi, devote creature vestre Ja[cobi], electi Pennensis (1), familiari, de Ulixboñ et Elborensis ecclesiarum canonicatibus et prebendis, tunc per promotionem dicti electi, etc. et munus consecrationis illi impendendum aut per lapsum temporis, etc., vacaturis, gratiose concessum fuerit provideri, liteque inter electum predictum et Fernandum Martini, electum Colimbriensem (2), super dictis canonicatu et prebenda in Romana Curia indecisa pendente et ad nonnullos actus, citra tamen conclusionem, processo, S. V. de persona dicti F[ernandi], electi Colimbriensis, providerit, preficiendo eum illi in episcopum et pastorem et propterea omne ius, si quod ipsi F[ernando] in eisdem canonicatu et prebenda vel ad illos quomodolibet competiit aut competere potest, per huiusmodi suam promotionem, etc., [fl. 25v] vacare speretur, supplicat S. V. dictus R[odericus] quatinus, statum cause huiusmodi habentes pro expresso, ipsum in iure et ad ius huiusmodi, etc., surrogare necnon ad possessionem dictorum canonicatus et prebende admicti ac de prefatis canonicatibus et prebendis, quorum fructus, etc., centum octuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive eo quo[d] dicto Jacobo electo de illis provisum fuit aut alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacent, et generaliter vel specialiter reservati aut devoluti sint, providere mandare dignemini. Non obstañ quod idem R[odericus] canonicatum et prebendam ecclesie Portugalensis, quorum fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, obtinet, et gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Constantie, quinto Kalendas Maii, anno primo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 5.

(2) D. Fernando Martins Coutinho, nomeado em Abril de 1418 por Martinho V. Sucedeu-lhe Álvaro Ferreira, por morte, em Outubro de 1429. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 196.

113

1418, Maio 5

Antão Fernandes, sacerdote da diocese de Braga, solicita a confirmação da provisão a seu favor da igreja paroquial de Santa Maria de Vilar Torpim da diocese de Cidade Rodrigo pelo

bispo de Lamego D. Gonçalo, administrador da parte da diocese existente em territórios portugueses.

Reg. Suppl. 112, fl. 30v-31. Publicada por SOUSA COSTA, A. D. DE, *Mestre André Dias, figura ecuménica do século XV, Documentos*, n. 31.

Sanctissime Pater, olim de parrochiali ecclesia sancte Marie de Vilar Turpim Civitateñ [diocesis], per obitum Johannis Alfonsi, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, per reverendum patrem dominum Gunssalvum, episcopum Lamecensem (1), qui auctoritate apostolica partem diocesis Civitatensis (2) in regno Portugalie existentem possidebat, prout etiam possidet, devoto vestro Antonio Fernandi, presbytero Bracharensis diocesis, extitit provisum, vigore cuius provisionis possessionem dicte [fl. 31] ecclesie est assecutus, quam ex tunc tenuit et posse[di]t, prout tenet et possidet de presenti, timetque nichilominus dictus Antonius provisionem et assecutionem huiusmodi, certis de causis, viribus non subsistere. Supplicat igitur S. V. quatinus provisionem et assecutionem huiusmodi, sic ut premittitur factas, et quecumque inde secuta rata habentes et grata, ipsaque auctoritate apostolica confirmare dignemini ac dicto Antonio de eadem ecclesia, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu personis vacet, etiam si specialiter vel generaliter reservata vel devoluta et litigiosa existat, eidem de novo dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, in cancellaria eiusdem S. exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Constantie, tertio Nonas Maii, anno primo (3).

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 108.

(2) No ms. *per totam diocesim Civitatensem.*

(3) Corrigimos pelo texto da mesma súplica, embora incompleta, do Reg. Suppl. 113, fl. 148v, onde vem transcrita até às palavras *reservata vel devoluta*, quase no fim, com a seguinte anotação à margem esquerda do texto: *Cass. quia de vacañ per fiat et ibidem suo loco scripta.*

114

1418, Maio 6

Petição de Vasco Peres, subdiácono da diocese de Évora, doutor em ambos os direitos e embaixador d'el rei de Portugal, sobre o deado de Viseu, a vagar pela promoção de D. Fernando Martins à igreja de Coimbra.

Reg. Suppl. 112, fl. 89v. Publicada por SOUSA COSTA, A. D. DE, O *Infante D. Henrique na Expansão portuguesa, Documentos*, n. II, p. 126-127.

Beatissime Pater, cum decanatus ecclesie Visensis, quem devota creatura vestra Fernandus, electus confirmatus per V. S. in ecclesia Colimbriensi (1), obtinebat, prout etiam obtinet de presenti, per huiusmodi promotionem ac assecutionem dicte ecclesie Colimbriensis, seu munus consecrationis eidem domino Fernando impendendum, vacare speretur, supplicat igitur S. V. humilis et devotus vester Valascus Petri, utriusque iuris doctor, subdiaconus Elborensis diocesis ac ambaxiator serenissimi principis regis Portugalie, quatinus sibi de dicto decanatu, qui dignitas electiva ac maior post pontificalem in eadem Visensi ecclesia existit, et cuius fructus centum sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, cum per huiusmodi promotionis assecutionem dicte ecclesie Colimbriensis, seu per huiusmodi munus consecrationis, seu per lapsum temporis de consecrandis episcopis, a canonibus diffiniti, sive premisso, sive alio quovis modo, preterquam per predicti F[ernandi] obitum, vacare contigerit, aut alio quovis modo vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservatus, devolutus, litigiosus ac dignitas curata et litigiosa existat, dignemini misericorditer providere, non obst. quod nuper S. V. eidem domino Valasco de canonicatu et prebenda ac decanatu ecclesie Bracharensis provideri concessit, qui dignitas electiva, curata et maior post pontificalem existit, ac de archidiaconatu in ecclesia sancti Michaelis Castri Novi de Aire diocesis Sancti Papuli sibi provisum est, quorum possessionem non habet, et quorum fructus, etc., ducentarum sexaginta librarum dicte monete secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, secumque quoad dignitates prefatas obtinendas gratiose dignemini misericorditer dispensare, cum non obst. et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Constantie, pridie Nonas Maii, anno primo.

---

(1) Cf. nota 2 do n.º 112.

115

1418, Maio 12

Gil Gonçalves, sacerdote da diocese de Coimbra, pede a igreja paroquial de Santa Comba do mosteiro da mesma diocese, vacante pela morte de João Gomes.

Reg. Suppl. 118, fl. 191v.

Supplicat S. V. devotus vester Egidius Gunsalvi, presbyter Colimbriensis diocesis, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancte Columbe de Monasterio dicte diocesis, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante per obitum Johannis Gometii, ipsius ecclesie ultimi rectoris, extra Romanam Curiam defuncti, sive premisso, aut alio quovis modo, vel ex alterius cuiuscumque persona aut per assecutionem alterius beneficii seu quomodocumque vel qualitercumque sedi apostolice reservata vel devoluta existat,

et super ea inter aliquos lis pendeat seu remanserit indecisa, aut causa sit commissa, eidem E[gidio] dignemini misericorditer providere, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Constantie, quarto Idus Maii, anno primo.

116

1418, Maio 13

Álvaro Ferreira, clérigo da diocese de Évora, pede o canonicato e prebenda de Évora.

Reg. Suppl. 112, fl. 282.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. humilis et devotus vester Alvarus Feyreira *(sic)*, clericus Elborensis diocesis, quatinus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Elborensis, quorum fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacantibus per obitum quondam Lopi Martini, extra Romanam Curiam deffuncti, sive premisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona vacent, etiam si generaliter vel specialiter reservati, devoluti et litigiosi existant, dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, et cum aliis non obstant. et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Constantie, tertio Idus Maii, anno primo.

117

1418, Maio 19

Petição de Gil Gonçalves, sacerdote da diocese de Coimbra, sobre a igreja paroquial de Santa Comba do mosteiro da mesma diocese, vacante por morte de João Gomes, último reitor da sobredita igreja.

Reg. Suppl. 112, fl. 191v.

Supplicat S. V. devotus vester Egidius Gonsalvi, presbyter Colimbriensis diocesis, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancte Columbe de Monasterio Colimbriensis diocesis, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante per obitum Johannis Gometii, ipsius ecclesie ultimi rectoris, extra Romanam Curiam defuncti,

sive premisso, aut alias quovis modo, vel ex alterius cuiuscumque persona, seu per assecutionem alterius beneficii vacet, et generaliter vel specialiter reservata seu devoluta ac litigiosa existat, eidem G[onsalvo] dignemini misericorditer providere. Et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Aro. opidi Constantiensis diocesis, quartodecimo Kalendas Junii, anno primo.

118

1418, Maio 19

Fernando Afonso, clérigo de Viseu, solicita a igreja paroquial de S. Salvador de Real, da diocese de Braga, vacante pelo propósito de João de Sousa de entrar nos cónegos regrantes de Santo Agostinho.

Reg. Suppl. 118, fl. 195.

Beatissime Pater, cum quidam Johannes de Sousa, rector parrochialis ecclesie sancti Salvatoris de Rial Bracharensis diocesis, religionem ordinis canonicorum regularium sancti Augustini intrare proponat et propterea predicta parrochialis ecclesia, quam tenet, vacare speretur, supplicat igitur S. V. devotus orator vester Fernandus Alfonsi, clericus Visensis, quatinus sibi de eadem parrochiali ecclesia, cum ut premittitur vacaverit, etiam si actu premisso vel alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacet, et generaliter vel specialiter reservata aut devoluta et litigiosa sit, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria apostolica exprimenda. Et cum omnibus aliis non obstantiis et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Aro. opidi Constantiensis diocesis, quartodecimo Kalendas Junii, anno primo.

119-121

1418, Maio 24

Petições do bispo de Lamego D. Gonçalo, já velho, para visitar a diocese por outrem e delegar algum sacerdote para reconciliar as igrejas e outros lugares sacros violados e para fazer testamento.

Reg. Suppl. 112, fl. 225.

Beatissime Pater. Cum reverendus pater et dominus Gunsalvus, episcopus Lamecensis (1), adeo sit antiquus et debilis et de podagra infirmus existit, quod ad ecclesias,

monasteria ac preceptorias et alia loca ecclesiastica sue diocesis sibique commissa, in quibus sibi visitationis officium competit, absque gravi sui corporis periculo accedere minime possit, supplicat igitur S. V. idem episcopus quatinus ut usque ad quinquennium ecclesias, monasteria, preceptorias et alia loca ecclesiastica, exempta et non exempta, eorumque personas, in quibus eiusdem visitationis officium de consuetudine vel de iure competit, per aliquam seu aliquas, ydoneam seu ydoneas, quam vel quas ad hoc duxerit deputandam seu deputandas, quotiescumque tempus visitationis huiusmodi ingruerit, visitare valeat ac procurationes, ratione dicte visitationis sibi debitas, ab ecclesiis, monasteriis, preceptoriis, locis et personis eisdem (2) in pecunia numerata recipere, dignemini misericorditer concedere, cum omnibus non obstañ et clausulis oportunis.

120. Item quatinus sibi ut huiusmodi ecclesias, monasteria aliaque loca ecclesiastica, etc., ut supra, dum casus violationis seu polutionis in eisdem occurrit, cum absque, ut prefertur, sui corporis periculo accedere [non] possit ad eadem, quacumque sanguinis aut seminis polutione violationem, quotiescumque casus huiusmodi emerserit, per aliquem presbyterum, quem ad hoc duxerit acceptandum, auctoritate apostolica reconciliare (3) seu reconciliationem facere, prius tamen per eumdem episcopum aqua exorcizata, licentiam concedere dignemini, cum clausulis oportunis.

121. Item quatinus sibi licentiam [et] facultatem testandi de quibuscumque bonis per eumdem dominum episcopum quovis modo, antequam ad dictam ecclesiam Lamecensem esset promotus, acquisitis, mobilibus et immobilibus, cuiuscumque summe existant, necnon etiam de bonis ad eum ratione dicte sue ecclesie Lamecensis pertinentibus, ad summam mille florenorum de camera, facultatem etiam testandi concedere dignemini. Cum non obstañ et clausulis oportunis.

Fiat ut petitur de omnibus tribus. O.

Datum Berne, Lausanensis diocesis, nono Kalendas Junii, anno primo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 108.
(2) No ms. *eiusdem.*
(3) No ms. *reconsiliar.*

122-123

1418, Maio 26

António ou Antão Gonçalves, clérigo da diocese de Viseu, pede o canonicato e prebenda de Évora, vacantes por morte de Lopo Martins. Aparício Vasques, perpétuo porcionário da igreja paroquial de Santa Maria de Açougues de Elvas, solicita a igreja paroquial de S. Tiago de Belmonte da diocese da Guarda, vacante por morte de João Afonso.

Reg. Suppl. 118, fl. 209v-210.

Supplicat S. V. devotus orator vester Antonius Gonsalvi, clericus Visensis diocesis, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie Elborensis,

vacantibus ad presens per obitum Luppi Martini, extra Romanam Curiam defuncti, quorum fructus, etc., octuoginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, aut alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona vacent, et generaliter vel specialiter reservati aut devoluti ac litigiosi sint, eidem A[ntonio], familiari vestro, continuo commensali, dignemini misericorditer providere. Non obstant. quod per eamdem S. de perpetua portione sine cura, tercenaria nuncupata, et archidiaconatu de Penella [fl. 210] ecclesie Colimbriensis ac perpetua portione parrochialis ecclesie sancte Marie de Arruda Ulixbonensis diocesis, quorum omnium fructus, etc., centum librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, obtinuit sibi provideri, ac gratia expectativa, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum aliis non obstant. et clausulis oportunis.

123. Supplicat S. V. devotus orator vester Apparitius Vallasci, perpetuus portionarius parrochialis ecclesie sancte Marie de Açougues de Albis *(sic)* Elborensis diocesis, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancti Jacobi de Bellomonte Egitaniensis diocesis, vacante ad presens per obitum Johannis Alfonsi, extra Romanam Curiam defuncti, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, cuius possessionem, nullo canonico interveniente titulo, obtinuit, prout obtinet de presenti, sive premisso, aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacet, et generaliter vel specialiter reservata aut devoluta ac litigiosa sit, eidem A[pparitio] dignemini misericorditer providere. Non obstañ predicta perpetua portione sine cura, quam in eadem ecclesia sancte Marie de Açougues obtinet, cuiusque fructus, etc., viginti quinque librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, ac certis dispensationibus, quas super deffectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, habuit, ac gratia expectativa, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum clausulis oportunis.

Fiat ut petitur pro utroque. O.

Datum Berne Lausanensis diocesis, septimo Kalendas Junii, anno primo.

124

1418, Maio 27

Petição de António ou Antão Gonçalves, clérigo da diocese de Viseu, sobre a perpétua porção da igreja de Santa Maria da Arruda da diocese de Lisboa, vacante por morte de Gomes Afonso.

Reg. Suppl. 118, fl. 210v.

Suplicat S. V. devotus vester Antonius Gonsalvi, clericus Visensis diocesis, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, de perpetua portione sine cura parrochialis ecclesie sancte Marie de Arruda Ulixbonensis diocesis, vacante ad presens per obitum Gometii Alfonsi, extra Romanam Curiam defuncti, cuius fructus, etc., quadraginta quinque

librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, de qua, ut credit, vigore cuiusdam gratie expectative, provideri et possessionem ipsius obtinuit, sive premisso, aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacet, et generaliter vel specialiter reservata et devoluta sit, et inter aliquos super ipsa lis, cuius statum hic dignemini habere pro expresso, in Romana Curia vel extra pendet indecisa, eidem A[ntonio], familiari vestro, continuo commensali, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod nuper per eamdem S. de perpetua portione sine cura, tercenaria nuncupata, ac archidiaconatu de Penella ecclesie Colimbriensis, certis modis vacaturis, ac canonicatu et prebenda ecclesie Elborensis, certo modo vacantibus, quorum omnium fructus, etc., centum viginti librarum Turonensium parvorum simili extimatione valorem predictum non excedunt, concessum fuit sibi provideri, ac gratia expectativa, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Berne Lausanensis diocesis, sexto Kalendas Junii, anno primo.

125

1418, Maio 28

João Vicente, reitor da igreja paroquial de S. Tiago de Tremês da diocese de Lisboa, doutor em artes e medicina, pede que a omissão da referência ao canonicato e prebenda de Coimbra, em súplica anterior, não seja impedimento à consecução da graça que o papa lhe fizera, em atenção ao cardeal de Ragusa D. João, do canonicato, na expectativa da prebenda ou dignidade, da igreja de Lisboa.

Reg. Suppl. 112, fl. 37.

Beatissime Pater. S. V. devoto vestro Johanni Vincentii, rectori parrochialis ecclesie sancti Jacobi de Tremes Ulixbonensis diocesis, qui artium et medicine doctor existit, consideratione devote creature eiusdem S. Jo[hannis], cardinalis Ragusini (1), gratiam fecit specialem de canonicatu sub expectatione prebende necnon dignitatis, personatus vel officii ecclesie Ulixbonensis, sub data quinto Kalendas Februarii, pontificatus vestri anno primo, prout in litteris apostolicis inde confectis plenius continetur. Verum, Pater Beatissime, idem Johannes, propter inadvertentiam, de canonicatu et prebenda certo modo vacaturis in ecclesia Colimbriensi, de quibus per eamdem S. sibi concessum est provideri, in eadem gratia non fecit mentionem. Supplicat igitur S. V. idem Jo[hannes] quatinus dictam gratiam ac litteras et processus ipsius et quecumque inde secuta a data ipsarum perinde valere ac effectum suum sortiri debere declarare dignemini ac si in eis de dictis canonicatu et prebenda ecclesie Colimbriensis, quorum fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, plenam et expressam fecisset mentionem, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Et cum omnibus clausulis et non obstañ oportunis. — *Fiat.* O.

Datum Berne Lausanensis diocesis, quinto Kalendas Junii, anno primo.

---

(1) D. João Domingues, O. P., nomeado arceb. de Ragusa por Gregório XII em Março de 1408, criado cardeal pelo mesmo em Maio de 1408 do título de S. Sisto. Foi penitenciário maior e morreu em Junho de 1419. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 31, 412.

126

1418, Maio 29

Antão Martins, cónego de Lisboa e acólito do papa, solicita o indulto da isenção da residência pessoal nos seus benefícios, enquanto estiver em algum Estudo Geral, ao serviço d'el rei de Portugal, na Cúria ou em algum dos seus benefícios, podendo receber os frutos integralmente, como se residisse em cada um deles.

Reg. Suppl. 118, fl. 10-10v.

Supplicat S. V. devotus vester Antonius Martini, canonicus Ulixbonensis, acolitus eiusdem S., quatinus sibi de gratia speciali dignemini indulgere ut, generali Studio aut servitiis domini regis Portugallie insistendo, seu in Romana Curia vel in ecclesia Ulixbonensi, seu in aliquo aliorum beneficiorum suorum ecclesiasticorum residendo, fructus, etc., omnium beneficiorum suorum ecclesiasticorum, cum cura vel sine cura, que nunc in quibuscumque ecclesiis sive locis obtinet et imposterum obtinebit, etiam si parrochiales ecclesie ac canonicatus et prebende seu dignitates, personatus, administrationes vel officia, cum cura vel sine cura, etiam electi. in metropolitanis [fl. 10v] cathedralibus seu collegiatis ecclesiis et dignitates ipse in metropolitanis vel cathedralibus maiores post pontificales [et] in collegiatis ecclesiis huiusmodi principales fuerint, cum ea integritate quoad vixerit percipere valeat, cum qua illos perciperet, si in ecclesiis sive beneficiis et locis ipsis personaliter resideret, et ad residendum in eisdem minime teneatur, nec ad id invitus a quoquam valeat coartari, necnon fructus, redditus et proventus huiusmodi suorum beneficiorum arrendare et ad firmam seu annuam pensionem, ad tempus, prout sibi videbitur, concedere. Non obstañ si primam in eisdem ecclesiis sive locis non fecerit personalem residentiam consuetam, necnon constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac legatorum eius seu in provincialibus aut synodalibus conciliis editis et aliis contrariis quibuscumque, etiam si alias similem gratiam sive indulgentiam ad tempus seu imperpetuum impetraverit et cum executoribus et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Berne Lausanensis diocesis, quarto Kalendas Junii, anno primo.

127

1418, Maio 30

João Arias pede a administração da capela instituída na igreja de S. Pedro de Elvas por disposições testamentárias de Estêvão Domingues, perpétuo porcionário da igreja de Santo Antão de Évora, com obrigação de prestar contas ao bispo de Évora ou seu vigário.

Reg. Suppl. 112, fl. 283v-284v.

Beatissime Pater, quondam Stephanus Dominici, tunc perpetuus vicarius parrochialis ecclesie sancti Antonii Elborensis, condens in sua ultima voluntate testamentum,

in eodem inter alia voluit et ordinavit suum corpus in parrochiali ecclesia sancti Petri de Elbis Elborensis diocesis sepeliri et ex bonis suis patrimonialibus ac industria acquisitis quamdam capellam in eadem sancti Petri ecclesia edificari seu construi mandavit, cui dicta bona relinquit, in qua ex fructibus bonorum, sic ut premittitur per eum dimissorum, pro eius parentumque suorum animabus per capellanum ibidem cotidie et anno quolibet divina celebrarentur et pro tunc quemdam Johannem Valasci, presbyterum dicte diocesis, in capellanum dicte capelle, ac quemdam Johannem Dominici, laicum eiusdem diocesis, in executorem huiusmodi testamenti ac administratorem dictorum bonorum, idem testator elegit, assignatis ipsorum cuilibet, pro eorum laboribus, de redditibus bonorum huiusmodi certis pecuniarum summis. Et si primo laicus exhimi contingeret ab humanis, tunc idem Johannes capellanus eidem Johanni laico in administratione bonorum huiusmodi succederet, ipsoque Johanne capellano (1) defuncto, tunc iudices et consules dicti loci de Elbis unum probum ex parrochianis [fl. 284] dicte ecclesie sancti Petri in administratorem dictorum bonorum precise per annum eligerent virum, qui de receptis ac administratis per eum iudicibus et consulibus huiusmodi computum redderet, et sic anno quolibet, assignatis etiam tali administratori certis pecunie quantitatibus, prout ista et alia in eodem testamento seu voluntate ultima, quam S. V. dignetur hic pro sufficienter expressa habere, plenius continetur. Cui quidem Johanni laico defuncto idem Johannes presbyter et capellanus in dictorum bonorum administratione iuxta voluntatem ipsius testatoris successit, qui quidem Johannes presbyter et capellanus, ut prefertur, huiusmodi bona adeo male rexit et gubernavit quod propter eorum dilapidationem et ruinam divina seu misse in eadem capella minime cantari seu celebrari poterant, quapropter Aries Johannis, laicus dicte diocesis, pater devoti vestri Johannis Arie, tunc in minori etate constituti, nomine eiusdem filii sui, qui pronepos ipsius testatoris existit, actendens ruinam et dilapidationem dictorum bonorum, per dictum Johannem presbyterum et capellanum ut premittitur factas, nomine dicti filii sui, qui tunc minor erat, prefatum capellanum coram reverendo patre et domino episcopo Elborensi (2), occasione huiusmodi dilapidationis et ruine, convenit, qui quidem episcopus, Pater Beatissime, huiusmodi causam devoto vestro Alfonso Johannis, rectori dicte ecclesie sancti Petri, audiendam commisit, fine debito terminandam, coram quo inter dictas partes fuit in tantum processum quod partes inter se ad talem devenerunt concordiam quod idem presbyter et capellanus in recompensam dilapidationis et ruine huiusmodi bonorum, per eum factarum, in eadem capella divina seu missas celebraret annis quatuor, videlicet anno quolibet per tres menses, absque aliqua solutione sibi fienda seu emolumento, et quod huiusmodi bonorum administratio transiret ad dictum Ariam (3) Johannis, nomine dicti Johannis filii sui, pronepotis dicti testatoris, ut prefertur, et ea colleret et reppararet et ad pristinum (4), ut melius posset, reduceret statum et, elapsis dictis quatuor annis, tunc idem presbyter et capellanus ex fructibus huiusmodi bonorum dicta divina seu missas anno quolibet in eadem capella celebraret, administratione ipsorum bonorum ac recollectione fructuum nichilominus apud eumdem Ariam in vita sua, nomine dicti filii sui, remanentibus, et casu quo in dicta capella divina seu misse per totum annum ex fructibus huiusmodi celebrari minime possent, tunc celebrarentur, prout fructus huiusmodi suppeterent et habundarent, prout etiam ista et alia in eadem concordia per dictum commissarium sententialiter pronuntiata et auctoritate ordinaria confirmata, quam hic S. V. dignetur pro sufficienter expressa habere, plenius continetur. Que quidem bona, Pater Beatissime, postquam ad manus dicti Arie devenerunt, propter eiusdem bonam administrationem [fl. 284v] et reparationem in eisdem ad pristinum (4) statum ita sunt deducta quod ex eorum fructibus iam in dicta capella divina seu misse per totum annum

celebrari possunt, iuxta ipsius testatoris voluntatem, et quia, Pater Piisime (5), iam dictus Johannes Arie maior est effectus et in etate triginta annorum et plus, qui, ut premittitur, pronepos dicti testatoris existit et ab intimis affectat et desiderat premaxime voluntatem eiusdem testatoris adimpleri, cum sibi proximior in gradu consanguinitatis existat, timetque quod si iudices, procur. et consules ipsius ville de Elbis gubernatorem et administratorem ipsorum bonorum eligerent pro tempore, iterum ipsa bona ad ruinam, ymo, quod peius est, ad totalem adnichilationem deducerentur et devenirent, quod in dicta capella divina seu huiusmodi misse minime celebrarentur et sic in toto voluntas testatoris deperiret et fraudaretur, supplicat igitur S. V. dictus Johannes Arie quatinus, pie premissis attentis, actento etiam quod proximior in gradu eidem testatori existat, ut premictitur, sibi ut auctoritate apostolica dicta bona apprehendere ipsaque per se suosque successores in perpetuum regere et gubernare ac administrare ac in eadem capella huiusmodi divina seu misse, iuxta ipsius testatoris voluntatem celebrari faciat et salarium seu stipendium per dictum testatorem administratori huiusmodi bonorum assignatum recipere et de administratis episcopo Elborensi seu eius vicario in spiritualibus aut officiali, anno quolibet, ipse suique successores rationem reddere teneantur, libere et licite valeat, concedere dignemini, ipsius testatoris (6) voluntate et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Berne Lausanensis diocesis, tertio Kalendas Junii, anno primo.

---

(1) No ms. *capello*, com sinal de erro.

(2) O bispo de Évora então devia ser D. Diogo Álvares, nomeado por Inocêncio VII em Março de 1406 e transferido para Lisboa em 1415 ou então D. Álvaro Afonso, deão de Coimbra, nomeado bispo de Évora em Fevereiro de 1415, sucedendo-lhe, por morte, em 1419, D. Pedro, sobrinho de el-rei de Portugal. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 236.

(3) No ms. *Arium.*

(4) No ms. *prestinum.*

(5) Estava *Beatissime*, palavra riscada.

(6) No ms. *testestoris.*

128

1418, Junho 13

Afonso Martins, perpétuo porcionário da colegiada de Santa Justa de Coimbra pede a igreja paroquial de Nogueira da diocese coimbrã. O papa atende ao pedido, mas manda-o deixar a porção da colegiada de Santa Justa, a favor de Estêvão Gonçalves de Gondariz, clérigo da diocese de Braga.

Reg. Suppl. 112, fl. 227v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Alfonsus Martini, perpetuus portionarius collegiate secularis sancte Juste extra muros Colimbrieñ, quatinus sibi de parrochiali ecclesia de Noguereyo *(sic)* Colimbriensis diocesis, cuius fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt,

vacante ad presens per obitum Alfonsi Martini, extra Romanam Curiam defuncti, sive premisso, aut alias quovis modo, vel ex alterius cuiuscumque persona vacet, et generaliter vel specialiter reservata aut devoluta ac litigiosa sit, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod obtinet predictam perpetuam portionem sine cura predicte ecclesie sancte Juste, cuius fructus, etc., viginti quinque librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt. Et cum omnibus non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et dimittat portionem pro Stephano Gunsalvi de Gondariz, clerico Bracharensis diocesis. O.*

Datum Gebennis, Idus Junii, anno primo.

129

1418, Junho 14

Afonso Martins, perpétuo porcionário da igreja colegiada de Santa Justa de Coimbra, pede a igreja paroquial de Santa Maria de Nogueira da diocese conimbricense, vacante por morte de Afonso Martins.

Reg. Suppl. 112, fl. 227v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Alfonsus Martini, perpetuus portionarius collegiate ecclesie secularis sancte Juste extra muros Colimbrieñ, quatinus sibi de parrochiali ecclesia sancte Marie de Nogueyra Colimbriensis diocesis, cuius fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante ad presens per obitum Alfonsi Martini, extra Romanam Curiam defuncti, sive premisso, aut alias quovis modo, vel ex alterius cuiuscumque persona vacet, et generaliter vel specialiter reservata aut devoluta ac litigiosa sit, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod obtinet perpetuam portionem sine cura in eadem collegiata ecclesia sancte Juste, cuius fructus, etc., viginti quinque librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria apostolica exprimenda. Et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Gebennis, decimo octavo Kalendas Julii, anno primo.

130

1418, Junho 14

Afonso Martins, perpétuo porcionário da igreja colegiada de Santa Justa de Coimbra, solicita a igreja paroquial de Santa Maria de Nogueira, da diocese conimbricense.

Reg. Suppl. 112, fl. 229.

Supplicat S. V. devotus orator vester Alfonsus Martini, perpetuus portionarius collegiate ecclesie sancte Juste extra muros Colimbrieñ, quatinus sibi de parrochiali ecclesia sancte Marie de Nogeyra Colimbriensis diocesis, cuius fructus, etc., triginta quinque librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante ad presens per obitum Alfonsi Martini, extra Romanam Curiam defuncti, sive premisso aut alias quovis modo, vel ex alterius cuiuscumque persona vacet, et generaliter vel specialiter reservata aut devoluta ac litigiosa sit, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod obtinet portionem perpetuam in eadem collegiata sancte Juste, cuius fructus, etc., viginti quinque librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria exprimenda, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Gebennis, decimo octavo Kalendas Julii, anno primo.

131

1418, Junho 14

Vacante o priorado do mosteiro de S. Salvador de Grijó, da diocese do Porto, por morte de Gonçalo Peres Ferreira, os cónegos elegeram para prior o cónego do mosteiro João Anes, então prior claustral e sacerdote, que estudara direito canónico durante três anos. O prior eleito duvidava, contudo, do valor da eleição, pelo que pede ao papa nova provisão.

Reg. Suppl. 112, fl. 288v-289.

Beatissime Pater, prioratu conventuali monasterii sancti Salvatoris de Ecclesiola, ordinis sancti Augustini canonicorum regularium Portugalensis diocesis, per priorem solito (1) gubernari, Romane ecclesie nullo medio pertinente, per obitum quondam Gunsalvi Petri Ferreira, ultimi ipsius monasterii prioris, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, devoti oratores eiusdem S. conventus et capitulum eiusdem monasterii, ad quos de iure ac hactenus observata consuetudine electio dicti monasterii prioris, cum pro tempore vacat, et existentes in pacifica possessione vel quasi iuris eligendi priorem ad idem (2) monasterium, pertinet et spectat, die ad eligendum prefixa, ut moris est, vocatis omnibus canonicis dicti monasterii ac aliis qui voluerunt et debuerunt electioni huiusmodi commode interesse, devotum [fl. 289] oratorem V. S. Johannem Johannis, canonicum ipsius monasterii expresse professum ac eiusdem monasterii priorem claustralem, in sacerdotio constitutum, et qui in iure canonico studuit per triennium, concorditer elegerunt, qui Johannes electioni (3) huiusmodi, illius sibi presentato decreto, consensit. Quia tamen dictus Johannes dubitat electionem huiusmodi ex certis causis viribus non subsistere, pro parte ipsius Johannis S. V. humiliter et devote supplicatur quatinus sibi de prioratu dicti monasterii, qui curatus et electivus est, cuiusque fructus, redditus et proventus ducentorum florenorum auri de camera, secundum communem extimationem valorem annuum, non excedunt, sive ut prefertur, sive alio quovis modo, vel ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservatus aut devolutus vel affectus sit,

aut electivus, eidem Johanni dignemini gratiose de novo providere, cum ceteris non obstant. et clausulis oportunis ac executoribus ut in forma. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Gebennis, decimo octavo Kalendas Julii, anno primo.

---

(1) No ms. *solitum*, com sinal de erro.
(2) No ms. *eundem.*
(3) No ms. *electionis.*

132

1418, Junho 14

João Álvares, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Ventosa, da diocese de Coimbra, pede a igreja paroquial de Santa Maria de Lourosa da mesma diocese.

Reg. Suppl. 118, fl. 298v.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes Alvari, rector parrochialis ecclesie sancte Marie de Ventosa Colimbriensis diocesis, quatinus, sibi gratiam facientes specialem, de parrochiali ecclesia sancte Marie de Laurosa dicte diocesis, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante per liberam resignationem Stephani Martini, extra Romanam Curiam sponte factam, sive premisso, aut alio quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona seu per renuntiationem dicti Stephani vel alicuius de illa in eadem Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus, sponte factam, sive per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta aut litigiosa existat, eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Non obstañ dicta parrochiali ecclesia beate Marie de Ventosa, quam paratus est dimictere, dummodo, etc., ac portione in ecclesia sancte Juste diocesis predicte, quarum omnium fructus, etc., triginta quinque librarum similium eadem extimatione valorem annuum non excedunt, obtinet, necnon deffectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, cum quo alias per sedem apostolicam dispensatum extitit, quod huiusmodi deffectu non obstante, tria beneficia cum cura vel sine cura obtinere valeat, dispensantes cum eodem Jo[hanne] ut dictam ecclesiam de Laurosa obtinere valeat, quibuscumque contrariis non obstantibus, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis ut in forma. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Gebennis, decimo octavo Kalendas Julii, anno primo.

133

1418, Junho 17

João Anes, prior eleito do mosteiro de S. Salvador de Grijó, da diocese do Porto,

renova o pedido da provisão pontifícia, por ter ocorrido erro na indicação dos rendimentos do mosteiro.

Reg. Suppl. 112, fl. 172.

Beatissime Pater, dudum S. V. devoto oratori eiusdem S. Johanni Johannis, canonico expresse professo prioratus conventualis monasterii sancti Salvatoris de Ecclesiola, ordinis sancti Augustini, canonicorum regularium Portugalensis diocesis, de dicto prioratu, per obitum quondam Gunsalvi Petri Ferrey[r]a, ultimi ipsius prioratus prioris, extra Romanam Curiam defuncti vacante et ad quod monasterium per conventum dicti monasterii in priorem electus fuit, gratiose providit, prout in originali supplicatione per S. eamdem per *Fiat ut petitur* gratiose signata plenius continetur. Sed quia, Pater Beatissime, in dicta supplicatione fuit narratum quod monasterium ipsum in suis fructibus et redditibus ultra ducentos florenos auri de camera secundum communem extimationem non excedebat annuatim et a nonnullis asseritur predictum monasterium maioris valoris existere, ipseque Johannes dubitet propterea litteras apostolicas super ipsa supplicatione conficiendas posse de surreptione impugnari, pro parte ipsius Johannis P. S. humiliter et devote supplicatur quatinus sibi concedere dignemini ut littere super ipsa supplicatione in cancellaria eiusdem S. expediende cum expressione tricentorum florenorum de camera secundum communem extimationem expediantur, ac si in eadem originali supplicatione expressum fuisset quod fructus et redditus et proventus ipsius monasterii secundum eamdem extimationem tricentorum florenorum auri, ut prefertur, non excederent annuatim, de gratia speciali. Et cum clausulis et aliis in dicta originali supplicatione contentis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Gebennis, quintodecimo Kalendas Julii, anno primo.

134

1418, Junho 18

Petição dum sacerdote da diocese de Bordeus, em litígio com um clérigo de Lisboa, sobre o canonicato e prebenda de Bordeus, a pedir ao papa nova provisão dos mesmos canonicato e prebenda.

Reg. Suppl. 112, fl. 295v-296.

Beatissime Pater. Cum inter quemdam Armandum (1) Malranan, assertum clericum Ulixbonensis diocesis agentem ex una et devotum vestrum Johannem Forconis, presbyterum Burdegalensis diocesis, de et super canonicatu et prebenda ecclesie Burdegalensis, vacantibus per obitum Johannis de Monte Ferrando, ipsorum canonicatus et prebende ultimi possessoris, extra Romanam Curiam defuncti et eorum occasione, partibus ex altera defendentem, lis coram archiepiscopo Burdegalensi (2) in partibus aliquantulum ventilata extiterit et deinde, sine aliquali decisione, per eumdem archiepiscopum

ad Curiam Romanam remissa, asseraturque a nonnullis neutrum ipsorum litigantium in ipsis canonicatu et prebenda ius habere, supplicat igitur S. V. idem Johannes quatinus, statum ipsius litis hic habentes pro sufficienter expresso, ipsos canonicatum et prebendam, quorum [fl. 296] fructus, etc., communi extimatione centum librarum Turonensium parvorum valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive quovis alio modo et ex quacumque alia persona vacet, etiam si generaliter vel specialiter sedi apostolice reservati [et] affecti existant, vel eorum collatio devoluta existat, eidem Johanni, si opus fuerit, dignemini de novo conferre et de eisdem sibi misericorditer providere. Non obstañ quod quamdam capellaniam in ecclesia sancti Severini extra muros Burdegaleñ institutam obtineat, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium similium valorem annuum non excedunt, ac quadam gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria declaranda, dispensantes cum eodem Jo[hanne] quod eamdem capellaniam, que ex ordinatione testatoris incompatibilis est cum aliquo beneficio, cum (3) dictis canonicatu et prebenda ac aliis beneficiis sibi conferendis quoad vixerit, simul obtinere possit, non obstañ ordinatione predicta, ac cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Gebennis, quartodecimo Kalendas Julii, anno primo.

---

(1) No ms. *Arnaudum.*

(2) Era arceb. de Bordeus neste tempo D. David de Monteferrando, nomeado por João XXIII em Junho de 1413, ao qual sucedeu, por morte, em 1430, Pedro Bellandi. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 151.

(3) No ms. *cum de.*

135

1418, Junho 19

João Vicente, reitor da igreja paroquial de S. Mamede de Argeriz da diocese de Braga, pede nova provisão da igreja paroquial de S. Martinho de Sande, da diocese do Porto, vacante por morte de João Pimenta.

Reg. Suppl. 112, fl. 176.

Beatissime Pater, olim parrochiali ecclesia sancti Martini de Sande Portugalensis diocesis, per obitum quondam Johannis Pimenta, ipsius ecclesie ultimi rectoris, vacante, devotus vester Johannes Vincentii, rector parrochialis ecclesie sancti Mametis de Argeriz diocesis Bracharensis, ipsam ecclesiam sancti Martini, vigore gratie expectative, acceptavit et de ea sibi obtinuit provideri et super eadem ecclesia, cuius possessionem nondum habet, in partibus coram Ludovico Laurentii, presbytero Portugalensis diocesis, subexecutore apostolico, litigat, cuius ecclesie statum habere dignemini pro expresso. Verum, Pater Sancte, a nonnullis asseritur neutri litigantium in eadem ecclesia ius competere seu ad eam; supplicat igitur S. V. idem Johannes quatinus sibi de ipsa ecclesia, cuius fructctus, etc., septuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem

annuum non excedunt, si ut premittitur aut alio quovis modo vel ex alterius persona aut per assecutionem alterius beneficii vacet, seu alias quomodocumque seu qualitercumque generaliter vel specialiter reservata vel devoluta seu litigiosa existat, eidem Jo[hanni] de novo dignemini misericorditer providere. Non obstañ dicta parrochiali ecclesia sancti Mametis, quam obtinet, et cuius fructus, etc., triginta librarum dicte monete secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria exprimenda. Et cum omnibus non obst. et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Gebennis, tertiodecimo Kalendas Julii, anno primo.

136

1418, Junho 26

Garcia Rodrigues de Magalhães, nobre, bacharel em decretos, o qual esteve durante três anos no concílio de Constança, a trabalhar pela união da Igreja, pede o deado do Porto, vacante por morte de mestre Afonso.

Reg. Suppl. 114, fl. 21.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. devotus orator vester Garssias Roderici de Magalhaes, ex nobili genere procreatus, in decretis baccallarius, qui in Constantiensi concilio per triennium fuit et pro unione ecclesie Dei laboravit, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, de decanatu ecclesie Portugalensis, qui in eadem ecclesia dignitas maior post pontificalem existit, cuius fructus, etc., centum quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante ad presens per obitum magistri Alfonsi, extra Romanam Curiam defuncti, sive premisso, aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona aut per constitutionem *Execrabilis* et c. *De multa* aut per assecutionem alterius cuiuscumque beneficii ecclesiastici, quavis auctoritate collati, seu per munus consecrationis aut per lapsum temporis de consecrandis episcopis, a canonibus definiti, vacet, et generaliter vel specialiter reservatus aut devolutus ac curatus et electivus ac litigiosus sit et ille, ex cuius persona ultimo vacavit, sedis apostolice capellanus, notarius, nuntius, officialis seu alias familiaris aut fructuum, etc., camere apostolice collector vel succollector fuerit, eidem G[arsie] dignemini misericorditer providere. Non obst. quod canonicatus et prebendas Bracharensis et Tudensis ecclesiarum ac sancti Salvatoris de Cabreiro et de Azer et de Guilhefonxe ecclesiarum medietates sine cura, prestimonium de Valadares obtineat ac quod litigat super archipresbyteratu rurali de Vale de Vice Tudensis diocesis ecclesiarum quem obtinet, de quo sibi extitit provisum, quorum omnium fructus, etc., centum et triginta quinque librarum Turonensiusm parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, aliisque necessariis in cancellaria exprimendis. Et cum aliis clausulis et non obst. oportunis. Non obst. gratia expectativa in cancellaria apostolica exprimenda. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Gebennis, sexto Kalendas Julii, anno primo.

137

1418, Julho 1

Gomes Lourenço, cónego de Tui, pede o prestimónio de Valdevez, vacante pela provisão, a favor de Garcia Rodrigues de Magalhães, do deado do Porto.

Reg. Suppl. 114, fl. 5v-6.

Supplicat S. V. devotus vester Gometius Laurentii, canonicus Tudensis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de prestimonio de Valdevez Tudensis diocesis, quod quasi beneficium, dignitas seu officium vel administratio curat. existit, vacante ex eo quod Garsias Roderici, canonicus Bracharensis, idem (1) prestimonium ultimo possidens, decanatum Portugalensem est assecutus, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu personis vel per constitutionem *Execrabilis* vacet, ac generaliter vel specialiter reservatum vel devolutum et litigiosum ac dictus Garsias familiaris eiusdem Sanctitatis vel alias officialis aut alicuius ex dominis cardinalibus existat, eidem G[ometio], cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, dignemini misericorditer providere. Non obstañ canonicatu et prebenda ecclesie Tudensis ac medietate sine cura parrochialis ecclesie sancti Michaelis de Çago Tudensis diocesis, quos obtinet, quorum omnium fructus, etc., viginti librarum dicte monete [...] [fl. 6 ...Datum] Gebennis, Kalendis Julii, anno primo.

(1) No ms. *eumdem*, com sinal de erro.

138

1418, Julho 6

O cardeal de Fuxo pede ao papa indulgências para os que ajudarem na redenção de Gomes de Vila Real, escudeiro da diocese de Toledo, prisioneiro dos Sarracenos no reino de Fez.

Reg. Suppl. 114, fl. 50.

Beatissime Pater, cum devotus orator vester Gometius de Villarreal, scutifer diocesis Toletane, in regno de Fez per perfidos Sarracenos et infideles sacrosancte fidei catholice inimicos captivus detineatur et propter eius paupertatem ad ipsum redimendum eius non habundent facultates, propter quod apud eosdem Sarracenos captivus detineatur *(sic)* ac sine auxilio fidelium ab huiusmodi captivitate non potest redimi et liberari, idcirco supplicat S. V. devota creatura vestra Petrus, sancte Romane ecclesie presbyter cardinalis, de Fuxo nuncupatus (1), in personam Gometii captivi predicti, eius dilecti, quatinus quatuor personis christifidelibus, cuiuscumque sexus, ordinis seu conditionis existant, et cuilibet eorum, Gometium predictum de bonis suis ipsis a Deo collatis ab huiusmodi

captivitate redimentibus et liberantibus, eligendi presbyterum seu presbyteros seculares vel religiosos in mortis articulo, qui ipsos et eorum quemlibet in eodem articulo a pena et culpa absolvere ac plenariam indulgentiam ipsis et eorum quibuslibet apostolica auctoritate valeant conferre, licentiam concedere misericorditer dignemini, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro omnibus quatuor. O.*

Datum Gebennis, pridie Nonas Julii, anno primo.

---

(1) D. Pedro, OFM, conhecido como cardeal de Fuxo, por ser filho do conde de Fuxo, nomeado bispo de Lecar em Outubro de 1409 por Alexandre V, promovido cardeal em 1414 por João XXIII; passou em 1431 a cardeal-bispo de Albano. Morreu a 13 de Dezembro de 1464. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 33, 295.

139

1418, Julho 8

João Arias pede, além da administração da capela, de que apresentara súplica antes, a erecção da mesma em benefício perpétuo e o direito para ele e seus sucessores de apresentarem o reitor ou capelão da capela.

Reg. Suppl. 114, fl. 108-108v.

Reformatio Johannis Arie super fundatione unius capelle, fundate in ecclesia sancti Petri de Elbis Elborensis diocesis (1).

Beatissime Pater, cum super eo quod devotus vester Johannes Arie suprascriptus, cui et successoribus in petitione, cuius copia preinsertur, bonorum ad capellam inibi expressam pertinentium conceditur administratio, in augmentando et utiliter dispensando huiusmodi bona, nutu concurrente divino, spes subsistet firma desideratque Johannes prefatus, aliquorum [fl. 108v] bonorum decursis curriculis ut per eius sive dictorum successorum providentiam et industriam, ipsorum bonorum extante incremento, illa, ne, labente tempore, peregrinis applicentur usibus capelle predicte, in beneficium perpetuum alicui persone ydonee in divinis inibi Domino serviture pro tempore [...] erigende, pro dote assignentur et, huiusmodi erectione assignationeque secutis, ius patronatus et presentandi huiusmodi personam in rectorem sive capellanum dicte capelle tunc prima vice et quotiens illa in antea vacare contigerit sibi, in gradu ut premittitur supradicto testato proximiori, ac dictis successoribus perpetuo reservetur, dignetur S. V. litteras apostolicas super dicta petitione confiendas secundum hoc videlicet quod capella postmodum in perpetuum beneficium erigatur et ius huiusmodi Johanni et successoribus predictis perpetuo reservetur, ut prefertur, expedire mandare, cum non obstañ et clausulis oportunis, in eadem petitione contentis. — *Fiat. O.*

Datum Gebennis, octavo Idus Julii, anno primo.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

140

1418, Julho 18

Pedro Vasques, perpétuo porcionário da igreja paroquial de Freixo de Espada-à-Cinta, da diocese de Braga, pede dispensa do impedimento de ilegitimidade para obter benefícios.

Reg. Suppl. 115, fl. 41-41v.

Supplicat S. V. devotus vester Petrus Valasci, presbyter perpetuus portionarius parrochialis ecclesie de Freixio de Spadacinta Bracharensis diocesis, cum quo alias ut, non obstante defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et duo beneficia ecclesiastica, etiam si aliquod ipsorum curam haberet animarum, obtinere valeret, ordinaria et apostolica extitit auctoritatibus dispensatum, quarum vigore, ad omnes etiam sacros ordines rite promotus, perpetuam portionem in dicta ecclesia de Freixio de Spadacinta et quamdam parrochialem ecclesiam curatam in ipsa diocesi Bracharensi fuit assecutus, quam quidem ecclesiam in manibus Ordinarii renuntiavit, quatinus secum ut, dicto defectu non obstante, tria alia beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, etiam si beneficia ipsa canonicatus et prebenda ac dignitates, personatus vel officia in metropolitañ cathedralibus aut collegiatis ecclesiis [fl. 41v] fuerint et ad eas, eos vel ea consueverit quis per electionem assumi, ipsaque simul vel successive ex causa permutationis vel alias, totiens quotiens sibi placuerit, dimictere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica obtinere libere et licite valeat, dignemini misericorditer dispensare. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque et cum omnibus clausulis et non obstañ oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Gebennis, quintodecimo Kalendas Augusti, anno primo.

141-142

1418, Julho 21

Diogo Gonçalves, clérigo da diocese de Tui, pede a metade da igreja de S. Salvador de Cabreiro da diocese de Tui, a vagar pela promoção de Garcia Rodrigues de Magalhães à igreja catedral de Silves. João Lourenço, reitor da metade da igreja paroquial de Vila Fonche, diocese de Tui, pede este mesmo benefício, a vagar pela promoção do sobredito bispo.

Reg. Suppl. 115, fl. 105v-106v.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. humilis et devotus orator vester Didacus Gonsalvi [fl. 106], clericus Tudensis diocesis, cum quo alias ut, non obstante defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad minores ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum sine cura obtinere valeret, ordinaria primo, vigore cuius ad omnes minores

ordines fuit promotus, deinde vero ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, recipere et retinere valeret, extitit apostolica auctoritatibus dispensatum, quatinus sibi de medietate sine cura ecclesie sancti Salvatoris de Cabreiro Tudensis diocesis, cuius fructus, etc., decem et octo librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, que in proximo speratur vacare per promotionem, auctoritate apostolica factam, de persona venerabilis viri Garsie Roderici de Magalhaans, abbatis sine cura medietatis eiusdem ecclesie, ad cathedralem ecclesiam Silvensem, tunc pastore carentem (1) et munus consecrationis impendendum eidem, aut per lapsum temporis de consecrandis episcopis, a canonibus diffiniti, seu alias vacante vel vacatura, etiam si actu, aliis quibusvis modis, vel ex aliorum quorumcumque personis, vel alia quavis auctoritate vacet, et generaliter vel specialiter reservata aut devoluta existat et illi, ex quorum personis ultimo vacavit seu vacaverit, sedis apostolice capellani, notarii, nuntii seu officiales, collectores, succollectores, apostolicarum abbreviatores vel earumdem seu Penitentiarie litterarum scriptores aut dicte sedis vel aliquorum ex dominis cardinalibus familiares, etiam continui commensales, fuerint, et super ea lis pendeat indecisa in dicta Curia vel extra eamdem, cuius statum placeat hic habere pro expresso (2), et cum de iure patronatus laycorum existat, accedente consensu ipsorum dicte ecclesie vel maioris partis eorum, dignemini misericorditer providere, cum non obstañ et clausulis oportunis.

142. Item supplicat S. V. devotus orator vester Johannes Laurentii, rector medietatis cum cura parrochialis ecclesie de Guilhafonxe diocesis Tudensis, quatinus sibi de medietate sine cura eiusdem ecclesie, cuius fructus, etc., decem librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, que speratur in proximo vacare per promotionem, auctoritate apostolica factam, de persona venerabilis viri Garsie Roderici de Magalhaans, abbatis sine cura medietatis eiusdem ecclesie, ad cathedralem ecclesiam Silvensem, tunc pastore carentem, et per munus consecrationis ei impendendum aut per lapsum temporis de consecrandis episcopis, a canonibus diffiniti, seu alias vacante vel vacatura, etiam si actu, aliis quibusvis modis, vel aliorum ex quorumcumque personis vel alia quavis auctoritate vacet, et generaliter vel specialiter reservata et devoluta existat et illi, ex quorum personis [fl. 106v] ultimo vacavit vel vacaverit, capellani, apostolice sedis notarii, aut alias officiales, collectores, succollectores, apostolicarum abbreviatores vel earumdem seu Penitentiarie litterarum scriptores, aut dicte sedis vel aliquorum ex dominis cardinalibus familiares, etiam continui commensales, fuerint, et super ea lis, cuius statum hic placeat habere pro expresso, in dicta Curia vel extra eamdem pendeat indecisa, dignemini misericorditer providere, cum de iure patronatus laycorum existat, accedente eorum consensu, eiusdem ecclesie vel maioris partis ipsorum. Non obstañ dicta medietate cum cura eiusdem ecclesie, cuius fructus, etc., decem librarum dicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, quam obtinet, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

Fiat ut petitur pro utroque. O.

Datum Gebennis, duodecimo Kalendas Augusti, anno primo.

---

(1) D. Garcia Rodrigues de Magalhães, cónego de Braga, nomeado bispo de Silves por Martinho V em Julho de 1418, transferido para a sé de Lamego em Junho de 1421 e daqui para Viseu em Abril de 1426. Sucedeu-lhe, em Setembro de 1430, D. Luís do Amaral. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 291, 452, 532.

143

1418, Julho 22

Gonçalo Peres, reitor da igreja paroquial de Santa Marinha de Alquerubim, da diocese de Coimbra, pede a confirmação da igreja paroquial de S. Pedro de Ossela, da mesma diocese.

Reg. Suppl. 115, fl. 107-107v.

Beatissime Pater, nuper devotus vester Gunsalvus Petri, rector tunc parrochialis ecclesie sancte Marine de Alcarovim Colimbriensis diocesis, parrochialem ecclesiam sancti Petri dOsella dicte diocesis, causa permutationis cum quodam alio pro dicta ecclesia sancte Marine, in manibus vicarii generalis ecclesie Colimbriensis, episcopali sede Colimbriensi vacante, extitit assecutus, quam ex tunc tenuit et possedit, prout tenet et possidet de presenti. Et quia, Pater Beatissime, dictus G[unsalvus] timet provisionem et assecutionem huiusmodi certis de causis viribus non subsistere, et presertim quia a nonnullis asseritur quod dicta ecclesia dOsella per monachos ordinis sancti Benedicti regi et gubernari consueverit, supplicat igitur S. V. dictus G[unsalvus] quatinus permutationem, provisionem et assecutionem predictas de eadem ecclesia dOsella et quecumque inde secuta rata habentes [et] grata, sibique de dicta ecclesia dOsella, cuius fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per resignationem huiusmodi aut premisso vel alio quovis modo et per obitum cuiuscumque persone seu [per] constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam casu quo per dictos monachos regi et gubernari consueverit, ut prefertur, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa existat, de novo dignemini misericorditer providere. Non obstañ defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, super quo alias ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri [fl. 107v] et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, primo, post quam quidem dispensationem ad omnes etiam sacros ordines promotus, parrochialem ecclesiam sancti Johannis de Almedina Colimbriensis diocesis, tunc vacantem, canonice sibi collatam, extitit assecutus. Et deinde ut unum aliud beneficium ecclesiasticum cum dicta ecclesia compatibile recipere ipsaque ex causa permutationis vel alias simul (1) vel successive dimittere et alia beneficia ecclesiastica, loco dimissorum, similia vel dissimilia, invicem compatibilia, etiam recipere et retinere valeret, auctoritate apostolica extitit dispensatum. Successive vero eidem G[unsalvo] parrochialem ecclesiam sancte Marine prefate, canonice sibi collatam, eadem auctoritate extitit assecutus, secumque ut eamdem cum dicta ecclesia sancti Johannis ad annum insimul retinere et alteram ipsarum, quam malet, pro compatibili permutare posset, fuit dispensatum, quam quidem ecclesiam sancti Johannis pro quadam perpetua portione sine cura in ecclesia de Arguinil *(sic)* dicte diocesis, quam postea dimisit, infra annum huiusmodi permutavit et etiam non obstañ gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Gebennis, undecimo Kalendas Augusti, anno primo.

---

(1) No ms. *semel.*

144

1418, Julho 23

Gil Vasques Lobeira, bacharel em decretos, que durante mais de três anos esteve no concílio de Constança, onde se encontrava ainda, pede para continuar a usufruir graça expectativa, concedida anteriormente, ou outro benefício, sem obrigação de deixar a igreja paroquial de Santa Maria de Sobral de Monte Agraço, da diocese de Lisboa.

Reg. Suppl. 115, fl. 92-92v. Publicada por SOUSA COSTA, A. D. DE, O *Infante D. Henrique na Expansão portuguesa, Documentos*, n. V, p. 130-131.

Beatissime Pater, nuper S. V. devoto oratori vestro Egidio Vallasci Lobeyra, bacallario in decretis, qui in concilio Constantiensi per tres annos et ultra stetit et nunc stat hic de presenti, gratiam fecit expectativam inter cetera de beneficio ecclesiastico cum cura et ad certam collationem et voluit eadem S. quod quamdiu idem Egidius predictum beneficium curatum pacifice assequeretur, quod omne ius, quod sibi in parrochiali ecclesia sancte Marie de Monte Agrazo Ulixbonensis diocesis competit aut quomodolibet competere potest, dimittere [fl. 92v] teneretur, prout in litteris apostolicis super eadem gratia confectis plenius continetur. Supplicat igitur S. V. idem Egidius quatinus sibi specialem gratiam facientes, secum ut, voluntate huiusmodi non obstante, predictum beneficium aut aliquod aliud beneficium curatum, si ipsum, vigore predicte gratie expectative, aut alias quavis auctoritate, obtinere et assequi contigerit, una cum dicta parrochiali ecclesia sancte Marie de Monte Agrazio ad quinquennium, a tempore assecutionis utriusque beneficii computandum, libere recipere et licite retinere illaque seu eorum alterum interim pro beneficio aut beneficiis ecclesiasticis, ad invicem compatibili seu compatibilibus, permutare possit et valeat, gratiose dignemini misericorditer dispensare, voluntate huiusmodi, constitutionibus apostolicis ac aliis contrariis non obstantibus quibuscumque et cum non obstant. et dispensatione super natalium defectu, quem patitur de presbytero genitus et soluta, in eisdem litteris apostolicis contentis, et aliis clausulis oportunis. — *Fiat ad biennium. O.*

Datum Gebennis, decimo Kalendas Augusti, anno primo.

145

1418, Julho 26

João Afonso, cónego prebendário do Porto, licenciado em decretos pela Universidade de Bolonha, onde concluiu, a seguir, alguns cursos académicos, pede a confirmação do deado do Porto que D. João, bispo eleito confirmado da mesma sé, lhe conferiu, depois de a maior parte do cabido o ter designado para deão, dignidade vacante por morte de mestre Afonso ou pela promoção de Garcia Rodrigues de Magalhães à sé catedral de Silves.

Reg. Suppl. 115, fl. 22-22v.

Beatissime Pater, dudum vacante decanatu ecclesie Portugalensis, qui in eadem ecclesia dignitas cura[ta] et electiva ac maior post pontificalem existit, per mortem magistri Alfonsi, quondam ipsius ecclesie decani, extra Romanam Curiam defuncti, capitulum vero dicte ecclesie, prout moris est, vocatis primo qui fuerunt evocandi et commode potuerunt interesse, prefixoque (1) termino ad futurum decanum eligendum, maior pars vel quasi dicti capituli devotum oratorem vestrum Johannem Alfonsi, canonicum prebendatum dicte ecclesie, in Studio Bononiensi in decretis etiam licentiatum, [qui] et post eius licentiam aliquos cursus observavit, in suum et dicte ecclesie decanum elegerunt, Johannes vero electus confirmatus dicte ecclesie Portugalensis, videns dictam electionem fore iustam et rationi consonam, prefatam electionem, si et in quantum potuit, auctoritate ordinaria confirmavit et predicto Jo[hanni] Alfonsi de dicto decanatu providit ipsumque in corporalem possessionem ipsius posuit [fl. 22v] et induxit, cuius quidem decanatus fructus, etc., centum triginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt. Supplicat igitur S. V. devotus vester Johannes predictus quatinus electionem et confirmationem predictas, sic ut premittitur factas, et omnia inde secuta ratas et gratas [habere] et, si necesse fuerit, eidem Johanni de dicto decanatu sive per electionem Garsie Roderici ad ecclesiam Silvensem (2) electionisque sue confirmationem aut ipsius Garsie ad eamdem ecclesiam promotionem quavis auctoritate factam, et munus consecrationis impensum vel impendendum eidem, aut per lapsum temporis de consecrandis episcopis, a canonibus diffiniti, vel alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona vacet vel vacare contigerit, etc., etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta ac dispositioni apostolice generaliter vel specialiter reservata vel devoluta existat, eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Non obstantibus dictis canonicatu et prebenda dicte ecclesie, quos obtinet, quorum fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, et cum aliis non obst. et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Gebennis, septimo Kalendas Augusti, anno primo.

---

(1) No ms. *prefixisque.*

(2) Cf. nota 1 do n.º 141.

146

1418, Julho 26

Gil Afonso, clérigo da diocese de Braga, pede a igreja paroquial de Gondomar, da diocese do Porto, a vagar pela promoção de João Afonso, cónego do Porto, à dignidade de deão da mesma sé.

Reg. Suppl. 115, fl. 202v.

Beatissime Pater, cum parrochialis ecclesia de Gondemar Portugalensis diocesis, quam devotus vester Johannes Alfonsi, canonicus Portugalensis, obtinet, vacare speretur

per assecutionem *(sic)* eiusdem ad decanatum seu de decanatu ecclesie Portugalensis, qui dignitas in eadem Portugalensi ecclesia maior post pontificalem existit, supplicat igitur S. V. devotus vester Egidius Alfonsi, clericus Bracharensis diocesis, quatinus sibi de dicta ecclesia de Valbron *(sic)*, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, cum per huiusmodi assecutionem vel alio quovis modo, preterquam per dicti Johannis obitum vacare contigerit, seu si alio quovis modo ad presens vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa existat, dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Gebennis, septimo Kalendas Augusti, anno primo.

147

1418, Julho 30

Fernando Gonçalves, cónego prebendário da igreja de Braga, que tinha servido lealmente a igreja de Roma durante algum tempo, solicita a igreja paroquial de S. Mamede da diocese do Porto, vacante pela promoção ao deado do Porto de João Afonso, licenciado em decretos e cónego prebendário da mesma sé.

Reg. Suppl. 115, fl. 250-250v.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Fernandus Gundissalvi, canonicus prebendatus ecclesie Bracharensis, qui V. S. Ecclesie Romane per aliqua tempora iuxta posse legaliter servivit, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, de quadam parrochiali ecclesia sancti Mametis Portugalensis diocesis, vacante ad presens per promotionem, per eamdem S. factam Johanni Alfonsi, in decretis licentiato ac canonico prebendato ecclesie Portugalensis, de decanatu eiusdem ecclesie, qui dignitas curata et electiva ac maior post pontificalem in eadem ecclesia existit, cuius quidem ecclesie parrochialis fructus, redditus et proventus triginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem [fl. 250v] annuum non excedunt, eidem F[ernando] dignemini providere. Non obstañ dictis canonicatu et prebenda dicte ecclesie Bracharensis seu etiam canonicatu et prebenda ecclesie secularis et collegiate beate Marie Vimaranensis Bracharensis diocesis, quos obtinet (1), seu etiam quod ipse F[ernandus] ius habere intendit in seu ad canonicatum et prebendam ecclesie Colimbriensis, super quibus in V. S. Curia litigat de presenti, quorum fructus, etc., centum quinquaginta librarum similium communi extimatione valorem annuum non excedunt, et paratus est dimittere parrochialem ecclesiam sancti Mametis de Sandiaãs dicte Bracharensis diocesis predicte *(sic)*, quam de presenti obtinet, dum pacificam, etc., et cum ceteris non obstant. et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Gebennis, tertio Kalendas Augusti, anno primo.

(1) No ms. *obtinens*, com sinal de erro.

148

1418, Julho 31

D. João I, rei de Portugal, pede ao papa o deado do Porto, vacante por morte de mestre Afonso, e o canonicato e prebenda da mesma sé, vacantes por morte de Pedro Anes, para o seu familiar e comensal mestre Lourenço Fogaça, doutor em medicina, reitor duma das igrejas de Odemira, da diocese de Évora.

Reg. Suppl. 115, fl. 115.

Supplicat S. V. devotissimus filius eiusdem S. Johannes, Portugalie et Algarbii rex, quatinus sibi in personam dilecti familiaris sui, continui commensalis, magistri Laurentii Fogacia, rectoris unius ex parrochialibus ecclesiis de Odemira Elborensis diocesis, doctoris in medicina, specialem gratiam facientes, de decanatu ecclesie Portugalensis, qui dignitas in eadem maior post pontificalem existit, per magistri Alfonsi, necnon de canonicatu et prebenda ipsius ecclesie per Petri Johannis, extra Romanam Curiam defunctorum, obitus, ad presens vacantibus (1), de quo quidem decanatu per vicarios ipsius ecclesie sibi provisum et possessionem ipsius extitit assecutus, quorum fructus, etc., centum et sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, aut alias quovis modo, vel ex alterius cuiuscumque persona, seu decanatus ipse per promotionem de persona Garsie Roderici (2), ad ecclesiam Silvensem factam, et munus consecrationis sibi impendendum, aut per lapsum temporis de consecrandis episcopis, etc., vacent seu cum vacaverint, et curatus et electivus, ac generaliter vel specialiter reservati aut devoluti seu litigiosi sint, eidem L[aurentio] dignemini misericorditer providere secumque ut predictam parrochialem ecclesiam, cuius fructus, etc., sexaginta librarum predicte monete simili extimatione valorem predictum non excedunt, quam sic obtinet, una cum dicto decanatu ad quinquennium recipere et retinere et interim ipsa seu alterum ipsorum pro compatibili seu compatibilibus permutare possit, gratiose dignemini misericorditer dispensare. Constitutionibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Non obstañ gratia expectativa, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum omnibus aliis non obstañ et clausulis oportunis.—*Fiat ut petitur et dispensamus. O.*

Datum Gebennis, pridie Kalendas Augusti, anno primo.

(1) No ms. *vacantes*.
(2) Cf. nota 1 do n.º 141.

149

1418, Agosto 5

Os paroquianos da igreja de Santa Maria de Olivais que o arcebispo de Lisboa D. João erigiu entre a cidade de Lisboa e o lugar de Sacavém, por notar que a basílica não pertencia a nenhuma paróquia e nesse lugar havia rendimentos suficientes para instituir um reitor, pedem ao papa a confirmação da erecção da basílica em igreja paroquial.

Reg. Suppl. 115, fl. 219-219v.

Beatissime Pater. Olim felicis memorie Johannes, archiepiscopus Ulixbonensis (1), primus visitando dyocesim suam, inter civitatem Ulixbonensem et locum de Sacavem Ulixbonensis diocesis repperit basilicam beate Marie de Olivetis non infra limites alicuius alterius parrochialis ecclesie existentem, et ad ipsam basilicam populum circumiacentem diebus dominicis et festivis quandoque in numero copioso confluere consuevere necnon ei quamplura domos, habitationes, hospitia, quintianas et alia loca (2) habitabilia necnon oliveta, vineas, ortos, campos, pomeria, fundos, possessiones, terras arabiles et fructiferas infra aliquam aliam parrochiam minime existentia circumiacere et sic habundare in fructibus, rebus, proventibus et obventionibus quampluris ac in tanta copia et fertilitate existere quod de decimis, primitiis et oblationibus que ad ipsam basilicam obvenirent et obvenire possent, si parrochialis existeret, quod merito dicta basilica possit erigi in parrochialem et in ea institui rector qui, percipiendo huiusmodi decimas, primitias et oblationes, posset eam ac eius curam et regimen animarum gerere, divina officia celebrare, hospitalitatem tenere, iura episcopalia solvere ac alia ei incumbentia onera supportare, attento maxime quod dictus populus raro vel numquam audirent divinum officium nec perciperent ecclesiastica sacramenta, sed quasi vagabundi et acephali, quandoque ad unam, quandoque ad aliam, interdum ad nullam ecclesiam se vertentes nec se submittentes cure et regimini alicuius rectoris parrochialis ecclesie, bestialem vitam deducendo, unde dictus archiepiscopus, huiusmodi vagationes et bestialitates detestando et ab intimis visceribus de hiis dolendo et actendens sui cordis intimis a iure infixum super hoc providere, auctoritate ordinaria, ob salutem animarum populi in territorio dicte basilice habitant. cum summo desiderio affectant., dictam basilicam in parrochialem ecclesiam erexit ac parrochialibus insigniis decoravit ac eius parrochiam certis limitibus limitavit, voluit atque rectorem in ea instituit necnon et concessit quod idem rector infra dictam suam parrochiam perciperet et exigeret [fl. 219v] ac exigi haberet integre et perpetuo omnes primitias et quascumque decimas tam prediales quam personales ac quecumque alia iura parrochialia de quibuscumque fructibus, rebus et proventibus in quibuscumque rebus, infra dictam parrochiam consistentibus, qualitercumque obvenieñ, tamquam a suis veris et dicte erecte ecclesie parrochianis et alias ordinavit et fecit, prout in litteris ipsius archiepiscopi inde confectis plenius continetur. Quare universi parrochiani dicte erecte parrochialis ecclesie, tamquam oves olim abducte et nunc revocate et in via vite et salutis renate, summo opere suarum animarum salutem affectantes, supplicant S. V. humiliter et devote quatinus dignemini huiusmodi erectionem, decorationem, limitationem, institutionem, voluntatem, concessionem, ordinationem ac litteras predictas et in eis contenta ac omnia inde secuta grata et rata habere illaque ex certa scientia approbare et confirmare, necnon supplere omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, non obstantibus constitutionibus apostolicis ac aliis contrariis quibuscumque, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Gebennis, Nonis Augusti, anno primo.

---

(1) D. João de Azambuja, bispo de Coimbra, nomeado arceb. de Lisboa em Maio de 1402 por Bonifácio IX e elevado à dignidade cardinalícia com o título presbiteral de S. Pedro *ad vincula* por João XXIII em Junho de 1411. Morreu em Bruges a 23 de Janeiro de 1415. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 33, 507.

(2) No ms. *loco.*

150

1418, Agosto 8

Lopo Álvares, cónego prebendário da Guarda, casara-se com certa mulher, pelo que Fernando Afonso, clérigo de Viseu, pede o canonicato e prebenda para si.

Reg. Suppl. 115, fl. 171.

Beatissime Pater. Cum quidam Loppus Alvari, canonicus prebendatus ecclesie Egitaniensis, in Romana Curia matrimonium contraxerit cum quadam muliere, supplicat S. V. devotus orator vester Fernandus Alfonsi, clericus Visensis, quatinus sibi gratiam specialem facientes, de canonicatu et prebenda predictis, quorum fructus, etc., viginti quinque librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive premisso, aut alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona vacent, et generaliter vel specialiter reservati (1) aut devoluti aut litigiosi, sint, eidem Fernando dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa in cancellaria apostolica exprimenda. Et cum omnibus aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Gebennis, sexto Idus Augusti, anno primo.

(1) No ms. *reservata.*

151

1418, Agosto 9

D. João I, rei de Portugal, pede o canonicato e prebenda do Porto, vacantes por morte de Pedro Anes, para o seu familiar e comensal mestre Lourenço de Fogaça, doutor em medicina.

Reg. Suppl. 115, fl. 251v-252.

Supplicat S. V. devotissimus filius eiusdem S. Johannes, Portugalie et Algarbii rex, quatinus sibi in personam dilecti familiaris sui, continui commensalis, magistri Laurentii de Fogaça, in medicina doctoris, specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie Portugalensis, vacantibus ad presens per obitum Petri Johannis, extra Romanam Curiam defuncti, quorum fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacent, et generaliter vel specialiter reservati aut devoluti ac litigiosi sint, eidem L[aurentio] dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod obtinet parrochialem ecclesiam sancte Marie [fl. 252] de Odemyra Elborensis diocesis ac quod nuper de decanatu ecclesie Portugalensis predicte, qui dignitas maior post pontificalem existit, certo modo vacante, per eamdem S. concessum fuit sibi

provideri, quorum omnium fructus, [etc.], ducentarum librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, ac dispensatione ad duo incompatibilia ad certum tempus, cum licentia permutandi, et gratia expectativa, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum aliis non obstant. et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Gebennis, quinto Idus Augusti, anno primo.

152

1418, Agosto 9

Pedro Esteves, tesoureiro de Braga, que obtivera já a confirmação da incorporação do canonicato e prebenda da mesma sé, renova o pedido de confirmação das incorporações feitas por autoridade ordinária, porque omitiu mencionar a incorporação da igreja paroquial de S. Salvador do Campo, também da diocese de Braga.

Reg. Suppl. 116, fl. 101v.

Beatissime Pater, nuper quartodecimo Kalendas Februarii, pontificatus eiusdem anno primo, S. V., volens gratiam facere specialem devoto oratori vestro Petro Stephani, thesaurario ecclesie Bracharensis, annexationem sive incorporationem canonicatus et prebende dicte ecclesie Bracharensis, auctoritate ordinaria factas, eius thesaurarie, prout in supplicatione latius continetur, [confirmavit]. Verum, Pater Sancte, cum propter errorem seu inadvertentiam scriptoris, in dicta supplicatione non fuit facta mentio qualiter dicte thesaurarie eadem auctoritate ordinaria annexa extitit quedam parrochialis ecclesia sancti Salvatoris de Campo diocesis Bracharensis, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt. Cum autem, Pater Sancte, dicta thesauraria sit tantum exilis et tenua *(sic)* in redditibus quod omnium fructus, etc., una cum dictis canonicatu et prebenda ac parrochiali ecclesia sibi annexis octuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, deductis oneribus, eapropter V. S. humiliter supplicat dictus P[etrus] quatinus dictas annexationes sive incorporationes dicte dignitati, sic ut premictitur factas, ratas et gratas habentes, et litteras apostolicas super dicta gratia fiendas secundum tenorem prime supplicationis et sub illa data expediri mandare dignemini, cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Gebennis, quinto Idus Augusti, anno primo.

153-157

1418, Agosto 13

Várias súplicas de Dona Beatriz, rainha de Castela, viúva de D. João, a qual se diz ainda rainha de Portugal.

Reg. Suppl. 116, fl. 31v-32.

Rotulus v. supplicationum diversarum concessionum regine Castelle, etc. (1).

Beatissime Pater, hec sunt que pro parte devote filie vestre Beatricis, regine Castelle, Legionis et Portugalie, relicte quondam clare memorie Jo[hannis], dictorum Castelle et Legionis regis, V. S. supplicantur.

Et primo quod ipsa regina et ceteri sui familiares domestici tempore generalis interdicti in loco sacro seu in basilica, apud quam elegerint (2) sepulturam, sepeliri possint eisque divina officia in funeralibus fieri consueta fieri submissa voce, excommunicatis et interdictis exclusis, dum tamen qui sepeliuntur non fuerint culpabiles in dicto interdicto, dignemini concedere de gratia speciali. — *Fiat in forma de omnibus O.*

154. Item quod ipse capellanus aut ceteri alii sui capellani minores, ipsi regine in quacumque parte domus, ubi eadem regina pro tempore moram traxerit seu mansionem, etiam si ipsa presens non fuerit, dum tamen inter clausuram domus existat, missas et cetera divina officia celebrare atque celebrari facere possit, misericorditer concedere dignemini de gratia speciali. — *Fiat. O.*

155. Item prefate regine absolutionem plenariam in articulo mortis atque licentiam eligendi confessorem, qui ipsam absolvere possit, quotiescumque in articulo mortis vel alias constituta existat, misericorditer concedere dignemini de gratia speciali. — *Fiat. O.*

156. Item supplicat dicta regina eidem S. quatinus similem absolutionem plenariam dignemini misericorditer concedere dilectis familiaribus suis, scilicet Anthonio Roderici de Molina, thesaurario ipsius regine, et Johanne Gunsalvi, eius uxori, Gometio Didaci de Vasurto, bacallario in legibus, et Catherine Roderici, eius uxori, Nunio Fernandi, dicte regine computatori, et Ysabelli Manuel, ipsius uxori, atque Michaeli [fl. 32] Roderici, abbati (3) de Medina Celi, in ecclesia Seguntina, misericorditer dignemini concedere de gratia speciali. — *Fiat in forma de omnibus. O.*

157. Item supplicat eidem S. prefata regina quatinus ipsis Nunio Fernandi et Ysabelli Manuel, eius uxori, et utrique ipsorum, altare portatile dignemini misericorditer concedere de gratia speciali, ut in forma. — *Fiat in forma consueta reginis. O.*

Datum Gebennis, Idus Augusti, anno primo.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

(2) No ms. *collegerint.*

(3) No ms. *abbate.*

158

1418, Agosto 14

João Vasques, arcediago de Penela, na igreja de Coimbra, sucessor de Fernando Martins Coutinho, promovido à sé catedral de Coimbra, nos direitos à igreja paroquial

de S. Tomé de Lisboa, sobre a qual D. Fernando andara em litígio com a Universidade de Lisboa, pede dispensa para reter o sobredito arcediagado juntamente com a igreja de S. Tomé.

Reg. Suppl. 116, fl. 53-53v.

Beatissime Pater. Lite pendente inter universitatem Studii Ulixboñ et quemdam Fernandum Martini Coutinho, rectorem parrochialis ecclesie sancti Thome Ulixbonensis, de et super eadem parrochiali ecclesia et ipsius occasione in vestro palatio apostolico causarum coram Petro Nardi, eiusdem palatii auditore, V. S. ecclesie Colimbriensi, tunc pastore carenti, de persona eiusdem Fernandi (1) providit ipsumque illi prefecit in pastorem, et quia eadem parrochialis ecclesia sancti Thome per eamdem promotionem et munus consecrationis eidem F[ernando] impendendum seu per lapsum temporis de consecrandis episcopis, etc., vacare sperebatur, devotus vester Johannes Valasci, archidiaconus de Penella in ecclesia Colimbriensi, ab eadem S. in iure et ad ius, si quod eidem Fernando in eadem parrochiali ecclesia, cuius fructus, etc., centum viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, competebat aut quomodolibet competere poterat, necnon ad possessionem et litis huiusmodi prosecutionem huiusmodi parrochialis ecclesie apostolica auctoritate per eumdem auditorem surrogari et sibi de eisdem provideri obtinuit, prout in litteris apostolicis exinde confectis plenius continetur. Cum autem, Beatissime Pater, eadem parrochialis ecclesia et archidiaconatus de Penella, qui dignitas in eadem [fl. 53v] Colimbriensi ecclesia existit, quem idem Johannes obtinet, cuiusque fructus, etc., sexaginta librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, propter eorum incompatibilitatem absque apostolica dispensatione insimul retineri et recipi non possunt et ne ipsum Johannem utrumque beneficiorum predictorum, propter litis pendentiam, cuius eventus dubius est, perdere contingat, supplicat[ur] igitur S. V. pro parte eiusdem Johannis quatinus, sibi specialem gratiam facientes, secum ut eamdem parrochialem ecclesiam una cum dicto archidiaconatu, quem sic obtinet, per triennium, a die assecutionis eiusdem parrochialis ecclesie computandum, libere recipere et licite retinere et interim alterum eorum pro beneficio seu beneficiis compatibili aut compatibilibus permutare possit et valeat, gratiose dignemini misericorditer dispensare. Constitutionibus apostolicis non obstantibus quibuscumque. Non obstañ quod obtinet perpetuam portionem sine cura, tercenariam nuncupatam, in eadem Colimbriensi ecclesia, ac quod per eamdem S. de Ulixboñ mandatum et Colimbriensis ecclesiarum canonicatibus et prebendis, certis modis vacaturis, quorum quidem portionis ac canonicatuum et prebendarum fructus, etc., centum quinquaginta librarum predicte monete extimatione simili valorem predictum non excedunt, concessum fuit sibi provideri, super quibus canonicatu et prebenda Colimbrieñ in eodem palatio causam committi et citationem ad partes decerni obtinuit, ac gratia expectativa, in cancellaria apostolica exprimenda. Constitutionibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Et cum omnibus aliis non obstañ et clausulis oportunis. —*Fiat ad biennium. O.*

Datum Gebennis, decimo nono Kalendas Septembris, anno primo.

---

(1) Cf. nota 2 do n.º 112.

159-161

1418, Agosto 16

Petições do Infante D. Duarte ao papa: Para os seus capelães pede o indulto de poderem dizer o ofício segundo o costume da Cúria Romana, sem obrigação de dizerem o ofício das igrejas onde tenham benefícios. Para os mesmos, para os chantres da sua capela e comensais pede também o indulto de não residirem nos benefícios e de receberem os rendimentos integralmente, como se residissem neles, e ainda a isenção dos próprios Ordinários, sendo julgados pelos Ordinários donde se encontrarem.

Reg. Suppl. 115, fl. 180v.

Tres supplicationes Eduardi, primogeniti regis Portugalie (1).

Beatissime Pater. Cum devotus filius S. V. Eduardus, regnorum Portugalie et Algarbii primogenitus, ex singulari devotione quam ad officium secundum consuetudinem Romane ecclesie gerit, cupiat ut capellani sui in sua capella officium predictum legant, dicant et cantent, supplicatur igitur S. V. pro parte eiusdem Infantis quatinus sibi ut officium memoratum in eadem sua capella dicatur quodque capellani sui, continui commensales, qui sunt aut pro tempore erunt, predictum officium dicentes, ad alia ecclesiarum, in quibus beneficiati sunt seu fuerint, officia dicenda nullatenus astringantur seu teneantur, sibi gratiose concedere dignemini, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

160. Item quatinus, sibi specialem gratiam facientes, quod capellani et cantores capelle sue, continui commensales, qui sunt aut erunt pro tempore, in capella sua residendo, seu obsequiis suis insistendo, fructus, etc., beneficiorum suorum, que nunc obtinent et imposterum obtinebunt, cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus et officia, cum cura vel sine cura, in cathedralibus metropolitañ et collegiatis, et dignitates ipse in eisdem metropolitañ et cathedralibus maiores post pontificales et collegiatis huiusmodi ecclesiis principales fuerint, cum illa integritate percipiant et percipere possint et valeant, cum qua illos perciperent, si in ipsis et aliis beneficiis ecclesiasticis residerent, et ad residendum in ipsis nullatenus astringantur, nec ad id a quoquam inviti valeant coartari, quodque fructus, etc., beneficiorum predictorum, Ordinariorum licentia minime requisita, quibusvis personis et pro libito voluntatis arrendent et arrendare possint et valeant, sibi gratiose dignemini misericorditer concedere. Non obst. quod forsan similem gratiam ad tempus forsan nondum elapsum ipse Infans a sede apostolica vel locorum Ordinar. seu ipsi capellani seu eorum aliquis habent, ac constitutionibus apostolicis et synodalibus et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, et cum omnibus clausulis oportunis. — *Fiat ad quinquennium. O.*

161. Item, cum idem Infans nullibi continuam residentiam faciat personalem et capellanis predictis tam pro anime sue salute quam concedentia (2) status sui carere non possit et nonnumquam contigit quod clerus a suis diocesanis tam pro synodo celebrando quam pro aliis congregationibus fiendis sepius convocatur, supplicatur igitur S. V. pro parte eiusdem Infantis quatinus capellanos predictos, suos veros continuos commensales, qui sunt aut fuerint pro tempore, a convocationibus, tam synodalibus quam allis qui-

buscumque, per suos diocesanos et locorum Ordinarios fiendis, eximere et liberare, quodque, si capellani predicti deliquerint, per locorum Ordinarios, in quorum civitatibus et diocesibus inventi fuerint, puniantur et punire valeant et possint, gratiose sibi dignemini concedere de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ad quinquennium, existentibus ipsis realiter in servitio supplicantis. O.*

Datum Gebennis, decimo septimo Kalendas Septembris, anno primo.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.
(2) No ms. sinal de erro.

162

1418, Agosto 16

O Infante D. Duarte pede ao papa permita a Fernando Fogaça, cónego de Lisboa, que ele criou cavaleiro na tomada de Ceuta, poder continuar com as honras militares e com o canonicato e prebenda de Lisboa. O papa concede a graça, mas manda-o renunciar à cavalaria e ao uso das insígnias de cavaleiro.

Reg. Suppl. 116, fl. 17v-18.

Beatissime Pater, licet devotissimus filius S. V. Eduardus, regnorum Portugalie et Algarbii primogenitus, devotum oratorem vestrum Fernandum Fogacia, canonicum Ulixbonensem, militari militia in captione civitatis Cepte insigniverit, nichilominus tamen idem Fernandus non intendit propterea clericalem militiam nec canonicatum et prebendam predictos, quos, ut premittitur, obtinet, dimictere, sed potius ecclesiastico statui adherere. Supplicatur igitur S. V. pro parte eiusdem primogeniti quatinus ut huiusmodi militari honore, quo sic ut prefertur per ipsum primogenitum extitit insignitus, non obstante, canonicatum et prebendam predictos, quos sic ut premictitur obtinet, necnon quodcumque, quecumque et qualiacumque alia ecclesiastica beneficia cum cura et sine cura, ad invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebende, dignitates et personatus et officia cum cura et sine cura in metropolitañ et cathedralibus ac collegiatis et dignitates ipse in eisdem metropolitañ et cathedralibus maiores post pontificales et collegiatis huiusmodi ecclesiis principales fuerint, et ad ipsa consueverint qui per electionem assumi, si sibi alias canonice conferantur, libere recipere et licite retinere possit et valeat, decernere et declarare seu alias ad ipsa obtinenda, si et in quantum expediat, secum misericorditer dispensare dignemini gratiose, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis — *Fiat et renuntiet militie nec utatur insigniis militaribus. O.*

Datum Gebennis, decimo septimo Kalendas Septembris, [fl. 18] anno primo.

163

1418, Agosto 16

João Gonçalves de Freitas, nobre e clérigo de Braga, pede o canonicato e prebenda de Tui, vacantes pela promoção de Garcia Rodrigues de Magalhães à igreja catedral de Silves.

Reg. Suppl. 116, fl. 102.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes Gonsalvi de Freitas, de nobili genere, clericus Bracharensis, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie Tudensis, vacantibus ad presens per promotionem, per eamdem S. factam, Garsie Roderici de Magalhanes, quondam canonici eiusdem, ad ecclesiam Silvensem (1), seu per munus consecrationis eidem G[arsie] impensum vel impendendum, aut per lapsum temporis de consecrandis episcopis, quorum fructus, etc., viginti ducatorum valorem annuum non excedunt, seu alio quovis modo vacent, et per quamcumque aliam personam, etiam si tanto tempore vacaveri[n]t quod eorum collatio vel provisio sedi apostolice generaliter vel specialiter reservata existat, eidem J[ohanni] dignemini misericorditer providere, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Gebennis, decimo septimo Kalendas Septembris, anno primo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 141.

164

1418, Agosto 18

Álvaro Martins, bacharel em direito civil, reitor da igreja colegiada de S. Martinho de Cedofeita da diocese do Porto, pede a confirmação do deado de Braga.

Reg. Suppl. 115, fl. 279v.

Beatissime Pater. Nuper devoto vestro Alvaro Martini, bacallario in iure civili, rectori, abbati (1) vulgariter nuncupato, secularis et collegiate ecclesie sancti Martini de Cedofeita Portugalensis diocesis, de decanatu ecclesie Bracharensis, qui dignitas curata et electiva ac maior post pontificalem in eadem existit, [...] (2) de Abiul certo modo vacante auctoritate ordinaria extitit provisum eiusque possessionem fuit assecutus, timetque prefatus Alvarus provisionem et assecutionem huiusmodi certis de causis viribus non subsistere seque posse super illo imposterum molestari. Supplicat igitur S. V. dictus A[lvarus] quatinus provisionem et assecutionem huiusmodi et quecumque inde secuta rata habentes et grata, sibique de eodem decanatu, cuius fructus, etc., centum et quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, vel alio quovis modo, aut ex quacumque alia persona seu [per] constitutionem *Execrabilis*

vacet, et specialiter vel generaliter reservatus, devolutus ac litigiosus sit, dignemini misericorditer providere, secumque ut dictam collegiatam ecclesiam de Cedofeita, cuius fructus, etc., centum librarum dicte monete secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, una cum dicto decanatu ad septennium insimul retinere et interim alterum eorum, quod (3) maluerit, pro compatibili permutare libere et licite valeat, dignemini misericorditer dispensare. Non obstañ quod in eadem ecclesia Bracharensi in canonicum sit receptus et, dum interest divinis, cotidianas distributiones recepit, quarum fructus, etc., viginti librarum dicte monete secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, si quam habet, in apostolica cancellaria exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Gebennis, quintodecimo Kalendas Septembris, anno primo.

---

(1) No ms. *abbas.*
(2) É fora de dúvida faltarem aqui algumas palavras.
(3) No ms. *quorum*, com sinal de erro.

165

1418, Agosto 20

Pedro Martins, reitor da igreja paroquial de Santa Maria dos Olivais da diocese de Lisboa, escolar de direito canónico, pede o canonicato e prebenda de Braga, a vagar pela promoção de Garcia Rodrigues de Magalhães à igreja catedral de Silves.

Reg. Suppl. 116, fl. 91v-92.

Supplicat S. V. devotus orator vester Petrus Martini, rector parrochialis ecclesie sancte Marie de Olivaaes Ulixbonensis diocesis, scolaris in iure canonico, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie Bracharensis, quorum fructus, etc., viginti quinque librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, qui vacare sperantur per promotionem factam nuper per S. V. de persona reverendi patris domini Garsie, electi Silvensis (1), ad ecclesiam Silvensem, tunc pastore carentem, et munus consecrationis eidem impendendum, cum ut premittitur, aut per lapsum temporis de consecrandis episcopis, etc., vacaverint aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacent, et generaliter vel specialiter reservati aut devoluti ac litigiosi sint, eidem P[etro] dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod obtinet parrochialem ecclesiam predictam ac quod nuper de canonicatu et prebenda ecclesie Colimbriensis, certo modo vacaturis, super quibus causam in palatio apostolico commicti et citationem [fl. 92] ad partes decerni obtinuit, per eamdem S. concessum fuit sibi provideri, quorum omnium fructus, etc., centum viginti librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria apostolica exprimenda. Et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Gebennis, tertiodecimo Kalendas Septembris, anno primo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 141.

166

1418, Agosto 25

António ou Antão Gonçalves, clérigo da diocese de Viseu, familiar e comensal do papa, pede o arciprestado rural de Valdevez, da diocese de Tui, a vagar pela promoção de Garcia Rodrigues de Magalhães à sé catedral de Silves.

Reg. Suppl. 115, fl. 233v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Antonius Gunsalvi, clericus Visensis diocesis, eiusdem S. familiaris, continuus commensalis, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, de archipresbyteratu rurali de Valdevez, prestimonio nuncupato (1), Tudensis diocesis, cuius fructus, etc., viginti quinque librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, qui vacare speratur per promotionem de persona reverendi patris Garsie, electi Silvensis, ad ecclesiam Silvensem (2), per V. S. factam, et munus consecrationis ei impendendum, cum, ut premittitur, aut per lapsum temporis de consecrandis episcopis, etc., vacaverit, vel alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacet, et generaliter vel specialiter reservatus aut devolutus ac curatus et electivus fuerit, eidem A[ntonio] dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, in cancellaria apostolica exprimenda, ac quod nuper sibi de archidiaconatu de Penella et perpetua portione, tercenaria nuncupata, in ecclesia Colimbriensi, certo modo vacatura, et perpetua portione sine cura parrochialis ecclesie sancte Marie de Arruda (3) Ulixbonensis diocesis, quarum fructus, etc., octuaginta librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, per eamdem S. V. concessum fuit sibi provideri. Et cum omnibus aliis clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Gebennis, octavo Kalendas Septembris, anno primo.

---

(1) No ms. *prestimonium nuncupatum.*
(2) Cf. nota 1 do n.º 141.
(3) No ms. *Arrunda.*

167-169

1418, Agosto 27

Petições do Infante D. Duarte: Pede que o ermitério de Santa Maria das Virtudes, pertencente à igreja de Taveiras ou Aveiras da diocese de Lisboa e dependente do mosteiro de Santos da Ordem de S. Tiago da Espada, seja entregue aos Franciscanos, isentando-o, bem como casas, etc., da jurisdição do mosteiro de Santos e da igreja de Aveiras. Para Gil Lourenço, clérigo da diocese de Braga, chantre da sua capela, solicita a dispensa de ilegitimidade para obter benefícios. Para

Fernando Afonso, reitor da igreja paroquial de S. Pedro de Abragão, da diocese do Porto, pede a dispensa para obter benefícios, além da dita igreja.

Reg. Suppl. 117, fl. 99-100v.

Reg. Suppl. 117, fl. 99-100v. Publicada a primeira súplica por SOUSA COSTA, A. D. DE, *D. Gomes, reformador da abadia de Florença*, nota 6.

Beatissime Pater. Cum devotissimus filius S. V. Eduardus, regnorum Portugalie et Algarbii primogenitus, heremitorium sancte Marie de Virtutibus, quod sub monasterio de Sanctis, ordinis sancti Jacobi de Spata, et sub parrochiali ecclesia de Taaveyras Ulixbonensis diocesis existit, in quo omnipotens Deus multa miracula facit, singularem gerat devotionem cupiatque locum predictum ad honorem [fl. 99v] Virginis et pro salute anime sue ampliare et decorare ac inibi aliqua pia opera facere quodque locus predictus ordini sancti Francisci dedicetur et quoniam heremitorium predictum et oblationes que ad ipsum ex devotione fidelium perveniunt, ad monasterium et ad parrochialem ecclesiam predictam dicantur pertinere, ipseque primogenitus velit monasterio et parrochiali ecclesie predictis tot possessiones donare, per quorum fructus tantumdem percipiant, quantum ex oblationibus et redditibus ipsi heremitorio provenientibus percipere possent, supplicatur igitur S. V. humiliter et devote pro parte ipsius primogeniti quatinus alicui probo viro in partibus commictere et mandare dignemini ut, assignatis monasterio et parrochiali ecclesie predictis per eumdem primogenitum huiusmodi possessionibus, heremitorium memoratum cum omnibus domibus, proventibus et oblationibus suis ordini predicto auctoritate apostolica assignet, ipsum a subiectione, dominio et potestate monasterii et parrochialis ecclesie predictorum eximendo et liberando, ac alia faciendo, que circa premissa sunt necessaria et oportuna, et cum omnibus non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat et commictatur. O.*

168. Item supplicat S. V. idem primogenitus quatinus sibi in personam dilecti familiaris sui continui commensalis Egidii Laurentii, clerici Bracharensis diocesis, capelle sue cantoris, cum quo super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ut ad omnes minores ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum sine cura obtinere posset, auctoritate ordinaria fuit dispensatum, specialem gratiam facientes cum eodem Egidio, ut, predicto defectu non obstante, quodcumque, quecumque et qualiacumque beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica, cum cura et sine cura, ad invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus et officia cum cura et sine cura in metropolitañ cathedralibus et collegiatis et dignitates ipse in eisdem metropolitañ et cathedralibus maiores post pontificales et collegiatis huiusmodi ecclesiis principales fuerint, et ad ea consueverint qui per electionem assumi, si sibi alias canonice conferantur, vel assumantur ad illa, recipere et retinere, illaque simpliciter vel ex causa permutationis dimictere et, loco dimissi vel [fl. 100] dimissorum, simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiasticum vel ecclesiastica ad invicem compatibilia libere recipere et licite retinere possit et valeat, gratiose dignemini dispensare, constitutionibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, cum quo etiam ad obtinendam gratiam expectativam, ut in cancellaria apostolica exprimetur, auctoritate apostolica extitit dispensatum, et cum omnibus aliis non obstañ et clausulis oportunis.

169. Item supplicat S. V. idem primogenitus quatinus, sibi similem gratiam facientes, in personam Fernandi Alfonsi, rectoris parrochialis ecclesie sancti Petri dAbregom Portugalensis diocesis, cum quo alias ut, non obstante defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad omnes minores ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, cui cura non immineret animarum, obtinere valeret, fuit auctoritate ordinaria dispensatum, cuius dispensationis vigore clericali caractere extitit insignitus, deinde cum eo ut, dicto defectu non obstante, ad omnes sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, obtinere valeret, fuit auctoritate apostolica dispensatum, cuius dispensationis vigore, ad omnes sacros ordines rite promotus, dictam ecclesiam sancti Petri fuit assecutus, successive cum eo ut, etiam dicto defectu non obstante, unum aliud beneficium, ipsi ecclesie compatibile, obtinere ipsumque et dictam ecclesiam simpliciter vel ex causa permutationis semel tantum dimictere et, loco dimissi vel dimissorum, aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia obtinere libere et licite valeret, eadem apostolica auctoritate extitit dispensatum, cum eodem Fernando ut, dicto defectu non obstante, quecumque, quotcumque et qualiacumque beneficium seu beneficia, ecclesiasticum seu ecclesiastica, cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebende ac dignitates et personatus et officia, cum cura vel sine cura, in metropolitañ cathedralibus seu collegiatis et dignitates ipse curate et elective ac in eisdem metropolitañ vel cathedralibus maiores post pontificales aut in collegiatis ecclesiis huiusmodi principales fuerint, si sibi alias canonice conferantur vel assumatur ad illa, libere recipere et licite retinere illasque, illos vel illa simpliciter vel ex causa permutationis, [fl. 100v] aut alias, totiens quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia, ecclesiasticum seu ecclesiastica, invicem compatibilia, libere recipere et licite retinere possit et valeat, dignemini misericorditer dispensare, constitutionibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, cum quo etiam ad certam gratiam expectativam obtinendam, ut in cancellaria apostolica exprimetur, extitit dispensatum, et cum omnibus aliis clausulis oportunis.

Fiat ut petitur in utraque supplicatione. O.

Datum Gebennis, sexto Kalendas Septembris, anno primo.

170

1418, Agosto 29

Gil Vasques de Vila Viçosa, clérigo da diocese de Évora, pede o canonicato e prebenda da Guarda, vacantes por resignação de Lopo Álvares.

Reg. Suppl. 116, fl. 40v.

Supplicat S. V. humilis et devotus orator vester Egidius Valasci de Villa Viciosa, clericus Elborensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie Egitaniensis, per liberam resignationem devoti vestri Luppi Alvari, olim ipsius ecclesie canonici, de illis, quos tunc temporis obtinebat, per dictum Luppum

in manibus vicecancellarii eiusdem S. factam, vacantibus, quorum fructus, etc., ultra quinquaginta florenorum auri secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo, et per quamcumque aliam personam vacent, etiam si dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservati, aut tanto tempore vacaverint quod eorum collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta existat, eidem Egidio dignemini misericorditer providere, cum non obst. et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Gebennis, quarto Kalendas Septembris, anno primo.

171

1418, Agosto 31

Francisco de Orta, embaixador de Dona Joana II, rainha de Nápoles, solicita para João Vasques, clérigo da diocese de Braga, o canonicato e prebenda bracarenses, vacantes pela promoção de Garcia Rodrigues de Magalhães à sé catedral de Silves.

Reg. Suppl. 116, fl. 264.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester nobilis Franciscus de Orta, ambassiator devote filie vestre Johanne secunde, Neapolitane regine, [quatinus] in personam devoti oratoris vestri Johannis (1) Valasci, generosi (2) de legitimo matrimonio, clerici (3) Bracharensis diocesis, sibi specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie Bracharensis, vacantibus ad presens per promotionem per eamdem S. factam Garsie Roderici, quondam canonico eiusdem, ad ecclesiam Silvensem (4), seu per munus consecrationis eidem G[arsie] impendendum, aut per lapsum temporis de consecrandis episcopis, quorum (5) fructus, etc., quadraginta ducatorum valorem annuum non (6) excedunt, seu alio quovis modo vacent et per quamcumque aliam personam, etiam si tanto tempore vacaverint quod eorum collatio seu provisio sedi apostolice generaliter vel specialiter reservati existant, eidem J[ohanni] dignemini misericorditer providere, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Gebennis, pridie Kalendas Septembris, anno primo.

(1) No ms. *vestre Johannes*, com sinal de erro.
(2) No ms. *generosus*.
(3) No ms. *clericus*.
(4) Cf. nota 1 do n.º 141.
(5) No ms. sinal de erro, a indicar a omissão da palavra *quorum*.
(6) No ms. sinal de erro, a indicar a omissão da palavra *non*.

172

1418, Setembro 13

Pedro Lourenço, escolar de Évora, corrige súplica anterior sobre benefícios incompatíveis.

Reg. Suppl. 116, fl. 139v-140.

Reformatio Petri Laurentii, scolaris Elborensis, super incompatibilibus (1).

Beatissime Pater, dignetur S. V. litteras apostolicas pro dicto Petro Laurentii super petitione, cuius copia superius est inserta, quoad dicta sex beneficia, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus vel officia cum cura vel [fl. 140] in metropolitañ seu cathedralibus aut collegiatis ecclesiis fuerint, expediri mandare cum permutatione petita, regulis cancellarie (2) S. V. et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. — *Fiat. O.*

Datum in Sancto Michaele Maurianensis diocesis, Idus Septembris, anno primo.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.
(2) No ms. *cancellaria.*

173

1418, Setembro 13

Petição de João Vicente, reitor da igreja paroquial de S. Tiago de Tremês da diocese de Lisboa, doutor em artes e medicina, sobre nova provisão da dita igreja, por se não ter feito ordenar de sacerdote dentro dum ano, depois de a ter alcançado.

Reg. Suppl. 116, fl. 140.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes Vincentii, rector parrochialis [ecclesie] sancti Jacobi de Tremes Ulixboñ diocesis, qui artium et medicine doctor existit, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, de eadem ecclesia sancti Jacobi, ex eo vacante quod ipse Johannes eam pacifice obtinens, legitimo impedimento cessante, infra annum non se fecit ad sacerdotium promoveri, cuius ecclesie fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, etiam si alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona aut per assecutionem alterius beneficii, seu constitutionem *Execrabilis* et c. *De multa* vacet, aut alias quomodocumque seu qualitercumque generaliter vel specialiter sedi apostolice reservata seu devoluta existat, eidem Jo[hanni] dignemini de novo misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, ac quod per S. V. sibi concessum est provideri de canonicatu et prebenda ecclesie Colimbriensis, certo modo vacaturis, quorum fructus, etc., centum librarum dicte monete secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum in Sancto Michaele Maurianensis diocesis, Idus Septembris, anno primo.

174

1418, Setembro 13

Lourenço Gonçalves, clérigo da diocese de Lisboa, pede a igreja paroquial de Real, da

diocese de Braga, vacante por João de Sousa, último reitor, ter entrado na Ordem de Santo Agostinho.

Reg. Suppl. 116, fl. 140.

Supplicat S. V. devotus vester Laurentius Gunsalvi, clericus Ulixbonensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia de Rial Bracharensis diocesis, ex eo vacante quod Johannes de Sausa, ipius ecclesie ultimus rector, dictam ecclesiam obtinens, ordinem sancti Augustini ingressus fuit et in ea professionem expressam fecit, cuius ecclesie fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive premisso, aut alio quovis modo, vel ex alterius cuiuscumque persona aut per assecutionem alterius beneficii, aut per constitutionem *Execrabilis* et c. *De multa* seu per obitum Fernandi Alfonsi, clerici Visensis diocesis, qui apud Romanam Curiam diem suum clausit extremum, vacet, et alias quomodocumque seu qualitercumque vel specialiter sedi apostolice reservata vel devoluta existat, etiam si super ea inter aliquos lis, cuius statum habere dignemini pro expresso, pendeat seu remanserit indecisa, eidem L[aurentio] dignemini misericorditer providere, non obstañ gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, et cum omnibus clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum in Sancto Michaele Maurianensis diocesis, Idus Septembris, anno primo.

175

1418, Setembro 20

Diogo Afonso, sacerdote de Évora, pede o canonicato e prebenda de Évora, vacantes por morte de Afonso Anes, subcolector apostólico em algumas partes do reino de Portugal.

Reg. Suppl. 117, fl. 47v.

Supplicat S. V. humilis et devotus orator vester Didacus Alfonsi, presbyter Ervorensis *(sic)*, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie Ervorensis *(sic)*, quorum (1) fructus, etc., ultra summam octuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem non valent communiter annuatim, vacantibus per obitum quondam Alfonsi Johannis, olim fructuum et proventuum camere apostolice debitorum in certis partibus regni Portugalie succollectoris et ultimi possessoris eorumdem, extra Romanam Curiam defuncti, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et per quameumque aliam personam vacent, aut generaliter vel specialiter dispositioni apostolice sedis reservati aut devoluti existant, eidem D[idaco] dignemini misericorditer providere. Non obstañ quodam perpetuo beneficio, bachilleria communiter nuncupato, in dicta ecclesia Ervorensi *(sic)*, quod paratus est dimittere, dum tamen, etc., ac quadam perpetua portione in parrochiali ecclesia sancti Jacobi civitatis Ervorensis *(sic)*,

que obtinet, quorum omnium fructus, etc., secundum communem extimationem ultra summam viginti librarum similium non valent communiter annuatim, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis ut in forma. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Taurini, duodecimo Kalendas Octobris, anno primo.

---

(1) No ms. *cuius*, com sinal de erro.

176

1418, Setembro 21

Afonso Anes, cónego prebendário de Évora e subcolector apostólico, e Diogo Afonso, perpétuo porcionário da igreja paroquial de S. Tiago de Évora, pedem ao papa mande ao vice-chanceler apostólico aceite a permuta e respectiva resignação dos mencionados benefícios, com a devida provisão a favor de cada um deles.

Reg. Suppl. 116, fl. 216-216v.

Beatissime Pater. Cum devoti oratores vestri Alfonsus Johannis, canonicus prebendatus ecclesie Elborensis, quondam fructuum, etc., camere apostolice debitorum succollector, predictos canonicatum et prebendam eiusdem ecclesie Elborensis et Didacus Alfonsi, perpetuus portionarius parrochialis ecclesie sancti Jacobi Elborensis, eamdem perpetuam portionem, quos obtinent, intendant in manibus S. V. ex causa permutationis ad invicem renuntiare, dignetur igitur S. V. vicecancellario apostolico, seu eius locum tenenti, commictere et mandare ut renuntiationes huiusmodi ex causa permutationis auctoritate apostolica admictat, quibus admissis, de canonicatu et prebenda ecclesie Elborensis predictis, quos idem A[lfonsus] obtinet, quorumque octuaginta, prefato Didaco, et perpetua portione parrochialis ecclesie predicte sancti Jacobi, quam idem Didacus obtinet, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, eidem Alfonso, sive premisso, aut alias quovis modo, vel ex alterius quorumcumque personis vacent, etiam si generaliter vel specialiter reservati vel devoluti ac litigiosi sint, auctoritate ordinaria misericorditer provideat. Et cum omnibus [fl. 216v] aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Taurini, undecimo Kalendas Octobris, anno primo.

177

1418, Setembro 22

Petição de Fernando Gonçalves enviado, após a determinação feita em Lodi sobre a união da Igreja e celebração do concílio de Constança, com cartas de João XXIII, cardeais e impera-

dor para os reis, arcebispos e Universidades dos reinos de Castela, Aragão e Navarra. Diz respeito ao canonicato e prebenda de Coimbra, sobre os quais, havia quatro anos, litigava com o cabido conimbricense.

Reg. Suppl. 117, fl. 43v-46v. Publicada por SOUSA COSTA, A. D. DE, *Mestre André Dias de Escobar, figura ecuménica do século XV, Documentos*, n. 32.

Beatissime Pater, dudum in partibus vacantibus canonicatu et prebenda in ecclesia Colimbriensi per obitum quondam Vincentii (1), ipsorum canonicatus et prebende ultimi possessoris, extra Romanam Curiam defuncti, devotus S. V. Fernandus Gonsalvi, vigore quarumdam litterarum apostolicarum et processuum superinde habitorum, in vim cuiusdam gratie expectative, per olim Johannem vicesimum tertium, sic in sua obedientia nominatum, sibi facte sub data Bononie, octavo Kalendas Junii, pontificatus eiusdem Johannis anno primo, eosdem canonicatum et prebendam infra tempus debitum acceptavit ac de illis per certum suum subexecutorem, infra tempus etiam legitimum, obtinuit provideri et, ut est moris, etiam investiri, in realem tamen et actualem ipsorum canonicatus et prebende possessionem de facto induci non valuit, sed per suas litteras et processus, cum certi termini prefixione et adiectione penarum, capitulum et canonicos Colimbrieñ legitime requisivit ut ipsum reciperent in canonicum et in fratrem eumdemque admitterent ad possessionem realem dictorum canonicatus et prebende iuriumque et pertinentiarum predictorum, sed, cum dicti canonici et [fl. 44] capitulum id facere recusarent, licet minus iuste, orta propterea lite et materia questionis in partibus inter eumdem exponentem et capitulum et canonicos predictos, primo coram dicto subexecutore, deinde coram venerabili viro domino Johanne Martini, magistro scolarum in ecclesia Portuensi, uno de executoribus principalibus in dictis litteris apostolicis nominato, postmodum vero coram venerabili viro domino Petro Gonsalvi, scolare in iure canonico, abbate ecclesie de Novigilde, in terra de Maya diocesis Portugalensis, ab eodem domino Johanne, executore principali, subdelegato, qui dominus Petrus, visis dictis litteris apostolicis et processibus superinde habitis ac etiam vacatione et acceptatione et collatione, facta de dictis canonicatu et prebenda per dictum subexecutorem dicto Fernando, et visis monitionibus et terminis assignatis dictis canonicis et capitulo Colimbrieñ ut darent possessionem supradictorum canonicatus et prebende eidem Fernando, et visis aliis terminis datis eisdem canonicis et capitulo per dominum Johannem Martini, executorem principalem, et visis aliis terminis et citationibus ut dicti canonici et capitulum deberent docere de iure suo et non docuerunt, et visis ipsorum rebellione et contumatia in parendo mandatis apostolicis et quod termini eis assignati erant transacti, et viso quod dictus Fernandus probavit dictos canonicatum et prebendam ad se expectare et aliis que videnda fuerunt, per suam certam diffinitivam sententiam in hiis scriptis declaravit dictos canonicos et capitulum sententias excommunicationis incurrisse, ecclesiam ecclesiastico suppositam interdicto, eosque in expensis condemnavit ac etiam mandavit litteras superinde fieri declaratorias, ut in forma, et etiam denuntiatorias in presentia partium predictarum et, licet pro parte dicti capituli a dicta sententia diceretur appellatum, tamen idem subexecutor non detulit appellationi, tamquam ab executione non fuisset appellandum. Et insuper, licet dicta sententia declaratoria maiori parti dictorum canonicorum fuerit intimata et in notitiam indubitatam totius capituli devenerit, qualiter ipsi essent excommunicati et ecclesia supposita interdicto, non tamen [se] abstinuerunt nec cessarunt a divinis palam

et publice, sed post publicationem [fl. 44v] et denuntiationem factam non curabant parere mandatis nec timent excommunicationem vel interdictum, celebrando divina et ceteris actibus et communioni fidelium immiscendo, licet temere, sub velamine frivole et iniuste, seu potius nulliter interposite appellationis vel appellationum que, cum ad notitiam supradicti domini Petri, subexecutoris seu subdelegati, deducta fuissent, idem dominus subexecutor concessit litteras contra participantes cum eisdem canonicis. Et demum videns quod predicta adhuc non sufficiebant ad refrenandum rebellionem et proterviam illorum, videns seque non posse proficere penis spiritualibus et ecclesiasticis censuris, invocavit auxilium secularis brachii, videlicet serenissimi Johannis regis Portugalie, etc., ac etiam illustris principis eius filii Infantis, etc. Et licet idem serenissimus dominus rex, tamquam devotus sancte matris ecclesie et obedientie filius, ob reverentiam sedis apostolice suum brachium seculare concessisset, tamen adhuc prefati canonici et capitulum ad hoc ut dictum exponentem diutius in prosecutione sui iuris impedirent, et ut ipsorum contumatiam et rebellionem in non admittendo eum ad possessionem dictorum canonicatus et prebende sub aliquo colore excusarent, obtinuerunt, ut dicitur, in sacro concilio Constantiensi seu a quovis alio sub bulla concilii Constantiensis quoddam pretensum rescriptum super dicta causa seu pretensa appellatione aut ipsius occasione ad partes, videlicet ad reverendum in Christo patrem et dominum dominum Gunsalvum, episcopum Lamacensem (2), qui dominus episcopus, iudex delegatus predictus, postquam pluries audivit et vidit que dicte partes coram ipso dicere et producere voluerunt et dum potuissent, dictum negotium per suam diffinitivam sententiam terminare et declarare, et ut speratur sibi constaret de bono iure dicti exponentis et non iure dictorum canonicorum et capituli, ad importunam forsan instantiam vel instigationem canonicorum et capituli predictorum, dum instaret tempus declarationis fiende vel sententie, in presentia dictarum partium seu eorum procuratorum legitimorum allegans se impeditum et non posse dictum negotium terminare seu causam ipsam diffinire, [fl. 45] pro eo maxime quia, cum questio residere videretur in duabus bullis apostolicis, scilicet olim dicti Johannis vicesimi tertii una, scilicet gratia expectativa dicti Fernandi ad canonicatum et prebendam predictos, non obstañ reductione sive moderatione numeri canonicatuum seu prebendarum eiusdem ecclesie Colimbriensis auctoritate apostolica facta vel imposterum facienda, alia scilicet bulla dicti capituli, per quam idem Johannes dictum numerum reducebat ad triginta, et visis omnibus allegatis coram eo ex parte dicti capituli Colimbriensis et ex parte dicti Fernandi exponentis, et quia dictum capitulum allegabat privilegium sibi concessum per papam Johannem vicesimum tertium, per quod diminueretur eis numerus prebendarum, etc., et dictus Fernandus allegabat et ostendebat quod dictus Johannes fecerat ei gratiam de canonicatu et prebenda in dicta ecclesia, non obstañ dicto privilegio canonicis et capitulo concesso, subdens idem episcopus quod, cum ad dictum papam et Ecclesiam Romanam pertineret declarare et interpretari talia privilegia, ideo illa omnia et quelibet illorum et dictum actum et processum cum dictis sententiis dicti Fernandi remittebat ad dominum papam et Ecclesiam Romanam, ut ea determinaret, declararet et interpretaretur, et insuper assignavit et prefixit certum et competentem terminum dictis partibus ad comparendum in Romana Curia, ad dictam causam prosequendam, qui terminus iam transactus est. Et licet, Beatissime Pater, idem exponens sit iam tanto tempore frustratus et impeditus per dictos canonicos et capitulum in habendo possessionem dictorum canonicatus et prebende, sub pretextu diversarum falsarum excusationum seu exceptionum et appellationum pretensarum, quia iam per quatuor annos quodammodo, attamen confisus de bono suo iure et (3) volens semel videre quod dicta causa certo et

debito fine concluderetur, venit in termino, per dictum episcopum statuto, ad Romanam Curiam et debito tempore, parte dicti capituli expectata, causam predictam committi obtinuit reverendo in Christo patri domino Jacobo de Camplo, electo Pennensi (4), sacri vestri palatii causarum auditori. Cum autem, Beatissime Pater, idem Fernandus iam per quatuor annos super dictis canonicatu et prebenda [fl. 45v] litigaverit et maximas expensas et labores sustinuerit, tam in partibus quam in Romana Curia, et pro se sententias reportaverit contra dictos canonicos et capitulum et dicta victoria sit omnino sibi inexplicabilis nec valeat collatione dicti sui beneficii ac sententiis dict. subexecutoris, pro se latis, frui, propter pretensam appellationem seu appellationes dictorum adversariorum, licet et super cert. appellatioñ desertione iam fuisset pronuntiatum per dictum dominum Petrum nec examinari facere possit causam predictam sic remissam ad Romanam Curiam propter absentiam dictorum canonicorum et capituli, cum iam coram dicto domino Jacobo, electo Pennensi, quinque vel sex vicibus fecerit citari certos nominatos procuratores dictorum canonicorum et capituli ad producendum mandatum et processum et alia iura communia de partibus remissa per dictum episcopum Lamacensem et nullus comparuit, ymmo non reperiatur procurator qui velit onus acceptare pro dictis canonicis et capitulo, et sic dicti canonici et capitulum de ipsorum contumatia gloriantur et de malitia fructum consequuntur, retinendo canonicatum et prebendam predictos indebite occupatos, iam per quatuor annos vel circa, contra Deum et iustitiam et in grave dampnum dicti supplicantis et periculum animarum suarum, et adhuc hodie dicantur excommunicati dicti canonici et ecclesia interdicta, non tamen propterea dictus exponens potest quoquo modo (5) possessione dictorum canonicatus et prebende iuriumque et pertinentiarum ipsorum gaudere, sed potius omni die plus affligitur damnis et expensis, in Romana Curia propter dictam causam residendo. Quare, Beatissime Pater, idem Fernandus exponens recurrit ad pedes V. S., ad fontem iustitie et pietatis, et humiliter ac devote supplicans quatinus, sibi paterno compatientes affectu, dignemini causam et causas predictas ac ipsarum omniumque supradictorum continentiam et tenores et alia inde secuta hic habentes pro sufficienter expressis et nominatim et specifice declaratis, ad S. V. advocare cum omnibus et singulis suis incidentibus, dependentibus, emergentibus et connexis illamque et illas reverendo in Christo patri et domino .. episcopo Colimbriensi vel alteri probo viro vel prelato in partibus committere audiendas, decidendas et fine debito terminandas, sine strepitu et figura iudicii, sola facti veritate inspecta, [fl. 46] terminis breviatis vel non servatis, omni appellatione postposita, cum potestate etiam quod si dictus episcopus reppererit dictos canonicos et capitulum excommunicatos fuisse sicque induratos diu in excommunicatione mansisse, ipsos secundum censuras canonicas puniat illosque cogat, iuris et facti remediis oportunis, ad libere ac pacifice dimittendum et relaxandum possessionem dictorum canonicatus et prebende dicto Fernando sibique respondeant de fructibus perceptis et qui percipi potuerunt a tempore facte provisionis seu collationis de dictis canonicatu et prebenda dicto exponenti per dictum suum subexecutorem ac etiam ad resartiendum eidem F[ernando] expensas quas in lite legitime fecerit. Et nichilominus si casu aliquo, qui tamen non creditur, constaret sibi de aliquo iure, quod dicti canonici pretendere possent in dictis canonicatu et prebenda, iure, si quod eis quovis modo competebat vel competere posset ad et in dictis canonicatu et prebenda, de quibus agitur, privet dictosque canonicatum et prebendam, quorum fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive per privationem predictam seu alio quovis modo vel per personam alterius cuiuscumque seu per liberam resignationem alicuius in Romana Curia vel extra

factam, seu per c. *De multa* aut constitutionem *Execrabilis*, aut aliter quomodocumque vacarent, etiam si devoluti aut generaliter vel specialiter reservati vel affecti existant, et super hiis lis, cuius statum hic habere placeat pro sufficienter expresso, in Romana Curia vel extra inter predictos vel alios remanserit seu pendeat indecisa, sive in quemcumque eventum ex dispositione iuris communis vel apostolice sedis vacent, vel vacare deberent, cum potestate etiam eidem Fernando de novo misericorditer providendi. Non obstañ privilegio seu gratia olim dicti Johannis super reductione dictorum canonicatuum seu prebendarum de quadraginta seu triginta octo ad numerum tricesimum, sub quacumque forma vel conceptione verborum facto seu concesso dictis canonicis et capitulo. Attento, Beatissime Pater, quod dictus Fernandus exponens, post ordinationem factam in civitate Laudensi super unione ecclesie sancte Dei et concilio fiendo in civitate Constantiensi, suis expensis propriis cum litteris Johannis vicesimi tertii sic nuncupati necnon dominorum cardinalium [fl. 46v] et imperatoris ad regnorum Castelle, Aragonum et Navarre reges et archiepiscopos ac dictorum regnorum universitates Studiorum pro bono ecclesie se exposuit et non modicum laboravit, propter que etiam in regno Castelle per reginam Castelle captus et detentus fuit et in periculo mortis et plurimis aliis periculis rerum et persone, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et ordinamentis dicte ecclesie Colimbriensis generalibus vel specialibus et maxime de non admittendo et recipiendo aliquem in canonicum, nisi prius fuisset facta reductio ad numerum triginta canonicorum, et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, ac etiam non obstañ canonicatibus et prebendis ecclesiarum Bracharensis et Vimaranensis et parrochiali ecclesia sancti Mametis de Sandiaes (6) dicte Bracharensis diocesis, que obtinet, quorum omnium fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria S. V. exprimenda, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Taurini, decimo Kalendas Octobris, anno primo.

(1) No ms. *Vicentii*, com sinal de erro.
(2) Cf. nota 1 do n.º 108.
(3) No ms. *ut*.
(4) Cf. nota 1 do n.º 5.
(5) No ms. *quomodo*, com sinal de erro.
(6) No ms. *Saudicas*.

178

1418, Setembro 22

Fernando Gonçalves, cónego de Braga, pede um perpétuo benefício na igreja de Évora, vacante por Diogo Afonso, que o possuia, ter adquirido o canonicato e prebenda da mesma igreja.

Reg. Suppl. 117, fl. 56v-57.

Supplicat S. V. devotus vester Fernandus Gundisalvi, canonicus Bracharensis, quatinus sibi de quodam perpetuo beneficio, bachileria vulgariter nuncupato, in ecclesia

Ervorensi *(sic)*, vacante ex eo quod Didacus Alfonsi, dictam bachilariam in eadem ecclesia obtinens, canonicatum et prebendam eiusdem ecclesie ex causa permutationis facte pro alio beneficio ecclesiastico cum Alfonso Johannis, prefatos canonicatum et prebendam tunc obtinente, extitit assecutus, cuius perpetui beneficii fructus, etc., duodecim librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo, vel ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservata, devoluta vel affecta, seu etiam litigiosa existat, dignemini misericorditer providere. [fl. 57] Non obstañ quod idem F[ernandus] canonicatus et prebendas Bracharensis et Vimaranensis ecclesiarum et parrochialem ecclesiam sancti Mametis de Sandiãas Bracarensis diocesis, quorum omnium fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium similium secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, obtinet, ac super canonicatu et prebenda ecclesie Colimbriensis, quorum fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium similium secundum prefatam extimationem valorem [annuum] non excedunt, quorum possessionem non habet, in palatio apostolico noscitur litigare, ac gratia expectativa, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis in forma. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Taurini, decimo Kalendas Octobris, anno primo.

179

1418, Setembro 26

Álvaro Martins, deão de Braga, após a privação de João Lourenço de Abiul, cujo procurador apelara para a sé apostólica, pede a confecção das letras apostólicas sobre o assunto, com menção de que ele era também reitor da igreja colegiada de S. Martinho de Cedofeita da diocese do Porto.

Reg. Suppl. 116, fl. 178-178v.

Reformatio Alvari Martini super decanatu ecclesie Bracharensis (1).

Beatissime Pater. Cum devotus vester Alvarus suprascriptus decanatum, de quo agitur in petitione, cuius copia premictitur, tunc per privationem cuiusdam Johannis Laurentii de Abyul (2), eius culpis et demeritis exigentibus, per diffinitivam sententiam auctoritate ordinaria factam, vacantem, eadem auctoritate sibi collatum, assecutus sit, fructus, etc., forsitan percipiens ex eodem, licet quidam procurator dicti Jo[hannis] ab eadem sententia, ut asseritur, ad apostolicam sedem duxerit appellandum, [fl. 178v] de huiusmodi appellatione in petitione ipsa nulla mentione facta, dignetur eadem S. litteras apostolicas super dicta petitione conficiendas expediri mandare cum expressione premissorum et etiam quod dicto A[lvaro] de abbatia, que dignitas principalis, etiam forsan curata et electiva, existit, secularis et collegiate ecclesie de Cedofeyta supradicte, cuius fructus, etc., centum quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, cuius possessioni adhuc incumbit, si occasione assecutionis huiusmodi, aut alias quovis modo, vel ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacare censeri poterit, et generaliter vel specialiter reservata aut devoluta sit, etiam si et prout expediat, cum

habilitatione, etc., pro eo quod idem A[lvarus] illam ac dictum decanatum insimul aliquandiu tenuit, de novo provideatur, dispensantes preterea cum ipso A[lvaro] ut decanatum et abbatiam predictos per septennium et cum potestate permutandi, etc., insimul retinere valeat. Cum non obstañ et clausulis oportunis et in eadem petitione contentis. — *Fiat. O.*

Datum Taurini, sexto Kalendas Octobris, anno primo.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.
(2) No ms. *Abuyl.*

180

1418, Outubro 1

Antão Martins, cónego de Lisboa, acólito e familiar do papa, pede a faculdade de permutar os seus benefícios.

Reg. Suppl. 116, fl. 178.

Supplicat S. V. devotus orator vester Antonius Martini, canonicus Ulixbonensis, eiusdem S. acolitus et familiaris, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, ut omnia beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, que nunc obtinet et imposterum obtinebit, ex causa permutationis, in manibus cuiuscumque aut quorumcumque prelati seu prelatorum, quem seu quos extra Romanam Curiam ad hoc duxerit eligendum seu eligendos, cum quibusvis personis secum permutare volentibus, resignandi dictisque prelatis et eorum cuilibet resignationes huiusmodi ex dicta causa auctoritate apostolica recipiendi ac illa que ipse Antonius et que persone predicte beneficia sic, ut prefertur, resignaverint, etiam si cum cura vel sine cura, ac canonicatus et prebende, dignitates, personatus vel officia curata et electiva in metropolitañ cathedralibus vel collegiatis ecclesiis et dignitates ipse in metropolitañ vel cathedralibus maiores post pontificales aut collegiatis ecclesiis huiusmodi principales, et generaliter vel specialiter reservata fuerint, Antonio et personis predictis eadem auctoritate conferendi et de illis etiam providendi licentiam concedere dignemini de gratia speciali, reservationibus beneficiorum acolitorum, familiarium ac reservationibus et contrariis aliis non obstantibus quibuscumque. Et cum omnibus aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Vercellis, Kalendis Octobris, anno primo.

181

1418, Outubro 8

D. João I, rei de Portugal e senhor de Ceuta, pede a administração do mestrado de S. Tiago da Espada para seu filho o Infante D. João, alegando a má administração dos antigos mestres e a

necessidade de a Ordem se dedicar, conforme sua instituição, à guerra contra os Sarracenos, a que el-rei se votava especialmente depois da conquista de Ceuta.

Reg. Suppl. 115, fl. 240. Publicada em *Monumenta Henricina*, II, n. 147, pp. 301-302.

Beatissime Pater. Exponit S. V. devotus eiusdem S. filius Johannes, Portugalie et Algarbii rex, necnon dominus de Cepta, quod olim sui predecessores, cum terras ipsorum regnorum ab infidelium manibus liberarent, zelo pie devotionis accensi, magistratum sancti Jacobi de Spata nominatum, in regno Portugalie constitutum, principaliter ad impugnandum dictos infideles pie instituerunt ipsumque multis castris, villis et possessionibus dotaverunt, qui ex tunc per magistrum et milites coniugatos gubernari consuevit. Verum, Pater S., licet magistratus huiusmodi, ut premissum est, pro impugnatione et persecutione dictorum infidelium institutus est, tamen multi magistri ipsius magistratus, qui fuerunt pro tempore, fructus ipsius magistratus in alienos usus, cum scandalo regniculorum converterunt, et quia, Pater Beatissime, dictus rex guerram facit et, Deo duce, facere intendit perfidis Sarracenis, a quorum manibus, Deo annuente, civitatem de Cepta iam dictam liberavit et religioni christiane subiugavit, et dictus magistratus pro simili guerra et impugnatione infidelium, ut premissum est, institutus fuit, supplicat S. V. rex prefatus quatinus Johanni, eius quartogenito, administrationem ipsius magistratus, qui ad presens vacat, committere dignemini gratiose, quod multum cedet in augmentum fidei et prosecutionem dicti negotii iam incepti. — *Fiat ad beneplacitum sedis apostolice.* O.

Datum Papie, octavo Idus Octobris, anno primo.

182

1418, Outubro 27

Petição de Vasco Domingues, reitor da igreja paroquial de S. Miguel da Foz de Arouce, da diocese de Coimbra, escolar de direito canónico, que estudou durante cinco anos no Estudo Geral de Bolonha, e participante no concílio de Constança, onde trabalhou pela união da Igreja durante algum tempo, sobre o canonicato de Viseu, na expectativa da prebenda.

Reg. Suppl. 116, fl. 249.

Beatissime Pater. S. V. devoto vestro Valasco Dominici, rectori parrochialis ecclesie sancti Michaelis de Foz dArouce Colimbriensis diocesis, scolari in iure canonico, de canonicatu sub expectatione prebende necnon dignitatis, personatus vel officii, cum cura vel sine cura, ecclesie Visensis, vacañ vel vacat., provideri mandavit, volens eadem S. quod quamdiu idem V[alascus] dignitatem, personatum, etc., foret pacifice assecutus, dictam parrochialem ecclesiam, quam obtinet, dimittere teneretur, prout in litteris desuper confectis, plenius continetur. Et quia, Pater Beatissime, idem V[alascus], qui in Studio Generali Bononiensi per quinque annos in iure canonico studuit, in Constantiensi concilio non absque laboribus et expensis per nonnulla tempora stetit, et quantum in eo fuit, pro unione ecclesie Dei labo-

ravit, dignetur S. V., in casu quo huiusmodi dignitatem, personatum, etc., aut aliquod aliud beneficium curatum ipsi ecclesie incompatibile, etiam si alia parrochialis ecclesia fuerit, quacumque auctoritate sibi collatum fuerit, pacifice assecutus, nichilominus huiusmodi suam parrochialem ecclesiam ad septennium insimul retinere et reliquum ipsorum, quod maluerit, infra ipsum septennium pro compatibili aut compatibilibus permutare libere et licite valeat, secum dignemini misericorditer dispensare. Non obstañ quod nuper eadem S. eidem V[alasco] de canonicatu et prebenda ecclesie Colimbriensis, certo modo vacaturis, provideri mandavit, quorum ecclesie canonicatus et prebenda ecclesie Colimbriensis fructus, etc., centum quindecim librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ad triennium. O.*

Datum Mantue, sexto Kalendas Novembris, anno primo.

183

1418, Novembro 7

Álvaro Martins, bacharel em leis, que tinha obtido dispensa para reter o deado de Braga com a igreja colegiada de S. Martinho de Cedofeita, da diocese do Porto, pede a confecção das letras apostólicas sobre tal graça.

Reg. Suppl. 116, fl. 290v.

Beatissime Pater, alias S. V. devoto vestro Alvaro Martini, bacallario in legibus, de decanatu, qui dignitas maior post pontificalem existit ecclesie Bracharensis, tunc certo modo vacante, gratiose concessit provideri. Verum, Pater Sancte, licet postea etiam occasione quorumdam in petitione super huiusmodi concessionis gratia eidem S. porrecta minus debita expressorum cum illorum subiectione inter alia petitum fuerit ut eadem S. cum prefato A[lvaro], etiam tunc abbatie, que dignitas principalis, etc., existit, secularis et collegiate ecclesie de Cedofeyta Portugalensis diocesis possessioni incumbente, ut illam ac dictum decanatum per septennium et cum potestate permutandi, etc., retinere valeret, dispensare dignaretur, ex signatura tamen eiusdem S. facta, apostolice cancellarie officientibus restrictionibus, dispensatio subsequi non videtur antedicta, ut idem A[lvarus] suarum petitionum huiusmodi quamtotius sortiatur effectum, dignetur eadem S. litteras apostolicas super huiusmodi petitionibus conficiendas expediri mandare, cum dispensatione predicta et cum aliis clausulis et non obstañ in dictis petitionibus contentis. — *Fiat ad triennium. O.*

Datum Mantue, septimo Idus Novembris, anno primo.

184

1418, Novembro 7

Antão Martins, cónego de Évora, pede a igreja paroquial de S. João de Beja, da diocese de Évora.

Reg. Suppl. 116, fl. 291.

Beatissime Pater, quia parrochialis ecclesia sancti Johannis de Begia Elborensis diocesis, quam devotus orator vester Antonius [Martini[, canonicus Elborensis, obtinet, vacet ad presens, ex eo quod S. V. omnibus et singulis dispensationes de non promovendo ad sacros ordines, ratione beneficiorum suorum, illos requirentium, obtinentibus illas sibi revocaverit voluitque et ordinavit quod, a die revo[ca]tionis huiusmodi computando, unusquisque eorum infra sex menses teneretur ad sacerdotium promoveri idemque A[ntonius], qui similem dispensationem obtinebat, iuxta voluntatem et ordinationem huiusmodi, ratione predicte parrochialis ecclesie, se non fecerit promoveri, supplicat igitur eidem S. V. A[ntonius] memoratus quatinus, sibi specialem gratiam facientes, de dicta parrochiali ecclesia, cuius fructus, etc., centum viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacet, et generaliter vel specialiter reservata aut devoluta seu litigiosa sit, eidem Antonio, acolito vestro, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod canonicatus et prebendas Elborensis et Ulixbonensis ecclesiarum obtinet, quorum ducentarum, ac quod sibi de decanatu, qui dignitas curata et electiva ac maior post pontificalem est, et canonicatu et prebenda ecclesie Colimbriensis, quorum fructus, etc., ducentarum quinquaginta quinque librarum monete predicte simili extimatione valorem annuum non excedunt, auctoritate apostolica concessum fuit sibi provideri, ac dispensatione, quam obtinet, ad duo incompatibilia quoad vixerit, etiam cum potestate permutandi, et gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum omnibus aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Mantue, septimo Idus Novembris, anno primo.

185

1418, Novembro 9

Frei João de Morais, da Ordem dos Pregadores, bispo de Badajoz, pede dispensa para dizer o Ofício segundo o costume da sua Ordem.

Reg. Suppl. 117, fl. 143.

Supplicat S. V. devotus orator vester frater Johannes (1) de Morales (2), expresse professus ordinis Predicatorum, episcopus Pascensis (3), quatinus, sibi specialem gratiam facientes, ut horas canonicas secundum usum et consuetudinem dicti ordinis, ad quem magnam gerit devotionem, dicendi ac recitandi (4) misericorditer concedere dignemini facultatem de gratia speciali, observatione dicte Pascensis ecclesie et aliis, si que fuerint, in contrarium editis non obstantibus quibuscumque et clausulis oportunis. — *Fiat.* O.

Datum Mantue, quinto Idus Novembris, anno primo.

---

(1) No ms. *Johanis*, com sinal de erro.

(2) Como é sabido, a diocese de Badajoz estendia-se a certas regiões de Portugal, sendo regida, durante o cisma, por dois bispos, nomeado cada um deles pelo respectivo papa. Cf. n.º 561. João de Morais, O. P., nomeado por Martinho V em Abril de 1418 (Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 384), era-o apenas em Espanha.

(3) No ms. sinal de erro, talvez para indicar que deveria ser *Pacensis*.

(4) No ms. *rescitandi*, com sinal de erro.

186

1418, Novembro 13

João de Santa Maria, sacerdote da diocese do Porto, solicita a igreja paroquial de S. Cristóvão de Refojos, da diocese do Porto.

Reg. Suppl. 117, fl. 111v-112.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes de beata Maria, presbyter Portugalensis [fl. 112] diocesis, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancti Christofori de Refoios dicte diocesis, cuius fructus, etc., centum viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, ex eo vacante quod Johannes Alfonsi, cantor ecclesie Portugalensis, ipsam ecclesiam pacifice assecutus, impedimento cessante legitimo ac canonica dispensatione minime obtenta, non se fecit infra annum ad sacerdotium promoveri, si tanto tempore vacavit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta existat, etiam si alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona aut per assecutionem alterius beneficii seu constitutionem *Execrabilis* et c. *De multa* vacet, si alias generaliter vel specialiter reservata vel devoluta existat, eidem Jo[hanni] dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod dicta ecclesia de iure patronatus existit et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 119v]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus triginta. O.

Datum Mantue, Idus Novembris, anno primo.

187

1418, Novembro 13

Fernando Anes de Óbidos, clérigo da diocese de Lisboa, pede o canonicato e prebenda de Évora, vacantes por morte de Afonso Anes de Leão.

Reg. Suppl. 118, fl. 28.

Supplicat S. V. devotus orator vester Fernandus Johannis de Obbidis, clericus Ulixboñ diocesis, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie Elborensis, quorum fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacantibus ad presens per obitum

Alfonsi Johannis de Leom, extra Romanam Curiam defuncti, sive premisso, aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacent, etiam si generaliter, maxime ex eo quod idem A[lfonsus], quondam fructuum, etc., camere apostolice in civitate et diocesi Elboreñ debitorum succollector extitit, vel specialiter reservati aut devoluti ac litigiosi sint, eidem Fernando dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum omnibus aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Mantue, Idus Novembris, anno primo.

188

1418, Novembro 13

Bartolomeu Anes, perpétuo porcionário da igreja paroquial de Santa Maria de Beja, da diocese de Évora, pede o canonicato e prebenda de Évora, vacantes por morte de Afonso Anes de Leão.

Reg. Suppl. 118, fl. 38.

Beatissime Pater, vacante canonicatu et prebenda Elboreñ per obitum Alfonsi Johannis de Leom, extra Romanam Curiam defuncti, devotus orator vester Bartholomeus Johannis, perpetuus portionarius parrochialis ecclesie sancte Marie de Begia Elborensis diocesis, de ipsis canonicatu et prebenda obtinuit provideri, vigore cuius provisionis possessionem ipsorum (1) extitit pacifice assecutus, quam ex tunc tenuit et possedit, prout tenet et possidet de presenti. Supplicatur igitur S. V. pro parte eiusdem Bartholomei quatinus, provisionem et possessionem huiusmodi et quecumque inde secuta rata habentes et grata, sibi de dictis canonicatu et prebenda, quorum fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacent, et generaliter, maxime ex eo quod idem Alfonsus quondam in civitate et diocesi Elboreñ fructuum, etc., camere apostolice debitorum succollector extitit, vel specialiter reservati aut devoluti ac litigiosi sint, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod predictam sancte Marie de Begia et sancti Salvatoris et sancti Johannis predicti loci et sancte Marie de Alcaceva de Elbis et sancte Marie de Bispo de Montemaiore Novo perpetuas portiones sine cura parrochialium ecclesiarum diocesis predicte obtinet, quarum fructus, etc., centum decem librarum eiusdem monete simili extimatione valorem predictum non excedunt, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria apostolica exprimenda. Et cum omnibus aliis non obstant. et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Mantue, Idus Novembris, anno primo.

(1) No ms. *ipsius*, com sinal de erro.

189

1418, Novembro 19

Diogo Álvares, da Ordem militar de Aviz, preceptor na diocese de Évora, pede indulto de escolher confessor que o absolva uma vez, mesmo dos pecados reservados à Santa Sé.

Reg. Suppl. 118, fl. 28-28v.

Dignetur S. V. comictere alicui confessori, quem devotus orator vester Didacus Alvari, preceptor preceptorie de Noudal ordinis militie de Avisio Cisterciensis ordinis, Elborensis diocesis, duxerit eligendum, ut ipsum Didacum, semel tantum, ab omnibus peccatis suis, que sibi confitebitur, etiam si talia sint, propter que sedes apostolica sit merito consulenda, auctoritate apostolica [fl. 28v] absolvat et absolvere possit et valeat de gratia speciali. Et cum clausulis et non obstañ oportunis. — *Fiat, si confessus fuerit infra mensem a die notitie presentis supplicationis. O.*

Datum Mantue, tertiodecimo Kalendas Decembris, anno primo.

MARTINHO V

(EL. 11 NOV., COR. 21 NOV. 1417, + 20 FEV. 1431)

SÚPLICAS

ANO SEGUNDO

(21 NOV. 1418 – 20 NOV. 1419)

AV, REG. SUPPL., VOL. 119 A 134

190

1418, Dezembro 7

Frei Rodrigo de Setúbal, franciscano do convento de Lisboa, que tinha recebido do geral da Ordem autorização para concluir um convento franciscano em Setúbal com bens dos seus familiares e conterrâneos, já começado por estes, e a nomeação de fundador e outras faculdades, inclusive de pedir esmolas por toda a província franciscana de S. Tiago, pede ao papa a confirmação de todas as faculdades.

Reg. Suppl. 121, fl. 83v-84v.

Beatissime Pater. Exponit S. V. devotus vester frater Rodericus de Setuval, professus ordinis fratrum Minorum conventus Ulixboñ, quod reverendus in Christo pater frater Antonius de Pireto, totius ordinis [fl. 84] fratrum Minorum generalis minister, attendens quomodo, divina favente clementia, quedam domus sive conventus eiusdem ordinis in villa sive castro de Setuval Ulixboñ diocesis noviter per nonnullos chrisfideles inceptus existit et quia ipse frater Rodericus ab eodem castro originem traxit et in eo fratres, propinquos et amicos de nobilioribus habitatoribus ipsius castri habeat et tales per quos dictus conventus ad perfectionem citius devenire poterit, ipsum fratrem Rodericum, fundatorem, rectorem ac gubernatorem ipsius conventus instituit ac institutum per suas litteras nuntiavit, mandans ministro et fratribus provintie sancti Jacobi, in qua dictus conventus fundatur, ut in suis capitulis eidem fratri Roderico guardianum aut vicarium et fratres per ipsum petitos, ut liberius in edificio ipsius conventus vacaret, ibidem moraturos assignarent, quorum si quis scandalose viveret expelli faceret, prout quantitas delicti exigeret et quod fratres sibi assignatos pro necessitatibus ipsius conventus sive suis per dictam provinciam et etiam (1) ad presentiam ipsius generalis, loco Romane Curie dumtaxat excepto, mitteret et insuper ut cum socio sibi grato per ipsam provinciam incedere posset pro necessitatibus ipsius conventus et elemosinis procurandis, mandans ipsi ministro, guardianis et custodibus ipsius provincie ac eorum vicariis ut ipsum exemptum ab omni onere ipsius ordinis haberent, etc., ac multas alias gratias ipsius ordinis honestas fecit, prout in litteris ipsius generalis ministri, quorum tenores presentibus pro sufficienter expressis habere dignemini, plenius continetur. Et quia, Beatissime Pater, idem frater Rodericus, Domino concedente, intendit dictum conventum ad bonum finem deducere et ne super gratiis, per dictum generalem sibi concessis, ab aliquibus ex fratribus dicti ordinis vexetur, supplicat S. V. idem R[odericus] quatinus supradictas et [fl. 84v] quascumque alias gratias, per dictum generalem sibi concessas, premissorum occasione, ratas et gratas

habentes, auctoritate apostolica ex certa scientia confirmare dignemini, et cum omnibus clausulis oportunis. — *Fiat et committatur. O.*

Datum Mantue, septimo Idus Decembris, anno secundo.

---

(1) No ms. *ecclesia*, com sinal de erro.

191

1419, Janeiro 7

João Fernandes, reitor da igreja paroquial de S. Félix de Belinho, da diocese de Braga, possuía um benefício incompatível, pelo que se esperava viesse a vagar a dita igreja que Afonso Gonçalves, sacerdote da mesma diocese, pede para si.

Reg. Suppl. 120, fl. 88.

Beatissime Pater. Cum parrochialis ecclesia sancti Felicis de Belinho Bracharensis diocesis, quam devotus vester Johannes Fernandi, rector eiusdem, obtinet, per assecutionem *(sic)* eiusdem Johannis ad aliud cum dicta ecclesia incompatibile beneficium speratur vacare, supplicat igitur S. V. devotus vester Alfonsus Gonsalvi, presbyter eiusdem diocesis, quatinus sibi de dicta ecclesia, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, cum per huiusmodi assecutionem vel alio quovis modo, preterquam per dicti Johannis obitum vacabit, etiam si ad presens quocumque modo vacet, et generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa existat, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quadam cappellania, quam obtinet, cuius valor viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt. Et cum aliis non obstañ et clasulis oportunis.

... ...

[fl. 88v]

... ...

Fiat pro omnibus duodecim. O.

Datum Mantue, septimo Idus Januarii, anno secundo.

192

1419, Janeiro 10

Repetição da súplica de Afonso Gonçalves, sacerdote da diocese de Braga, sobre a igreja paroquial de S. Félix de Belinho, de que era reitor João Fernandes, também da diocese bracarense, com benefício incompatível com a dita igreja.

Reg. Suppl. 128, fl. 94-94v.

Beatissime Pater. Cum parrochialis ecclesia sancti Felicis de Belinho Bracharensis diocesis, quam devotus vester Johannes Fernandi, rector eiusdem, obtinet, per assecutio-

nem *(sic)* eiusdem Johannis ad aliud cum dicta ecclesia incompatibile beneficium speretur vacare, supplicat igitur S. V. devotus vester Alfonsus Gonsalvi, presbyter eiusdem diocesis, quatinus sibi de dicta ecclesia, cuius fructus, [etc.], triginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, cum per huiusmodi assecutionem vel alio quovis modo, preterquam per dicti Johannis obitum, vacabit, etiam si ad presens [fl. 94v] quocumque modo vacet, et generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa existat, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quadam capellania quam obtinet, cuius valor viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 95v]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus duodecim. O.

Datum Mantue, quarto Idus Januarii, anno secundo.

193

1419, Janeiro 11

D. João I, rei de Portugal, pede a administração da diocese de Évora para o seu sobrinho D. Pedro, filho do conde de Gijon, com vinte e três anos de idade, porque a sé de Évora vagava pela transferência de D. Diogo para a de Lisboa.

Reg. Suppl. 120, fl. 23v.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. devotissimus eiusdem S. filius Johannes, Portugalie et Algarbii rex, in personam carissimi nepotis sui Petri (1), filii illustris comitis de Giion, qui iam vicesimum quartum annum intravit, completo vicesimo tertio, quatinus eum dignemini deputare tam in spiritualibus quam in temporalibus generalem a[d]ministratorem ecclesie Alborensis *(sic)*, diu vacantis per translationem factam de persona domini Didaci ad ecclesiam Ulixbonensem (2), etiam cum facultate fructus, proventus, etc., dicte ecclesie in usus proprios convertendi ut verus episcopus, cum in presentiarum non occurrat magis accomodus in partibus illis pro regimine dicte ecclesie Alborensis *(sic)*. Et hoc usque ad beneplacitum sedis apostolice, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur, ad beneplacitum sedis apostolice. O.*

Datum Mantue, tertio Idus Januarii, anno secundo.

---

(1) D. Pedro, filho de D. Afonso, conde de Gijon, foi de facto nomeado administrador de Évora nesta data de 11 de Janeiro de 1419, por morte de D. Álvaro. Foi transferido para a sé de Lisboa em Março de 1423, por morte de Diogo Álvares. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 236, 507.

(2) D. Diogo Álvares, nomeado bispo de Évora em Março de 1406, transferido para a sé de Lisboa em Fevereiro de 1415, sendo então nomeado Álvaro Afonso, deão de Coimbra, bispo de Évora, mas é possível não chegasse a governar a diocese. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, 236, 507.

194-197

1419, Janeiro 12

D. Duarte, primogénito de D. João I, rei de Portugal, faz vários pedidos ao papa. Para Gil Lourenço, clérigo da diocese de Braga, pede benefícios. Para Pedro Afonso, reitor da igreja paroquial de Polvoreira, da diocese de Braga, para Álvaro de Esmoriz, clérigo da diocese do Porto, e para Fernando Afonso, reitor da igreja paroquial de Abragão da diocese do Porto, solicita a mesma graça.

Reg. Suppl. 120, fl. 26-26v.

Supplicat S. V. devotissimus filius eiusdem S. Eduardus, regnorum Portugalie et Algarbii primogenitus, quatinus infrascriptas supplicationes sufficienter signare dignemini de gratia speciali.

Et primo quatinus cum devoto oratore vestro Egidio Laurentii, clerico Bracharensis diocesis, cum quo ut, non obstante [defectu] natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad omnes minores ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, cui cura non immineret animarum, obtinere libere et licite valeret, fuit auctoritate ordinaria dispensatum, cuius dispensationis vigore, clericali caractere fuit insignitus, ut quecumque, quotcumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, se invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebende ac dignitates, personatus vel officia seu administrationes [fl. 26v] in metropolitañ cathedralibus aut collegiatis ecclesiis, etiam [si] dignitates ipse curate et elective ac in eisdem metropolitañ vel cathedralibus maiores post pontificales aut in collegiatis ecclesiis huiusmodi principales fuerint, recipere et retinere, illaque simpliciter vel ex causa permutationis, totiens quotiens sibi placuerit, dimittere, et loco dimissi vel dimissorum, aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica, invicem compatibilia, etiam recipere et retinere libere et licite valeat, dignemini misericorditer dispensare, dicto defectu necnon Pictavensis concilii et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus ecclesiarum, in qua seu quibus huiusmodi beneficia forsan fuerit seu fuerint, contrariis, iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, non obstantibus, gratia expectativa, cum aliis dispensationibus, in cancellaria exprimendis. Et cum omnibus clausulis oportunis.

195. Item similem gratiam facientes, prout in proxima petitione continetur, Petro Alfonsi, rectori parrochialis ecclesie de Polvoreyra Bracharensis diocesis, super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, cum quo apostolica et ordinaria auctoritatibus etiam ad obtinendam certam gratiam expectativam extitit dispensatum, ut in cancellaria apostolica exprimetur.

196. Item eamdem gratiam facientes Alvaro de Esmoriz, clerico Portugalensis diocesis, super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ut in prima petitione suprascripti Egidii Laurentii continetur. Non obstañ quod sibi de parrochiali ecclesia sancti Salvatoris de Rial Bracharensis diocesis per V. S. concessum est provideri, ac gratia expectativa, cum ceteris dispensationibus, in cancellaria apostolica exprimendis.

197. Item similem gratiam facientes Fernando Alfonsi, rectori parrochialis ecclesie de Burgoni Portugalensis diocesis, super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ut in petitione susprascripti Egidii Laurentii continetur, cum quo ordinaria et apostolica auctoritatibus extitit dispensatum, ut in cancellaria apostolica exprimetur, et cum omnibus [clausulis] oportunis.

Fiat pro omnibus quatuor. O.

Datum Mantue, pridie Idus Januarii, anno secundo.

198

1419, Janeiro 14

Martinho Afonso, sacerdote de Lisboa, pede a igreja paroquial de Santa Maria de Penamacor da diocese da Guarda, vacante por morte de Gonçalo Esteves.

Reg. Suppl. 120, fl. 11.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. devotus vester Martinus Alfonsi, presbyter Ulixbonensis, quatinus sibi de parrochiali ecclesia beate Marie de Penamoncor *(sic)* Egitaniensis diocesis, cuius fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante per obitum quondam Gunsalvi Stephani, extra Romanam Curiam defuncti, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si per constitutionem *Execrabilis*, et generaliter vel specialiter reservata, devoluta aut litigiosa existat, dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Mantue, decimo nono Kalendas Februarii, anno secundo.

199

1419, Janeiro 16

Gonçalo Vasques, clérigo da diocese de Braga, possuidor da igreja paroquial de Santa Maria de Mirandela, da diocese de Braga, que deixara, pede a dispensa de poder continuar a permuta de seus benefícios, conforme concessão anterior, que se dizia tinha expirado.

Reg. Suppl. 120, fl. 14v-15.

Beatissime Pater. Dudum cum devoto vestro Gundissalvo Valasci, clerico Bracharensis diocesis, non obstante defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad omnes ordines promoveri et tria beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebende in metropolitañ vel cathedralibus ecclesiis forent, et unum ex huiusmodi beneficiis in eisdem ecclesiis dignitates, personatus vel officia cum cura vel sine cura, ac dignitas ipsa maior post pontificalem in eisdem seu collegiatis ecclesiis principalis et electiva foret, apostolica extitit auctoritate dispensatum, vigore cuius quidem dispensationis, parrochialem ecclesiam sancte Marie de Mi[ra]ndella Bracharensis diocesis prefate fuit assecutus, quam postea simpliciter dimisit, quia ex ea se commode sustentare non poterat. Et quia, Pater Sancte, a nonnullis asseritur dictam dispensationem quoad huiusmodi curatum beneficium expirasse, supplicat igitur S. V. dictus G[undissalvus] quatinus sibi dispensationem huiusmodi, prout stat, etiam ad curatum beneficium extendere secumque ut dicta beneficia pro simili vel dissimili aut similibus vel dissimilibus beneficiis ecclesiasticis, etiam invicem compatibilibus, [fl. 15] quotiens voluerit, simpliciter vel ex causa permutationis dimittere et simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficia ecclesiastica, invicem compatibilia, recipere et retinere libere et licite valeat, super dicto defectu dignemini misericorditer dispensare. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Mantue, decimo septimo Kalendas Februarii, anno secundo.

200

1419, Janeiro 16

João Rodrigues do Casal, perpétuo porcionário na igreja de Ferreira da diocese do Porto, desejando entrar na Ordem de Santo Agostinho, pede dispensa do impedimento de ilegitimidade para ser promovido às dignidades de qualquer mosteiro da dita Ordem.

Reg. Suppl. 120, fl. 103v-104.

Beatissime Pater. Cum humilis et devotus vester Johannes Roderici de Casal, perpetuus portionarius in ecclesia de Ferreyra Portugalensis diocesis, ex nimio devotionis fervore, quem ad ordinem sancti Augustini gerit, cupiat in eodem ordine Domino famulari, supplicat igitur eidem S. dictus Johannes quatinus, si et postquam aliquod monasterium dicti ordinis intraverit ordinemque prefatum professus fuerit, secum ut, non obstante deffectu natalium, quem patitur de presbytero dicti ordinis professo genitus et soluta, quecumque officia, administrationes et beneficia ac dignitates dicti ordinis, se invicem compatibilia, et huiusmodi dignitates curate et elective ac principales in eodem ordine existant, illaque simpliciter vel ex causa permutationis, quatinus voluerit, dimittere et, loco dimissi vel dimissorum, similia vel dissimilia etiam recipere et retinere libere et licite valeat, dignemini misericorditer dispensare, cum non obstant. et clausulis [fl. 104] oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Mantue, decimo septimo Kalendas Februarii, anno secundo.

201

1419, Janeiro 16

Vasco Domingues, sacerdote da diocese de Tui, solicita a igreja paroquial de S. Salvador de Estorãos, da dita diocese, vacante pelo facto de Gomes Martins a possuir durante vários anos sem se ordenar de sacerdote e desprovido de dispensa.

Reg. Suppl. 120, fl. 35v-36.

Supplicat S. V. devotus vester Valascus Dominici, presbyter Tudensis diocesis, quatinus sibi de parrochiali ecclesia sancti Salvatoris de Sturaãos dicte diocesis, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, ex eo vacante quod Gometius Martini, eamdem ecclesiam per plures annos pacifice possidens, se non fecit, impedimento cessante legitimo et nulla super hoc canonica dispensatione obtenta, ad sacerdotium promoveri, sive ut premittitur, sive eo quod dictus G[ometius] illam assecutus extitit, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vel per liberam resignationem [fl. 36] alicuius per eum de illa in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus, sponte factam aut per assecutionem alterius beneficii ecclesiastici, apostolica vel alia quavis auctoritate collati, vacet, et generaliter vel specialiter reservata aut devoluta sit, et super ea inter aliquos lis, cuius statum habere placeat pro expresso, in dicta Curia vel extra eam pendeat indecisa, misericorditer providere dignemini, non obstañ expectativa gratia, quam habeat, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum aliis non obstañ ac clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Mantue, decimo septimo Kalendas Februarii, anno secundo.

202

1419, Janeiro 18

D. João, bispo de Viseu, pede faculdade para visitar os lugares sacros da sua diocese, mesmo isentos, por pessoas idóneas que delegar.

Reg. Suppl. 120, fl. 39v.

Supplicat S. V. humilis et devota creatura vestra Johannes, episcopus Visensis (1), quatinus sibi usque ad decennium ecclesias, monasteria, preceptorias et alia loca ecclesiastica, exempta et non exempta, eorumque personas, in quibus eidem visitationis officium de consuetudine vel de iure competit, per aliquam seu aliquas personam seu personas [ydoneam vel] ydoneas, quam vel quas ad hoc duxerit deputandam (2) seu deputandas, quotiens [tempus] ipsius visitationis huiusmodi ingruerit, visitare ac procurationes ratione

dicte visitationis sibi debitas et debendas ab ecclesiis, monasteriis, preceptoriis, locis et personis eisdem in pecunia numerata recipere possit et valeat, dignemini misericorditer concedere, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ad triennium. O.*

Datum Mantue, quintodecimo Kalendas Februarii, anno secundo.

---

(1) D. João Homem, nomeado bispo de Viseu à volta de 1386 por Urbano VI, tendo-lhe sucedido, por morte, D. Pedro Lourenço Buval, ou então D. Garcia Rodrigues de Magalhães, bispo de Lamego, em Abril de 1426. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, 532. Cf. n.º 430 e 514.

(2) No ms. *deputandum.*

203

1419, Janeiro 24

João da Veiga, mercador de Lisboa, separado da mulher que tentara matá-lo e levara consigo muitos bens, pede ao papa que ela não lhe possa suceder nos seus bens, quando ele morrer, apesar de algumas sentenças em contrário.

Reg. Suppl. 121, fl. 41-41v.

Beatissime Pater. S. V. exponitur pro parte devoti vestri Johannis de Veyga, mercatoris Ulixbonensis, quod, licet dudum ipse et quedam mulier Violantes Valasci matrimonium commisissent *(sic)* per verba de presenti et illud in facie ecclesie solempnizassent et pluribus annis in matrimonio legitimo coniunxissent ipseque exponens dictam mulierem affectione coniugali et obsequiis maritalibus favorabiliter pertractasset et ex post ipsa mulier in necem dicti mariti sui exponentis multipliciter machinata foret et plura bona mobilia ipsius exponentis, vasa argentea et alia iocalia et utensilia de domo asportasset, tandem orta inter dictos coniuges coram venerabili viro domino Martino, tunc vicario generali reverendi patris domini archiepiscopi Ulixbonensis, premissorum occasione, materia questionis et coram eo nonnullis ex premissis deductis et probatis, quamvis idem dominus vicarius debuisset, prout creditur, de iure et potuisset perpetuum divortium inter eos celebrasse et dictam mulierem ad restituendum dicto exponenti (1) bona per mulierem ablata compulisse, ipse nichilominus per quamdam suam pretensam sententiam dicitur pronuntiasse divortium inter eos per decem annos fore celebrandum, reservata taxatione victus et vestitus interim pro dicta muliere, et alia fecisset, prout in pretensa sententia huiusmodi dicitur latius contineri, a qua pro parte dicti exponentis ad sanctam sedem apostolicam appellato et causa appellationis huiusmodi commissa venerabili viro domino Petro Nardi, vestri sacri palatii apostolici causarum auditori, qui similiter in hac causa procedens, licet etiam potuisset, ut creditur, et debuisset, ut petitum fuit, perpetuum divortium inter dictos coniuges celebrasse, ipse tamen dictam sententiam in partibus latam in certa parte revocando, pronuntiasse dicitur ipsos ad viginti annos a tempore pronuntiationis dicti vicarii et etiam non perpetuo divortiasse, super taxatione et reservatione dictorum bonorum dicte mulieri perpetuum silentium imponendo, prout in sententia

huiusmodi pretensa dicitur etiam latius contineri, a qua iterum pro parte exponentis in certa parte, qua per eam lesus videbatur appellato, causa huiusmodi venerabili viro domino Frederico Deys, auditori, est commissa. Beatissime Pater, in dicta civitate Ulixbonensi dicitur esse de consuetudine introductum [fl. 41v] ut, videlicet altero coniugum decedente, superstes immediate bonorum per morientem pro tempore derelictorum succedere consueverit et moriens aliam medietatem potest pro libito voluntatis relinquere, sive bona omnia predicta fuerint ante matrimonium contractum morientis vel superstitis seu pro parte unius pro parte alterius aut stante matrimonio supervenerit ex persona alterius eorumdem vel utriusque, timetque dictus exponens quod si forte, quod Deus avertat, ipsum citius vel prius ipsa muliere decedere contingeret, ipsa nichilominus, non obstantibus premissis machinationibus, pretextu dicte consuetudinis inmediate bonorum suorum succedere velle pretenderet. Cum autem merito pro tanto facinore, etiam si vera heres foret, merito et forte de iure exheredari posset et deberet, malletque ipse exponens potius bona sua in suorum consanguineorum aut alias in pios usus convertere quam quod tam maledicta mulier, que in necem domini viri (2) machinata extitit, de suis bonis dotaretur, recurrit igitur ad pedes S. V. humiliter supplicando quatinus domino auditori cause huiusmodi committere dignemini et mandare ut, si de machinatione constiterit per probationes iam factas vel alia legitima documenta, vel saltem verisimiliter per probabiles coniecturas vel verisimilia indicia, quod ex tunc perpetuum inter eos divortium celebret et dicte mulieri etiam super successione bonorum que occasione ipsius exponentis et non uxoris ante vel post contractum matrimonium ad ipsum devenerunt, vel etiam in futurum devenient, perpetuum silentium imponat vel saltem declaret eam a successione huiusmodi cecidisse et ad eam fuisse et esse inhabilem et incapacem denique expo[nentem] de omnibus bonis premissis pro suo libitu disponere posse, premissis omnibus et singulis et presertim dicta consuetudine et aliis forte contrariis non obstantibus quibuscumque, statum cause habentes pro sufficienter expresso. — *Fiat ut petitur de privatione successionis, constito de machinatione in mortem viri. O.*

Datum Mantue, nono Kalendas Februarii, anno secundo.

---

(1) No ms. *expo.*, com sinal de erro.
(2) No ms. *bor.*, com sinal de erro.

204

1419, Janeiro 27

João de Caminha, clérigo da diocese de Tui, pede a pluralidade de benefícios.

Reg. Suppl. 120, fl. 293-293v.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Johannes [de] Caminna, clericus Tudensis diocesis, cum quo alias ut, non obstante defectu natalium quem patitur de nobili soluto genitus et soluta, ad minores ordines promoveri et unum beneficium ecclesiasticum sine

cura obtinere ordinaria primo, deinde vero ut, defectu non obstante predicto, ad omnes sacros ordines promoveri et unum beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, similiter obtinere valeret, apostolica auctoritatibus extitit secundario dispensatum, [fl. 293v] quarum dispensationum vigore clericali caractere insignitus et ad minores ordines rite promotus, duo simplicia beneficia ecclesiastica sine cura extitit canonice assecutus, ex quorum fructibus secundum sui status decentiam non potest commode sustentari, quatinus, sibi ampliorem gratiam facientes, ut una cum dictis beneficiis iam obtentis unum, duo, tria vel plura beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus vel officia et in ecclesiis cathedralibus, etiam metropolitanis existant, etiam si ad illos, illas vel illa consueverint qui per electionem assumi, dum se invicem compatiantur et sibi alias canonice conferantur aut eligatur vel assumatur ad illa, libere recipere et licite retinere beneficiaque huiusmodi obtenta videlicet et obtinenda ex causa permutationis vel alias simul vel successive, semel et pluries, quotiens voluerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud et alia beneficium seu beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, sibi canonice conferenda et invicem compatibilia, libere etiam recipere et licite retinere et obtinere valeat, cum eodem Jo[hanne] dignemini misericorditer dispensare de dono gratie amplioris, defectu predicto, constitutionibus etiam apostolicis, statutis et consuetudinibus, etc., contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et dispensamus. O.*

Datum Mantue, sexto Kalendas Februarii, anno secundo.

205

1419, Janeiro 27

Isabel de Sousa, de descendência nobre, freira de Santa Clara do mosteiro de Vila do Conde da diocese de Braga, pede dispensa do impedimento de ilegitimidade para ser promovida às dignidades do mosteiro, mesmo abaciais.

Reg. Suppl. 121, fl. 33.

Supplicat S. V. devota vestra oratrix Ysabell de Sousa, monacha professa ordinem sancte Clare in monasterio Vile Comitis Bracharensis diocesis, ex nobili patre procreata, quatinus secum super defectu natalium quem patitur de soluto (1) et soluta genita, ut, eo non obstante defectu, ad abbatiales dignitates et prelaturas eiusdem ordinis promoveri, recipere et retinere possit, dispensare dignemini, non obstantibus (2) constitutionibus apostolicis, regulis cancellarie, statutis municipalibus ceterisque in contrarium editis quibuscumque, cum clausulis oportunis et necessariis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Mantue, sexto Kalendas Februarii, anno secundo.

---

(1) No ms. *soluta.*

(2) No ms. espaço em branco e na margem direita do texto a seguinte anotação: *ita in originali.*

206

1419, Janeiro 29

Álvaro Gonçalves, reitor da igreja de S. Salvador de Beja, da diocese de Évora, pede a confirmação das determinações de Inocêncio VII, a pedido de Luis Pilot, relativas à distribuição dos rendimentos pelos porcionários ou capelães que servissem na dita igreja.

Reg. Suppl. 120, fl. 273-273v.

Beatissime Pater. Olim Innocentio papa septimo (1) in eius obedientia nuncupato pro parte Lodovici Pylot, rectoris parrochialis ecclesie sancti Salvatoris de Begia Elborensis diocesis, exposito quod in eadem ecclesia nonnulla [fl. 273v] beneficia per perpetuos portionarios, alia vero per capellanos regi consueverunt, dicti tamen clerici pro maiore parte se ab eadem ecclesia absentabant et propterea cultus divinus negligebatur seu diminuebatur, idem Innocentius, cupiens super hiis providere, tunc et pro tempore existentibus rectoribus eiusdem ecclesie, quod fructus, etc., ad clericos qui tunc erant et erunt pro tempore, pertinentes et, iusta et rationabili causa ac necessario impedimento cessantibus, ab eadem ecclesia se absentassent, interim quod fuerunt absentes pro rata temporis fructus eis tunc tangentes recolligendi illosque inter ipsos qui apud dictam ecclesiam personalem residentiam facerent et in divinis officiis in eadem ecclesia ministrarent, sive inter alios clericos quos in locis ipsorum absentium ad supplendum pro eis in dicta ecclesia divinum cultum predictum, idem Ludovicus et successores, qui essent pro tempore, consentire debeant distribuendi, dividendi aut in ipsius ecclesie fabricam convertendi, prout sibi et eisdem successoribus videbitur expedire, plenam et liberam facultatem concessit ac voluit quod clericis absentibus appellationis diffugium contra premissa minime patrocinari deberet, prout in litteris dicti Innocentii inde confectis dicitur plenius contineri. Et ne facultas et voluntas huiusmodi ab aliquo valeant impediri, sed firmiter perpetuis futuris temporibus observentur, supplicat S. V. humiliter Alvarus Gunsalvi, modernus rector ipsius ecclesie, quatinus prefatas litteras et omnia et singula in eis contenta ac inde secuta rata habentes et grata, ea dignemini ex certa scientia approbare et etiam confirmare, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint quomodolibet in eisdem, fundatione et ordinationibus ac constitutionibus apostolicis, statutis et consuetudinibus, tam synodalibus quam ecclesie predicte, iuramento, confirmatione apostolica seu ordinaria aut quacumque alia firmitate roboratis, et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Non obstañ etiam si forsan inter ipsum Alvarum et beneficiatos et aliquos lis in partibus pendeat, et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Et cum clausulis oportunis. — *Fiat in forma. O.*

Datum Mantue, quarto Kalendas Februarii, anno secundo.

---

(1) Inocêncio VII foi cardeal de Santa Cruz em Jerusalém, criado por Bonifácio IX em Dezembro de 1389. A sua promoção a papa deu-se a 17 de Outubro de 1404 e a coroação a 11 de Novembro do mesmo ano. Morreu em Roma a 6 de Novembro de 1406. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 25, 26.

207-210

1419, Janeiro 31

João pobre, por quem D. João I, rei de Portugal, intercedera junto do papa, pede a faculdade de ser absolvido em artigo de morte por qualquer sacerdote e de ser confessor dos pobres que viverem com ele no ermo, inclusive em caso de morte, bem como de sua mãe, e de celebrar em qualquer ermitério.

Reg. Suppl. 120, fl. 276v-277.

Beatissime Pater, devotus S. V. filius Johannes pauper, pro quo eidem S. supplicavit rex Portugalie, supplicat dignetur eadem S. sibi concedere quod in mortis articulo possit absolvi a quocumque sacerdote a culpa et pena.

208. Item etiam petit quod possit audire de confessione illos pauperes qui in heremo secum steterint et in mortis articulo eos similiter absolvere.

209. Item quod possit celebrare, in quocumque heremitorio steterit.

210. Item petit quod possit matrem suam audire de confessione et eam in mortis [fl. 277] articulo absolvere.

Fiat pro omnibus in forma et gratis.

Datum Mantue, pridie Kalendas Februarii, anno secundo.

211-212

1419, Fevereiro 3

O prior e convento do mosteiro de S. Salvador do Souto da Ordem de Santo Agostinho, da diocese de Braga, pedem ao papa confirme a incorporação ao mosteiro por D. Guilherme, da igreja paroquial de Santo Tirso de Prazins e por D. Martinho da igreja paroquial de S. Félix de Gominhães.

Reg. Suppl. 121, fl. 78-78v.

Beatissime Pater. Dudum bone memorie Guillelmus, archiepiscopus Bracharensis (1), attenta paupertate monasterii sancti Salvatoris de Souto ordinis sancti Augustini Bracharensis diocesis ac onera sibi incumbentia, de consensu capituli dicte Bracharensis ecclesie, parrochialem ecclesiam sancti Tirssii de Praziis dicte diocesis, cuius quidem ecclesie presentatio solum in solidum ad dictum monasterium spectabat, pro sustentatione dicti

monasterii eidem monasterio annexavit et incorporavit, cuius annexationis vigore, a quadraginta (2) annis et ultra dictum monasterium tam per se quam per priores, qui pro tempore fuerunt, in pacifica possessione dicte ecclesie fuerunt et etiam sunt de presenti, cuius fructus, [etc.] quindecim librarum [Turonensium parvorum secundum communem extimationem] valorem annuum non excedunt. Supplicant igitur S. V. devoti oratores vestri prior et conventus dicti monasterii quatinus dictas annexationem et incorporationem et omnia inde secuta ratas et gratas habentes, ac etiam auctoritate apostolica de novo confirmare [dignemini], cum clausulis oportunis.

212. Beatissime Pater. Dudum Martinus bone memorie, quondam archiepiscopus Bracharensis (3), una cum capitulo ecclesie Bracharensis ex certis causis legitimis parrochialem ecclesiam sancti Felicis de Guminhães partis sive territori Vima[ra]nis Bracharensis diocesis, cuius fructus, [etc.] quindecim librarum valorem annuum non excedunt, monasterio sancti Salvatoris de Souto, ordinis sancti Augustini, dicte Bracharensis diocesis, certo modo tunc vacantem, prout in litteris exinde confectis latius continetur, annexavit et incorporavit. Dignetur igitur S. V. dictas annexationem, incorporationem et omnia inde secuta ratas et gratas habentes et eas ex certa scientia de novo confirmare [fl. 78v] dignemini, cum clausulis oportunis.

Fiat in forma de utroque. O.

Datum Mantue, tertio Nonas Februarii, anno secundo.

---

(1) D. Guilherme de la Garde, bispo eleito de Perigueux, transferido para a sé de Braga em Julho de 1349 e daqui para a catedral de Arles em Junho de 1361. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 103, 144, 398.

(2) No ms. *quadringenta*, com sinal de erro.

(3) D. Martinho Afonso, bispo de Coimbra, transferido para a sé de Braga em Junho de 1398 por Bonifácio IX. Cf. nota 1 do n.º 19.

213

1419, Fevereiro 9

Vários membros do Estudo Geral de Salamanca, residentes na Cúria, entre os quais o português Frei João de S. Tomé, mestre em teologia e catedrático, pedem faculdade para reformarem os Estatutos da Universidade, dados por Bento XIII, que, antes, na qualidade de legado do antipapa Clemente VII, tinha feito algumas constituições para o mesmo Estudo.

Reg. Suppl. 121, fl. 39v-40.

Beatissime Pater. Dudum P[etrus] de Luna, cardinalis existens (1), dum legationis officio, auctoritate Clementis vii in sua obedientia nuncupati (2), in Hispanie partibu fungeretur, nonnullas constitutiones edidit, secundum quas universitatem Studii Sala

mantini regi et gubernari voluit, quibus etiam constitutionibus prefatus P[etrus] de Luna ad papatum assumptus et B[enedictus] xiii in sua obedientia, de qua partes ille tunc erant, nuncupatus, nonnullas alias ordinationes addidit et diversa super gubernatione illius Studii condidit statuta.

Verum, Pater Beatissime, licet constitutiones, ordinationes et statuta predicta pro bona et felici gubernatione dicti Studii facta fuisse dicantur, quia tamen cum ex multiplicatione penarum spiritualium excommunicationis s[cilicet] et periurii que in eisdem statutis continentur et in quibus pro facilibus causis iuxta (3) ipsarum constitutionum et statutorum tenorem doctores et studentes universitatis predicte incurrunt, tum etiam propter alias diversas causas, quas specialiter enarrare non est facile, constitutiones et statuta predicta reformatione opportuna indigeant, essetque utilissimum prospero et felici ipsius universitatis regimini constitutiones ipsas quoad aliqua tollere, ipsisque aliqua addere et nonnulla alia mutare, hinc est quod humiles et devoti oratores vestri Rodericus Sancii de Moscoso, archidiaconus de Deça in ecclesia Lucensi et Johannes Lupi de Ilescas, archipresbyter Segobiensis in dicta ecclesia, qui duobus annis proximis retroactis in Studio prelibato rectores [fl. 40] fuerunt, et frater (4) Johannes de Sancto Thoma, magister in tehologia, cathedraticus, et Martinus Galos, Alfonsusque de Villegas, decretorum doctores, tamquam membra dicti Studii in Curia V. S. residentes, premissa ad V. S. notitiam deducentes, supplicant eidem S. quatinus dignetur committere et mandare archiepiscopo Compostellano, intra cuius provinciam universitas predicta existit, et qui per antiquissima privilegia Romanorum Pontificum est administrator universitatis iam dicte, ut ipse, adiunctis sibi duobus episcopis suffraganeis suis et sex aliis personis, ab universitate prefata eligendis, quarum due (5) de numero doctorum ipsius universitatis, alie vero due de studentibus ipsius Studii qui in dignitatibus ecclesiasticis constitute, alie vero due de studentibus provectis ipsius universitatis in iure canonico vel civili aut bachalarii existant, predictas constitutiones, ordinationes et statuta diligenter examinent et si que in illis reformanda, addenda, mutanda, tollenda, corrigendave viderint, de consilio et assensu predictorum episcoporum et personarum vel maioris partis eorumdem reformet (6), addet, mutet, corrigat et emendet, secundum quod utilitati ipsius universitatis videbitur expedire, contradictores per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia auctoritate apostolica compescendo, et cum aliis clausulis oportunis, maxime, Pater Sancte, cum occasione aliquarum ex constitutionibus predictis a modico tempore citra nonnulla scandala etiam turbationes in universitate Studii predicti sint secuta, quibus per commissionem predictam V. S. petitur ne in futurum talia oriantur, obviare. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Fer[r]arie, quinto Idus Februarii, anno secundo.

---

(1) Pedro de Luna, cardeal diácono do título de Santa Maria in Cosmedin, criado por Gregório XI em Dezembro de 1375, eleito papa em Avinhão a 28 de Setembro de 1394 e coroado a 11 de Outubro do mesmo ano. A 26 de Julho de 1417 foi privado da dignidade papal pelo Concílio de Constança. Morreu a 23 de Maio de 1423. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 22, 29.

(2) Antipapa Clemente VII, antes cardeal-presbítero da basílica dos Doze Apóstolos, criado em Maio de 1371 por Gregório XI. Foi eleito papa a 20 de Setembro de 1378 e coroado a 31 de Outubro do mesmo ano. Morreu em Avinhão a 16 de Setembro de 1394. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 21, 27.

(3) No ms. *iusta*, com sinal de erro.

(4) No ms. *fratre*, com sinal de erro.

(5) No ms. *quorum duo*.

(6) No ms. *reformedet*, com sinal de erro.

214

1419, Fevereiro 11

Fernando Anes de Óbidos, sacerdote da diocese de Lisboa, pede o mestre-escolado de Lisboa, vacante por morte de Álvaro Afonso, que o bispo de Espoledo e ouvidor das causas do palácio apostólico aceitara, mas vagara pela sua promoção episcopal.

Reg. Suppl. 121, fl. 243-243v.

Beatissime Pater, vacante scolastria ecclesie Ulixbonensis que (1) dignitas seu officium in eadem ecclesia existit, per obitum Alvari Alfonsi, extra Romanam Curiam defuncti, devota creatura vestra Jacobus de Camplo, episcopus Spoletanus (2), vigore cuiusdam gratie expectative, auctoritate apostolica eamdem scolastriam acceptavit et de illa (3) sibi obtinuit provideri. Cum autem, Beatissime Pater, idem episcopus, qui palatii apostolici causarum auditor existit, nuper a V. S. munus consecrationis obtinuit et propterea omne ius quod sibi in eadem scolastria competit seu ipsa scolastria ad presens dicatur vacare, supplicatur igitur S. V. pro parte devoti oratoris vestri Fernandi Johannis de Obidis, presbyteri Ulixbonensis diocesis, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, de dicta scolastria, cuius fructus, etc., centum viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per obitum Alvari aut munus consecrationis episcopi predictorum, aut alias quovis modo, vel ex alterius cuiuscumque persona vacet, et generaliter vel specialiter reservata, devoluta, litigiosa ac curata existit, eidem F[ernando] dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod sibi nuper de canonicatu et prebenda ecclesie Elborensis, quorum fructus, etc., centum librarum dicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, concessum fuit sibi provideri, ac gratia expectativa, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum omnibus aliis non obstañ et [fl. 243v] clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Ferrarie, tertio Idus Februarii, anno secundo.

---

(1) No ms. *qui.*
(2) Cf. nota 1 do n.º 5.
(3) No ms. *illo.*

215

1419, Fevereiro 17

Pedro Anes, sacerdote da diocese de Lisboa, que fora apresentado, durante a vacância da sé, aos oficiais pelo cabido para a igreja paroquial de Santa Susana de Maxial, da mesma diocese, vacante por morte de Manuel Afonso, pede ao papa a igreja, porque os ditos oficiais recusaram dar-lhe a instituição canónica.

Reg. Suppl. 121, fl. 99-99v.

Beatissime Pater, vacante parrochiali ecclesia sancte Susanne de Macheal Ulixbonensis diocesis per obitum quondam Manuelis Alfonsi, ipsius ecclesie ultimi rectoris, extra Romanam Curiam defuncti, nonnulli laici, veri patroni dicte ecclesie, existentes in pacifica possessione [fl. 99v] vel quasi iuris presentandi rectorem ad eamdem ecclesiam, dum vacat, devotum vestrum Petrum Johannis, presbyterum dicte diocesis, ad dictam ecclesiam sic vacantem officialibus Ulixboñ per capitulum Ulixbonense tamquam archiepiscopali sede vacante ordinaria auctoritate deputatis infra tempus legitimum presentarunt, prefati vero officiales, etiam super hoc, loco et tempore congruis, humiliter requisiti, eumdem Petrum in rectorem dicte ecclesie instituere recusarunt, super quibus ad sedem apostolicam appellarunt. Supplicat igitur S. V. dictus Petrus quatinus sibi de dicta ecclesia, cuius fructus, etc., ultra viginti quatuor florenos auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per obitum prefati Manuelis, sive alio quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta ac litigiosa in dicta Curia vel extra [eam] existat, dignemini misericorditer providere, seu in rectorem dicte ecclesie instituere. Non obstañ quod unam in parrochiali sancte Marie de Tyriana de Alenquerio et aliam in parrochiali sancte Marie de Villa Viridi ecclesiis Ulixbonensis diocesis perpetuas portiones sine cura, quarum fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, obtinet. Et cum omnibus aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Ravenne, tertiodecimo Kalendas Martii, anno secundo.

216

1419, Fevereiro 17

D. João I, rei de Portugal, solicita para Martinho Vasques, cónego de Évora, seu escritor e comensal, a dispensa para não ser obrigado a receber Ordens sagradas, enquanto estiver a seu serviço, embora venha a ter benefícios que a tal obriguem.

Reg. Suppl. 121, fl. 100v.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. devotus filius eiusdem S. Johannes, Portugalie et Algarbii rex, quatinus cum dilecto suo Martino Valasci, canonico Elborensi, camere ipsius regis scriptore et continuo commensali, in minoribus dumtaxat ordinibus constituto, ut ratione cuiuscumque beneficii ecclesiastici curati, aut alias aliquem seu aliquos ex superioribus sacris ordinibus requirentis, quod ipsum canonice alias assequi contigerit, etiam si dignitas, personatus aut cum cura administratio vel officium in metropolitañ cathedrali vel collegiata et dignitas ipsa in metropolitañ vel cathedrali maior post pontificalem ac collegiata ecclesiis huiusmodi principalis fuerit, quamdiu eiusdem regis servitiis institerit, ad huiusmodi superiores sacros ordines se facere promoveri minime teneatur nec ad id a quoquam invitus valeat coartari, constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis quibusvis contrariis nequaquam obstantibus, de uberioris dono gratie dignemini

misericorditer dispensare sibique concedere quod officium suum seu horas canonicas dicere et legere valeat secundum morem et usum Romane vel alterius ecclesie, de qua sibi videbitur, cum aliis non obst. et clausulis oportunis. — *Fiat de officio. O.*

Datum Ravenne, tertiodecimo Kalendas Martii, anno secundo.

217

1419, Fevereiro 28

Roberto Paim, cónego de Lisboa, pede a graça de não ser obrigado a receber Ordens sagradas.

Reg. Suppl. 121, fl. 178.

Supplicat S. V. devotus orator vester Robertus Paym, canonicus ecclesie Ulixbonensis, quatinus sibi ut, ratione canonicatus et prebende ecclesie predicte Ulixbonensis, quos obtinet et qui sine cura sunt, et quorumcumque aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, sacros ordines de iure non requirentium, que nunc obtinet aut imposterum obtinebit, ad sacros ordines non teneatur se facere promoveri nec ad id a quoquam invitus valeat coartari, concedere dignemini de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Et cum omnibus aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Florentie, pridie Kalendas Martii, anno secundo.

218

1419, Março 3

O Infante D. Duarte, primogénito d'el rei de Portugal, completa súplica anterior sobre o ermitério de Santa Maria das Virtudes, a favor dos Franciscanos, com a indicação do convento a construir, se for necessário, para eles, com todos os privilégios e direitos dos outros conventos da Ordem.

Reg. Suppl. 121, fl. 242v-243.

Reformatio Eduardi primogeniti regis Portugalie, etc., pro heremitorio sancte Marie de Virtutibus Ulixbonensis diocesis (1).

Beatissime Pater. Ut petitionis, cuius copia premittitur, congruus sortiatur (2) [fl. 243] effectus, dignetur S. V. litteras apostolicas super dicta petitione conficiendas expediri mandare, cum expressione quod fratres ordinis Minorum supradicti heremitorium inibi expressum pro eorum usu et habitatione recipere ac apud illud, si et prout opus fuerit, ecclesiam cum campana, campanili et aliis necessariis officinis construi et edificari facere quodque illi ex dictis fratribus qui apud heremitorium huiusmodi pro tempore

residebunt omnibus immunitatibus, libertatibus, privilegiis, exemptionibus et gratiis, aliis fratribus dicti Ordinis in quibusvis aliis domibus sive locis eiusdem ordinis commorantibus ex concessionibus et indultis apostolicis seu alias de iure vel consuetudine quomodolibet competentibus sive debitis, uti et gaudere valeant, et cum aliis clausulis ac non obstañ in dicta petitione contentis. — *Fiat. O.*

Datum Florentie, quinto Nonas Martii, anno secundo.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

(2) No ms. *substituatur*, com sinal de erro.

219

1419, Março 6

Gonçalo Lourenço, patrono, e os beneficiados da igreja paroquial de Santa Maria de Vila Verde da diocese de Lisboa, pedem a redução das porções da mesma igreja.

Reg. Suppl. 121, fl. 248v-249.

Beatissime Pater, cum in parrochiali ecclesia beate Marie de Villa Verde Ulixbonensis diocesis sex beneficia sine cura, portiones nuncupata, quarum quinque singulis personis, portionariis (1) nuncupatis, una portio videlicet pro qualibet persona, alia vero divisa in partes duas personis duabus pro certis oneribus ibidem supportandis, quot[iens] tempus vacationis occurrit, conferuntur, antiquitus instituta fuerint, et licet tempore huiusmodi institutionis et post portionarii et persone huiusmodi taliter qualiter ex fructibus, etc., provenientibus in eadem ecclesia sustentari possent, tamen, crescente temporis malitia et aliis contrariis que non modicum partes illas afflixerunt, fructus huiusmodi ita diminuti sunt quod quilibet per partem fructuum sibi quomodolibet contingentem se minime sustentare et onera eidem incumbentia supportare ac in dicta ecclesia minime deservire potest, supplicant igitur V. S. humiliter nobilis vir Gunsalvus Laurentii, patronus, et beneficiati huiusmodi dicte ecclesie quatinus sibi, pie premissis attentis, alicui probo viro in partibus illis et, si placeat, priori monasterio sancti Vincentii Ulixboneñ, per priorem soliti gubernari, committere et [fl. 249] mandare dignemini quatinus de premissis se informet et, si premissa vera reppererit, numerum huiusmodi sex portionum ad numerum quatuor auctoritate apostolica deducat, ita quod fructus duarum portionum, qualitercumque primo ibidem vacantium, aliis beneficiatis et portionibus per ratam partem applicentur et uniantur seu incorporentur neque aliqui alii apostolica vel alia quavis auctoritate ad dictas duas portiones, primo ibidem quomodolibet ut prefertur vacaturas, admittantur, concedere dignemini, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat et committatur. O.*

Datum Florentie, pridie Nonas Martii, anno secundo.

---

(1) No ms. *portionarii.*

220

1419, Março 9

D. João I, rei de Portugal, pede graças para os habitantes, presentes e futuros, da cidade de Ceuta que ele conquistara aos Sarracenos, para mais fàcilmente obter o seu povoamento.

Reg. Suppl. 121, fl. 255. Publicada em *Monumenta Henricina*, II, n. 152, p. 310.

Beatissime Pater. Nuper devotissimus et fidelissimus S. V. et sancte Romane ecclesie filius Johannes, Portugalie et Algarbii rex, civitatem de Cepta, quam infideles adiu occupabant, ab huiusmodi infidelibus manu forti recuperavit et religioni christiane subiugavit, sed quia, Pater Sancte, civitas ipsa magna est et pro defensione contra infideles facienda populo magno indiget et propter distantiam dictus rex ei continue succurrere non potest, supplicat S. V. idem rex quatinus christicolas ad accedendum dictam civitatem et ad standum in ipsa eamque defendendum animentur et confortentur, omnibus et singulis utriusque sexus christifidelibus qui in eadem civitate sunt seu ad eam accedere contigerit, plenam remissionem omnium peccatorum suorum in mortis articulo, etiam sine clausula de ieiunio, si in eadem civitate vel extra ipsam decesserint, dignemini misericorditer elargiri. — *Fiat pro omnibus ad quinquennium, etiam cum commutatione ieiunii.* O.

Datum Florentie, septimo Idus Martii, anno secundo.

221

1419, Março 9

Diogo Caldeira, clérigo da diocese da Guarda, possuidor da igreja paroquial de Povos, da diocese de Lisboa, pede dois canonicatos e prebendas em igrejas metropolitas ou catedrais.

Reg. Suppl. 121, fl. 255-255v.

Beatissime Pater, supplicat S. V. devotus vester Didacus Caldeira, clericus Egitaniensis diocesis, cum quo alias ut, non obstante defectu natalium, quem patitur de coniugato genitus et soluta, ad omnes minores ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, cui cura non immineret animarum, obtinere valeret, ordinaria, cuius vigore ad omnes minores ordines rite (1) promotus fuit, deinde ut, predicto defectu non obstante, ad omnes sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, obtinere libere et licite valeret, apostolica extitit auctoritatibus dispensatum, cuius etiam vigore parrochialem ecclesiam de Poboos Ulixbonensis diocesis, que de iure patronatus regis est, fuit assecutus, quatinus secum ut, dicto defectu non obstante, duos canonicatus et prebendas in metropolitañ aut cathedralibus ecclesiis obtinere ipsosque [fl. 255v] et dictum beneficium simpliciter vel ex causa permutationis simul vel successive, totiens quotiens voluerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel dissimile,

similia vel dissimilia libere et licite valeat, dignemini misericorditer dispensare, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Florentie, septimo Idus Martii, anno secundo.

---

(1) No ms. *recte.*

222

1419, Março 13

Afonso Domingues, abade do mosteiro de Santa Maria de Oya, da diocese de Tui, ao qual fora concedida em comenda a igreja paroquial de S. Salvador de Galegos da diocese do Porto, vacante por morte de Gonçalo Afonso, cónego do Porto, dispunha-se a deixar essa comenda, pelo que Vasco Domingues, reitor da igreja paroquial de S. Miguel da Foz de Arouce, que estudou direito canónico no Estudo de Bolonha durante quatro anos e esteve no concílio de Constança antes e depois da eleição do papa Martinho V, pede ao mesmo a dita comenda, se o mencionado abade a ela renunciar.

Reg. Suppl. 122, fl. 87v-88.

Beatissime Pater. Cum devotus orator vester Alfonsus Dominici, abbas monasterii sancte Marie de Oya, ordinis Cisterciensis Tudensis diocesis, cui alias parrochialis ecclesia (1) sancti Salvatoris de Gallegos Portugalensis diocesis, tunc per obitum quondam Gunsalvi Alfonsi, canonici Portugalensis, extra Romanam Curiam defuncti, vacans sub certis modo et forma auctoritate apostolica commendata extitit, commende huiusmodi in manibus S. V. cedere proponat aut ex tunc per se vel procuratorem suum ad hoc legitime constitutum cedat, supplicat igitur eiusdem S. V. devotus vester Valascus Dominici, rector parrochialis ecclesie sancti Michaelis de Foz dArouce Colimbriensis diocesis, qui per quadriennium in Studio Bononiensi in iure canonico studuit et in concilio Constantiensi ante et post creationem S. eiusdem stetit, quatinus, si et postquam prefatus abbas huiusmodi commende cesserit, ut prefertur, sibi de dicta ecclesia sancti Salvatoris, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta seu litigiosa existat, providere dignemini. Non obstañ quod idem V[alascus] predictam ecclesiam sancti Michaelis obtinet, cuius quadraginta, et super canonicatu et prebenda ecclesie Colimbriensis, quorum octuaginta, librarum Turonensium similium fructus, etc., secundum predictam extimationem valorem annuum non excedunt, in palatio apostolico litigat, seu causa est commissa, quorum possessionem non habet, ac gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, secumque ut ipsam ecclesiam de Gallegos cum dicta ecclesia de Foz dArouce insimul retinere libere et licite valeat, dignemini misericorditer dispensare. Et nichilominus dignitatem, personatum vel officium, [fl. 88] quam, quem seu quod idem V[alascus], vigore dicte gratie, expectat (2), cum vacabit, acceptare et de ea, etc., sibi provideri facere possit et cum illam, illum vel illud

fuerit pacifice assecutus, easdem ecclesias sancti Michaelis et sancti Salvatoris infra biennium pro compatibili seu compatibilibus beneficio seu beneficiis permutare possit et valeat, concedere dignemini secumque dispensare, constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Et cum omnibus non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Florentie, tertio Idus Martii, anno secundo.

---

(1) No ms. *ecclesie*, com sinal de erro.
(2) No ms. *spectat*, com sinal de erro.

223

1419, Março 13

João da Veiga, mercador de Lisboa, pede nova comissão sobre a questão com sua mulher que tentara matá-lo.

Reg. Suppl. 122, fl. 88.

Beatissime Pater, alias S. V. pro parte devoti oratoris vestri Johannis de Veyga, civis Ulixbonensis, extitit supplicatum ut in copia petitionis suprascripte, quam V. S. per *Fiat ut petitur de privatione successionis, constito de machinatione in mortem viri.* O. signavit, plenius continetur. Verum, Pater Beatissime, quia eidem Johanni exponenti non est tutum cum Vyolante sua uxore, in eadem petitione nominata, habitare, attento quod ipsa in mortem ipsius exponentis viri sui machinata fuit, et ex signatura huiusmodi non videtur venire quod dictus exponens perpetuo divortietur a dicta muliere, dignetur igitur S. V. auditori cause huiusmodi committere et mandare quod, iuxta conclusionem et mentem dicte superius annexe supplicationis, ultra privationem successionis concessam per huiusmodi signaturam, etiam quod divortium perpetuum procedat et alias ac si littere apostolice super huiusmodi concessione confecte et utrumque per S. V. concessum extitisset. Non obstantibus omnibus que eadem S. in prima commissione voluit non obstare. — *Fiat et committatur.* O.

Datum Florentie, tertio Idus Martii, anno secundo..

224-225

1419, Março 16

Martinho Afonso, perpétuo porcionário na igreja paroquial de S. Salvador de Santarém, dede para Gonçalo Anes a igreja paroquial de Santa Maria de Almonda da diocese de Lisboa, que

aceitara por morte de Lourenço Anes. Vicente Anes, sacerdote da diocese de Lisboa, pede a igreja paroquial de S. Cosme de Gemunde da diocese do Porto, que se espera venha a vagar pela po s da igreja de Santa Maria de Almonda por Gonçalo Anes.

Reg. Suppl. 123, fl. 148-149.

Beatissime Pater, vacante olim parrochiali ecclesia sancte Marie de Almonda Ulixbonensis diocesis, per obitum quondam Laurentii Johannis, extra Romanam Curiam defuncti, devotus vester Martinus Alfonsi, perpetuus portionarius in parrochiali ecclesia sancti Salvatoris [fl. 148v] Sanctareneñ Ulixbonensis diocesis, eamdem ecclesiam de Almonda, per obitum dicti Laurentii sic ut premittitur vacantem, vigore quarumdam litterarum apostolicarum et processus super eisdem infra tempus debitum acceptavit et de eisdem sibi provideri obtinuit, vigore quarum quidem acceptationis et provisionis possessionem dicte ecclesie extitit assecutus, a qua postmodum fuit vi eiectus. Verum, quia dictus Martinus, certis de causis animum suum moventibus, iuri et possessioni sibi in eadem ecclesia seu ad eam quomodolibet competeñ in manibus eiusdem S. renuntiare seu resignare proponit, supplicat igitur S. V. dictus Martinus quatinus resignationem seu renuntiationem huiusmodi, quam ex nunc in manibus eiusdem S. per procuratorem suum ad hoc legitime constitutum facit, admictere et, ea admissa, de eadem ecclesia de Almonda, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, devoto vestro Gonsalvo Johannis, rectori parrochialis ecclesie sancti Cosmati de Gemundi Portugalensis diocesis, sive per resignationem huiusmodi, aut premisso, aut alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu [per] constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta et lis super eadem in Romana Curia vel extra pendeat indecisa, dignemini misericorditer providere ipsumque in et ad corporalem possessionem dicte ecclesie de Almonda, in qua antea ut premittitur dictus Martinus Alfonsi extitit, admictere et iuduci mandare dignemini. Non obstantibus perpetuis portionibus sine cura in parrochialibus ecclesiis sancti Georgii et sancti Johannis ac sancti Laurentii Ulixboneñ, quas obtinet, quarum fructus, etc., quadraginta librarum dicte monete secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda, et cum aliis clausulis oportunis; paratusque est dimittere dictam ecclesiam sancti Cosmati, quam obtinet, dum possessionem, etc.

225. Item, Beatissime Pater, cum dicta parrochialis ecclesia sancti Cosmati vacare speretur per assecutionem prefati Gunsalvi Johannis ad dictam ecclesiam beate Marie de Almonda, supplicat igitur S. V. [fl. 149] devotus vester Vincentius Johannis, presbyter Ulixbonensis diocesis, quatinus sibi de eadem ecclesia sancti Cosmati, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, cum per huiusmodi assecutionem vacabit, sive premisso, aut alio quovis modo, preterquam per predicti Gonsalvi obitum, vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa existat, dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda. Et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

Fiat ut petitur pro utroque. O.

Datum Florentie, decimo septimo Kalendas Aprilis, anno secundo.

226

1419, Março 21

Vasco Domingues, vendo que a súplica anterior era insuficiente, renova o pedido da igreja paroquial de S. Salvador de Galegos da diocese do Porto.

Reg. Suppl. 122, fl. 244v.

Reformatio Vallasci Dominici super parrochiali ecclesia sancti Salvatoris de Gallegos Portugalensis diocesis (1).

Beatissime Pater. Cum signatura S. V. quoad dispensationem et omnia alia contenta in petitione, cuius copia superius scribitur, petita minime sufficere censeatur, obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon regulis cancellarie eiusdem S., et ne propterea devotus vester Vallascus Dominici suprascriptus eiusdem petitionis quoad contenta in ea aut eorum aliquod frustretur effectu, dignetur eadem S. litteras apostolicas super dicta petitione conficiendas cum huiusmodi dispensatione et aliis in ea contentis expediri mandare, cum omnibus non obstañ et clausulis inibi contentis ac aliis oportunis, signantes manu vestra beatissima per *Fiat ut petitur.* — *Fiat ad biennium de duobus incompatibilibus. O.*

Datum Florentie, duodecimo Kalendas Aprilis, anno secundo.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

227

1419, Março 26

Afonso de Souto, sacerdote da diocese de Compostela, bacharel em medicina e em artes, pede o benefício de Santa Maria de Viana, da diocese de Tui.

Reg. Suppl. 122, fl. 136v-137.

Supplicat S. V. devotus orator vester Alfonsus de Sauto, presbyter Compostellane diocesis, baccallarius in medicina et in artibus, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, de beneficio sancte Marie de Viana Tudensis diocesis, quod sine cura existit, cuius fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante per obitum ultimi possessoris eiusdem, cuius nomen et cognomen hic habere dignemini pro sufficienter espressis, extra Romanam Curiam defuncti, eidem Alfonso de dicto beneficio, sive premisso, sive alias quovis modo [fl. 137] et ex cuiuscumque alterius persona aut per constitutionem felicis recordationis Johannis xxii, predecessoris vestri, que incipit *Execrabilis*, vacet, aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam iuxta Lateranensis concilii statuta

legitime devoluta dictumque beneficium dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservatum vel affectum existat, dignemini misericorditer providere. Non obstañ tertia parte, quam recipit in parrochiali ecclesia sancti Adriani de Villariño dicte diocesis Compostelane, cuius fructus, etc., decem et octo librarum Turonensium predictorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, et quarta parte etiam parrochialis ecclesie sancti Salvatoris de Cacoyra dicte Compostellane diocesis, cuius fructus, etc., octo librarum Turonensium similium secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ac quadam gratia expectativa, in cancellaria V. S. declaranda. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de utroque* (1). *O.*

Datum Florentie, septimo Kalendas Aprilis, anno secundo.

---

(1) Na margem esquerda do texto foi anotado: *non petitur nisi unum beneficium. Ar.*

228

1419, Março 26

Petição d'el rei de Portugal, a solicitar a prorrogação da graça concedida aos habitantes de Ceuta, conquistada aos Sarracenos, da remissão dos pecados.

Reg. Suppl. 122, fl. 212v-213. Publicada em *Monumenta Henricina*, II, n. 153, p. 311

Beatissime Pater. Alias per S. V. intellecto quod devotissimus filius eiusdem S. Johannes, Portugalie et Algarbii rex illustris, qui, veluti athleta fidei, civitatem de Cepta dudum tunc de manibus infidelium eripuit ac sibi pro christiane fidei propagatione subiugavit, ad manutenendum et defensandum eamdem contra insultus eorumdem infidelium continua magna multitudine gentium egeret ac pro parte ipsius regis eidem S. humiliter et [devote supplicantis quatinus] ut christifideles eo libentius accederent ad ipsam necnon ad standum inibi eamque defensandum ferventius animarentur, de spiritualibus eis donis, remissione videlicet peccaminum, providere dignaretur, S. V. omnibus fidelibus etiam utriusque sexus qui in ipsa civitate essent vel ad illam accederent, usque ad quinquennium plenam remissionem omnium peccatorum suorum, etiam cum commutatione ieiunii, duxit concedendam, prout in supplicatione desuper signata plenius continetur. Quia tamen, Beatissime Pater, huiusmodi quinquennium a data ipsius concessionis gratie computari debere censetur et presentis concessionis notitia illac nonnisi per magni temporis intervalli spatium [fl. 213] pervenire poterit, dubitat propterea dictus rex ipsius gratie pro dictis essentibus et confluentibus effectum frustrari posse; supplicat igitur S. V. rex prefatus quatinus huiusmodi quinquennium a die notitie presentium in antea computari debere declarare ac litteras apostolicas super huiusmodi concessione de huiusmodi quinquennio a die notitie ipsius remissionis in illis partibus constite computando, expediri mandare dignemini gratiose. Cum clausulis oportunis. — *Fiat ad septennium incipiendo a die publicationis faciende in partibus. O.*

Datum Florentie, septimo Kalendas Aprilis, anno secundo.

229

1419, Março 26

Rodrigo Lopes, cónego do Porto, a quem fora concedida a provisão do canonicato e prebenda de Lisboa, a vagar pela promoção do bispo de Espoledo, ouvidor das causas do palácio apostólico, que os obtivera por morte de Vasco Martins, renova o pedido da provisão, por duvidar do valor da primeira.

Reg. Suppl. 122, fl. 216v.

Beatissime Pater. Dudum S. V. de canonicatu et prebenda ecclesie Ulixbonensis, quos devota creatura vestra Jacobus de Camplo, episcopus Spoletanus (1), tunc vigore cuiusdam gratie expectative, per obitum Vallasci Martini, ipsius ecclesie canonici, vacantes, acceptavit et de illis sibi obtinuit provideri, devoto oratori vestro Roderico Loppi, canonico ecclesie Portugalensis, cum per munus consecrationis eidem Jacobo impendendum aut per lapsum temporis de consecrandis episcopis, etc., vacarent, provideri concessit. Cum autem, Beatissime Pater, idem R[odericus] dubitet concessionem huiusmodi ex certis causis viribus non subsistere seque posse super huiusmodi gratia imposterum impediri, supplicat igitur S. V. idem R[odericus] quatinus, concessionem et gratiam huiusmodi et quecumque exinde secuta rata habentes et grata, sibi de dictis canonicatu et prebenda, quorum fructus, etc., centum quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per obitum predicti Valasci aut per munus consecrationis eidem Jacobo iam impensum seu per lapsum temporis de consecrandis episcopis, a canonibus diffiniti, aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacent, et generaliter vel specialiter reservati aut devoluti ac litigiosi in Romana Curia vel extra [eam] sint, si et in quantum expediat, de novo dignemini misericorditer providere. Non obstañ canonicatu et prebenda ecclesie Portugalensis, quos obtinet, quorum fructus, etc., quadraginta, et quod sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Elborensis, certo modo vacaturis, quorum octuaginta, sibi auctoritate apostolica extitit provisum, ac gratia expectativa et dispensatione apostolica super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, cum quo ad premissa sufficienter extitit dispensatum, in cancellaria apostolica exprimenda. Et cum clausulis oportunis.— *Fiat ut petitur.* O.

Datum Florentie, septimo Kalendas Aprilis, anno secundo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 5.

230

1419, Março 26

Súplica relativa ao arcediagado de Sabugal da diocese de Cidade Rodrigo que o bispo D. Gonçalo concedera a um concubinário público, mas nulamente, porque assim estatuíam as ordenações do cardeal legado D. Guilherme, bispo de Sabina.

Reg. Suppl. 122, fl. 255-255v.

Beatissime Pater, quia in constitutionibus bone memorie quondam Guillelmi, episcopi Sabinensis, sancte Romane Ecclesie cardinalis, in partibus Ispanie legati apostolici (1), inter alia cavetur quod collationes quorumcumque beneficiorum quibusvis personis tempore provisionum huiusmodi publicis concubinariis seu qui per duos menses antea vel per duos post publici concubinarii existerent, nullius roboris existant et sint nulle ipso facto, tamen huiusmodi constitutionibus non obstantibus, Gundissalvus, episcopus Civitatensis (2), archidiaconatum de Sabogal, qui dignitas curata existit in ecclesia Civitatensi, vacantem per mortem Johannis Fernandi de Beiar, et nonnulla prestimonia et prestimoniales portiones et beneficia simplicia in eadem civitate et diocesi certo modo vacantia, quorum nomina et cognomina hic dignetur S. V. habere pro sufficienter expressis, Nicolao Sancii, publico concubinario tempore dicte collationis seu provisionis, aut per duos menses ante vel per duos post, contulit et ipsi providit de dictis archidiaconatu, prestimoniis (3) [et] prestimonialibus portionibus aliisque beneficiis supradictis, quapropter dicta collatio seu provisio sunt (4) nulle dictusque archidiaconatus, prestimonia et prestimoniales portiones et beneficia supradicta vacant ad presens; idcirco supplicat S. V. devotus vester Petrus Abbat. Ocon, presbyter diocesis Calaguritane, quatinus archidiaconatum predictum, prestimonia et prestimoniales portiones et beneficia supradicta, quorum omnium fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alio quovis modo et per quamcumque aliam personam vacent aut tanto tempore vacaverunt quod eorum collatio sedi apostolice legitime devoluta, etiam si alias generaliter vel specialiter dispositioni eiusdem sedis reservata existant, eidem Petro conferre et de eisdem sibi dignemini misericorditer providere. Non obstañ beneficio patrimoniali sancti Michaelis de Ochon Calaguritane diocesis, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum [fl. 255v] non excedunt, et quadam gratia expectativa, in cancellaria declaranda, cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.—*Fiat ut petitur.* O.

Datum Florentie, septimo Kalendas Aprilis, anno secundo.

---

(1) Poder-se-ia pensar em D. Guilherme de Agrifolio ou Aigrefeuille, arcebispo de Saragoça, criado cardeal presbit. do tít. de Santa Maria no Transtibre por Clemente VI em Dezembro de 1350, bispo de Sabina desde 1367, morto em Viterbo a 4 de Out. de 1369. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 19.

(2) D. Gonçalo, tesoureiro de Samora, nomeado bispo de Cidade Rodrigo em Março de 1384, ao qual foi concedido um coadjutor em 1429, por ser já muito velho. Morreu em 1431. Durante o seu pontificado, em grande parte durante o cisma, em que Cidade Rodrigo seguia o papa de Avinhão, foram nomeados alguns portugueses bispos daquela sé pelo papa de Roma. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 190. SOUSA COSTA, A. D. DE, *Mestre André Dias de Escobar, figura ecuménica do século XV*, pp. 81-97.

(3) No ms. *presti.bus*, com sinal de erro.

(4) No ms. *sint.*

231

1419, Março 26

Álvaro Gonçalves, reitor da igreja paroquial de S. Salvador de Beja, pede a confirmação das disposições de Inocêncio VII sobre a distribuição dos rendimentos pelos porcionários que efectivamente servissem na igreja.

Reg. Suppl. 123, fl. 3v-4.

Beatissime Pater, olim Innocentio papa septimo (1) in eius obedientia nuncupato pro parte Lodovici Pylot, rectoris parrochialis ecclesie sancti Salvatoris de Begia Elborensis diocesis, exposito quod in eadem ecclesia nonnulla beneficia per perpetuos portionarios, alia vero per capellanos regi consueverunt, dicti tamen clerici pro maiori parte se ab eadem ecclesia absentabant et propterea cultus divinus negligebatur seu diminuebatur, idem Innocentius, cupiens super hiis providere, tunc et pro tempore existentibus rectoribus eiusdem ecclesie quod fructus, etc., ad clericos qui tunc erant et erunt pro tempore pertinentes et, iusta et rationabili causa ac necessario impedimento cessantibus, ab eadem ecclesia se absentassent, interim quod fuerint absentes pro rata temporis fructus eius tunc tangentes recolligendi illosque inter ipsos qui apud dictam ecclesiam personalem residentiam facerent et in divinis officiis in eadem ecclesia ministrarent, sive inter alios clericos quos in locis ipsorum absentium ad supplendum pro eis in dicta ecclesia divinum cultum predictum idem Lodovicus et successores qui essent pro tempore consentire debeant, distribuendi, dividendi aut in ipsius ecclesie fabricam convertendi, prout sibi et eisdem successoribus videbitur expedire, plenam et liberam facultatem concessit ac voluit quod clericis absentibus appellationis diffugium contra [fl. 4] premissa minime procurari deberet, prout in litteris dicti Innocentii inde confectis dicitur plenius contineri. Et ne facultas et voluntas huiusmodi ab aliquo valeant impediri, sed firmiter perpetuis futuris temporibus observentur, supplicat S. V. humiliter Alvarus Gunsalvi, modernus rector ipsius ecclesie, quatinus prefatas litteras et omnia et singula in eis contenta ac inde secuta rata habentes et grata, ea dignemini ex certa scientia approbare et etiam confirmare, supplentes omnes defectus et qui forsan intervenerint quomodolibet in eisdem, fundatione et ordinationibus ac constitutionibus apostolicis, statutis et consuetudinibus tam synodalibus quam ecclesie predicte, iuramento, confirmatione apostolica seu ordinaria aut quacumque (2) alia firmitate roboratis (3), et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Non obstañ etiam si forsan inter ipsum Alvarum et beneficiatos et aliquos lis in partibus pendeat et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Et cum clausulis oportunis. — *Fiat in forma.* O.

Datum Florentie, septimo Kalendas Aprilis, anno secundo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 206.
(2) No ms. *quecumque*, com sinal de erro.
(3) No ms. *roboratos*, com sinal de erro.

232

1419, Março 31

O abade de Santa Maria de Florença, de que era prior claustral o português D. Gomes, que administrava pràticamente o mosteiro, pede a expedição gratuita das letras apostólicas sobre a reforma beneditina da Congregação dos monges de Santa Justina de Pádua e outros mosteiros que receberam a reforma.

Reg. Suppl. 122, fl. 290.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. eius devotus orator abbas sancte Marie Florentine (1) quod, cum reformatio quam nuper V. S. edidit de congregatione monachorum sancte Justine Paduana ordinis sancti Benedicti et monasteriorum que de dictis monachis sunt reformata, inter que est prefatum monasterium suum, tota sit spiritualis et sancta, pro honore Dei et omnium dictorum consolatione, dignemini concedere quod littere super dicta reformatione conficiende expediantur gratis de mandato de bulla et registro. — *Fiat. O.*

Datum Florentie, pridie Kalendas Aprilis, anno secundo.

---

(1) Não se trata de D. Gomes, português, que será nomeado abade alguns meses depois, mas o monge lusitano era já prior claustral, interessado na reforma do mosteiro. Cf. SOUSA COSTA, A. D. DE, *D. Gomes, reformador da abadia de Florença, e as tentativas de reforma dos mosteiros portugueses no século XV*, Abadia de Montserrat 1963, pp. 77-78. NUNES, Eduardo, *Dom Frey Gomez Abade de Florença* 1420-1440, I, Braga 1963.

233

1419, Março 31

Rui ou Rodrigo Dias, cónego de Braga, colector geral apostólico em Portugal, em litígio com João Lourenço, sacerdote da diocese de Lisboa, sobre a igreja paroquial de Santa Maria da Serra e perpétua porção da igreja paroquial de S. Pedro de Torres Novas, pede ao papa todos os direitos que porventura pertencessem ao sobredito João Lourenço que tinha morrido.

Reg. Suppl. 123, fl. 13-13v.

Beatissime Pater, dudum tempore Baldassaris Cossa (1), olim Jo[hannis] xxiii in sua obedientia nuncupati (2), lite et causa pendente in sacro causarum palatio apostolico coram certo ipsius palatii auditore, qui in causa ipsa ad nonnullos actus, citra tamen conclusionem, processit, inter devotum vestrum Rodericum Didaci, canonicum Bracharensem, actorem, ex una et quemdam Jo[hannem] Laurentii, presbyterum Ulixbonensis diocesis, reum, de et super parrochiali ecclesia sancte Marie de Serra et perpetua portione sine cura parrochialis ecclesie sancti Petri de Turribus Novis Ulixbonensis diocesis et ipsarum occasione parte ex altera, prout in processu cause huiusmodi, cuius statum presentibus pro sufficienter expresso habere dignemini ex certa scientia, plenius continetur [fl. 13v], verum, Pater Beatissime, causa huiusmodi sic indecisa pendente, idem Johannes extra Romanam Curiam diem suum clausit extremum et ne eidem R[oderico] in causa huiusmodi novus adversarius insurgat, supplicat S. V. idem R[odericus], qui nunc fructuum et proventuum camere apostolice debitorum in regnis Portugalie et Algarbii generalis collector existit, quatinus, causam huiusmodi ad eamdem S. V. advocantes et ea advocata extinguentes ipsumque R[odericum] in omni iure et ad omne ius, si quod eidem Johanni, tempore obitus sui, in eisdem ecclesia et portione competebat aut competere poterat, subrogantes, eidem R[oderico] de dictis ecclesia sancte Marie et portione sancti Petri, quorum fructus, etc., scilicet ecclesie sancte Marie quadraginta, portionis

vero quindecim, librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona aut per assecutionem alterius beneficii seu alias quomodocumque aut qualitercumque reservate, devolute seu litigiose existant, dignemini misericorditer providere. Non obstañ canonicatu et prebenda ecclesie Bracharensis, quorum quinquaginta, et parrochiali ecclesia sancti Salvatoris de Johanne diocesis Bracharensis, cuius sexaginta, ac ecclesia sancte Marie de Azinhoso dicte diocesis, que sine cura existit, cuius ducentarum librarum dicte monete secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, quos obtinet, necnon media prebenda, media canonica nuncupata, ecclesie Silvensis, cuius triginta, et quod sibi per eamdem S. concessum est provideri de cantoria ecclesie Portugalensis, certo modo vacatura, cuius centum librarum Turonensium similium secundum dictam extimationem valorem annuum non excedunt, quorum possessionem nondum habet, ac dispensatione de duobus incompatibilibus et gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Florentie, pridie Kalendas Aprilis, anno secundo.

---

(1) No ms. *Cocha*, com sinal de erro.

(2) Cf. nota 1 do n.º 8.

234

1419, Março 31

Cristóvão Afonso, sacerdote da diocese de Coimbra, pede a confirmação da permuta e respectiva provisão feita por Dionísio Anes, deão de Lisboa, da quartanaria lisbonense, pertencente a Fernando Afonso que receberia em troca a porção da igreja paroquial de S. João de Lisboa.

Reg. Suppl. 123, fl. 31.

Beatissime Pater, vacante perpetua portione sine cura, quartanaria vulgariter nuncupata, in ecclesia Ulixbonensi, per renuntiationem devoti vestri Fernandi Alfonsi, causa permutationis pro perpetua portione sine cura in parrochiali ecclesia sancti Johannis Ulixboñ cum devoto vestro Cristoforo Alfonsi, presbytero Colimbriensis diocesis, in manibus venerabilis viri Dyonisii Johannis, decani Ulixbonensis, vicarii in spiritualibus seu administratoris dicte Ulixbonensis ecclesie, facte, idem Dyonisius decanus et vicarius, ut premittitur, prefato Cristoforo de eadem quartanaria, vigore renuntiationis et permutationis huiusmodi, providit eamque ex tunc tenuit et possedit, prout etiam tenet et possidet de presenti, timetque idem Christoforus provisionem et permutationem et assecutionem huiusmodi certis de causis viribus non subsistere. Supplicat igitur eidem S. V. dictus Christoforus, cum quo alias ut, non obstante defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ut, eo non obstante, ad minores ordines et unum sine cura ordinaria primo et deinde ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri et duo alia beneficia ecclesiastica, etiam si alterum ipsorum curatum foret, obtinere posset, apostolica extitit auctoritatibus dispensatum, quatinus permutationem, provisionem et assecutionem

predictas ratas habentes et gratas sibique de dicta quartanaria, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per renuntiationem huiusmodi vel per contractum matrimonii vel alio quovis modo aut ex quacumque alia persona vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata seu devoluta aut litigiosa sit, et etiam si in sacro palatio apostolico vel extra lis inter eumdem Cristoforum et quemcumque seu quoscumque alios pendeat indecisa, aut causa sit commissa, de novo eidem Cristoforo dignemini (1) misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, in cancellaria V. S. exprimenda. Cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Florentie, pridie Kalendas Aprilis, anno secundo.

---

(1) No ms., as palavras *de novo*, repetidas, mas com sinal de erro.

235

1419, Abril 1

Rodrigo Lopes, cónego do Porto, pede o canonicato e prebenda de Lisboa, vacantes pela promoção do bispo de Espoledo, ouvidor das causas do palácio apostólico, já concedidos, solicitando a confecção das letras apostólicas necessárias.

Reg. Suppl. 123, fl. 17v-18.

Beatissime Pater, alias S. V. devoto vestro Roderico Loppi, canonico ecclesie Portugalensis, de canonicatu et prebenda ecclesie Ulixbonensis, tunc per munus consecrationis devote creature vestre Jacobo [de Camplo (1)], episcopo Spoletano (2), tunc electo Pennensi, impendendum seu alias, etc., vacaturis gratiose concessit provideri. Verum, Pater Sancte, tempore date, petitioni concessionis gratie huiusmodi apposite, inter episcopum tunc electum huiusmodi et quemdam Alfonsum Martini super dictis canonicatu et prebenda lis in Romana Curia pendebat indecisa, de qua in dicta petitione nulla fuit mentio facta ipseque episcopus tunc electus postmodum unam adiudicatoriam que, nulla provocatione suspensa, in rem transivit iudicatam, pro se et contra dictum A[lfonsum] super eisdem canonicatu et prebenda sententiam reportavit et ne occasione non expressionis litis huiusmodi de eiusdem concessionis gratie viribus quomodolibet hesitetur, supplicat eidem S. dictus R[odericus] quatinus, sibi super hiis oportune consulentes, concessionis gratiam huiusmodi ac litteras desuper confectas sive conficiendas ab earum data et quecumque inde secuta valida et [fl. 18] efficacia censeri suumque effectum sortiri debere in omnibus et per omnia ac si in petitione et litteris predictis de huiusmodi lite plena et expressa mentio facta fuisset, decernere et, quatinus opus sit, dicto R[oderico] de prefatis canonicatu et prebenda, quorum fructus, etc., ducentarum quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive per huiusmodi munus dicto episcopo apud sedem apostolicam impensum sive

alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacent, et generaliter vel specialiter reservati aut devoluti sint, et super eis inter aliquos lis, cuius statum habere placeat pro expresso, in dicta Curia vel extra eam pendeat indecisa, providere dignemini. Non obstañ quod idem R[odericus] canonicatum et prebendam Portugalensis predicte, quorum septuaginta, obtinet, sibique de canonicatu et prebenda Elborensis ecclesiarum, tunc certo modo vacaturis, et quorum centum et quinquaginta librarum Turonensium similium fructus, etc., simili extimatione valorem annuum non excedunt, apostolica fuit auctoritate provisum, ac gratia expectativa et dispensatione apostolicis super defectu natalium, quem patitur de presbytero et soluta, in cancellaria apostolica exprimendis. Et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Florentie, Kalendis Aprilis, anno secundo.

---

(1) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão *de Camplo*.

(2) Cf. nota 1 do n.º 5.

236

1419, Abril 1

João de Braga, sacerdote da diocese do Porto, pede a igreja paroquial de S. Mamede de Vila Chã da dita diocese, vacante por morte de Antão Martins, depois de ter litigado sobre a mesma com Afonso Martins.

Reg. Suppl. 123, fl. 203.

Beatissime Pater. Cum alias devotus vester Johannes de Brachara, presbyter Portugalensis diocesis, parrochialem ecclesiam sancti Mametis de Villa Plana dicte diocesis, postquam super illa contra quemdam Alfonsum Martini in partibus illis litigando diffinitivam sententiam pro se et contra eumdem A[lfonsum] reportavit, appellatione postea per ipsum A[lfonsum], ab illa forsan interposita, tunc deserta, per obitum quondam Antonii Martini, extra Romanam Curiam defuncti, vacantem, ex presentatione et ordinaria institutione extiterit assecutus, asserentibus etiam nonnullis cuidam Lopo Alfonsi de prefata ecclesia, ut premittitur vacante, provisum vel concessum seu mandatum fuisse auctoritate apostolica provideri, ipsumque illam ac omne ius sibi in ea vel ad illam quomodolibet competens extra eamdem Curiam resignasse, supplicat S. V. dictus Jo[hannes] quatinus, appellatione, si que sit, existente deserta et resignatione huiusmodi admissa, sibi de dicta ecclesia, cuius fructus, etc., quindecim librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, aut per resignationem huiusmodi, sive alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, et reservata, devoluta ac litigiosa sit, dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria apostolica exprimenda et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Florentie, Kalendis Aprilis, anno secundo.

237

1419, Abril 3

Fernando Álvares, reitor da igreja paroquial de S. Martinho de Soajo, da diocese de Tui, pede o canonicato e prebenda da colegiada de Santa Maria de Guimarães, vacantes por morte de João Afonso.

Reg. Suppl. 123, fl. 116-116v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Fernandus Alvari, rector parrochialis ecclesie sancti Martini de Soayo Tudensis diocesis, quatinus, [fl. 116v] sibi specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda collegiate ecclesie secularis sancte Marie Vymaranensis Bracharensis diocesis, vacantibus ad presens per obitum Johannis Alfonsi, extra Romanam Curiam defuncti, quorum fructus, etc., quadraginta quinque librarum Turonensium parvorum, communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacent, etiam si generaliter vel specialiter reservati aut devoluti ac litigiosi sint, eidem F[ernando] dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod obtinet predictam parrochialem ecclesiam sancti Martini de Soaio, cuius fructus, etc., sexaginta librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum omnibus aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Florentie, tertio Nonas Aprilis, anno secundo.

238

1419, Abril 6

Beatriz Gonçalves Borges, freira do mosteiro de S. Bento de Rio Tinto, da diocese do Porto, pede dispensa do impedimento de ilegitimidade para ser promovida às dignidades do mosteiro.

Reg. Suppl. 123, fl. 209.

Beatissime Pater. Dudum cum devota oratrice vestra nobili muliere Beatrice Gunsalvi Borges, moniale professa ac priorissa monasterii de Rio Tinto, ordinis sancti Benedicti Portugalensis diocesis, super defectu natalium, quem patitur de nobili coniugato genita et soluta, ut ad omnia officia et administrationes ac dignitates ordinis predicti, citra tamen abbatissalem dignitatem, promoveri ipsaque libere recipere et licite retinere posset, auctoritate apostolica extitit misericorditer dispensatum, vigore cuius dispensationis, priorissatum eiusdem monasterii extitit assecuta, quem nunc tenet et possidet de presenti. Cum autem, Beatissime Pater, speratur quod eadem Beatrix, propter eius virtutes, ad abbatissales et principales prelaturas seu dignitates monasterii et ordinis predictorum eligetur et quia, obstante defectu predicto, illas assequi non poterit, supplicatur igitur

S. V. pro parte eiusdem Beatricis quatinus, sibi uberiorem gratiam facientes, secum ut, defectu huiusmodi non obstante, dignitates abbatissales seu alias prelaturas principales ordinis predicti, si sibi alias canonice conferantur seu eligatur ad illas, libere recipere et licite retinere possit et valeat, gratiose dignemini misericorditer dispensare. Constitutionibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Et cum omnibus aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Florentie, octavo Idus Aprilis, anno secundo.

239

1419, Abril 10

Álvaro Gonçalves, clérigo da diocese de Viseu, pede a meia canonia da igreja de Silves, a que renunciara Diogo Afonso e Martinho Anes, clérigo de Coimbra, que dela fora provido a seguir, renunciara também.

Reg. Suppl. 123, fl. 218-218v.

Beatissime Pater, vacante perpetuo beneficio sine cura, media canonia nuncupata, in ecclesia Silvensi, per renuntiationem Didaci Alfonsi, per quemdam procuratorem suum ad hoc legitime constitutum in manibus reverendissimi in Christo patris et domini domini Johannis, episcopi Ostiensis, vicecancellarii (1), de eodem, sic ut premittitur vacante, S. V. devoto vestro Martino Johannis, clerico Colimbriensi, provideri concessit, et quia idem Martinus certis de causis iuri sibi in dicto beneficio seu ad illud (2) quomodolibet competenti renuntiare seu resignare proponat, supplicat [fl. 218] igitur eidem S. devotus orator vester Alvarus Gunsalvi, clericus Visensis diocesis, quatinus resignationem, quam idem Martinus de dicto beneficio in manibus V. S. per procuratorem suum ad hoc legitime constitutum facit, admictere et de eodem beneficio, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sibi, cum quo alias ut, non obstante defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad omnes sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, obtinere posset, fuit auctoritate apostolica dispensatum, per resignationem huiusmodi, sive premisso, sive alio quovis modo, et per obitum cuiuscumque persone vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservatum, devolutum et litigiosum existat, dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Florentie, quarto Idus Aprilis, anno secundo.

---

(1) D. João de Brugniac, bispo de Viviers, nomeado por Clemente VII em Agosto de 1382, e pelo mesmo criado cardeal presbítero do tít. de Santa Anastásia, depois cardeal-bispo de Óstia desde Junho de 1405 e vice-chanceler, morto em 16 de Fevereiro de 1426. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 28, 36, 39, 533.

(2) No ms. *aliud*, com sinal de erro.

240

1419, Abril 11

Antão Martins, cónego de Lisboa, familiar do papa, que outrora litigara com Diogo Gonçalves, da família do cardeal D. João de Azambuja, administrador da diocese de Lisboa, sobre o canonicato e prebenda da dita sé, por temor do cardeal comprometera-se a renunciar aos canonicatos e prebendas de Viseu que possuía, e de Évora, se deles fosse provido. Agora pede para não ser obrigado a renunciar ao canonicato e prebenda de Évora.

Reg. Suppl. 124, fl. 86-86v.

Beatissime Pater. Exponitur S. V. pro parte devoti vestri Antonii Martini, canonici ecclesie Ulixbonensis, eiusdem S. familiaris, quod, cum olim ipse super canonicatu et prebenda ecclesie predicte contra quemdam Rodericum Garsie unam et sucessive ab illa interposite appellationis causa indecisa pendente et quondam Fernando Petri primo et subsequenter, eo ab hac luce subtracto, Didaco Gunsalvi in dictis canonicatu et prebenda intrusis aliam, que, nulla provocatione suspensa, in rem transivit iudicatam, contra F[ernandum] et alios tunc sua interesse pretendentes diffinitivas, etiam super illarum executione litteris apostolicis obtentis, sententias reportasset et pro eo quod dictus Didacus, bone memorie Johannis, tt. sancti Petri ad Vincula presbyteri cardinalis (1), tunc administrator in spiritualibus et temporalibus ecclesie predicte, consanguineus erat, propter inordinatos illis suffragantes favores quominus pacificam eorumdem canonicatus et prebende possessionem nancisceretur multipliciter, quamvis indebite, impediri pretimesceret aliasque tunc absque gravioribus dispendiis possessionem consequi non sperans, eamdem pro vexatione potius redimenda talia cum cardinali predicto conditiones et pacta firmavit pariter et conclusit quod, eodem cardinali ad hoc quod huiusmodi possessio ipsi A[ntonio] cederet etiam apud dictum eius consanguineum presidium impendente, ipse Antonius quemadmodum id suo proprio ad sancta Dei evangelia prestito vallavit iuramento Visenses, quos tunc obtinebat, et pro illis ex causa permutationis Elborenses, si de illis sibi quacumque auctoritate provideretur, canonicatus et prebende ad opus dicti Didaci resignare et admittere teneretur. Verum, Pater Sancte, huiusmodi conditiones et pacta, quibus ipse A[ntonius] premissis causis et simplicitate potius suadentibus condescendisse et quorum occasione de facto canonicatum et prebendam dicte ecclesie Visensis ad opus dicti D[idaci] dimisisse dinoscitur, in suam non mediocriter cedunt lesionem et iacturam, et ne etiam ad dimittendum occasione predicta canonicatum et prebendam ecclesie Elborensis, quos postmodum assecutus extitit ac tenet pacifice de presenti, arctari (2) videatur pactis et conditionibus impellentibus antedictis, supplicat eidem S. dictus A[ntonius] quatinus, sibi et eius statui super hiis paterno (3) consulentes affectu, ipsum ab huiusmodi observantia iuramenti, in quantum [fl. 86v] ipsum ad dimittendum dictos canonicatum et prebendam ecclesie Elborensis constringere prospicitur ut prefertur, et etiam de transgressione forsitan super eo quod illos hactenus non dimisit, absolvere ac illud quoad hoc penitus et omnino relaxare, eumdem quoque A[ntonium] ad huiusmodi observantiam deinceps quomodolibet non teneri nec ad eam quavis auctoritate compelli posse decernere

dignemini. Non obstantibus premissis ac aliis contrariis quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de absolutione et iuramento. O.*

Datum Florentie, tertio Idus Aprilis, anno secundo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 149.
(2) No ms. sinal de erro.
(3) No ms. *primo*, com sinal de erro.

241

1419, Abril 18

Estêvão Leitão, cavaleiro de Lisboa, e sua mulher Inês pedem confirmação do arrendamento de certas quintas da diocese de Lisboa que lhes fez Mendo Rodrigues de Vasconcelos, mestre da Ordem de S. Tiago da Espada.

Reg. Suppl. 123, fl. 146-147.

Beatissime Pater, quondam Menendus Roderici de Vascancellos, magister militie sancti Jacobi de Spata, provide attendens quod, si nonnulle possessiones de Lagoa Alva et de Rebaldeyra, quintiane nuncupate, cum casalibus, iuribus et pertinentiis suis aliaque bona infra limites Sanclaveñ et de Turribus Veteribus villarum Ulixbonensis diocesis consistentia et ad magistrum dicte militie pro tempore existentem pertinentia alicui sub certo annuo censu concederentur, exinde prefate militie maius commodum perveniret, possessiones et bona predicta idem magister pro se et etiam tamquam [fl. 146v] procurator nonnullorum militum dicte militie, quorum consensus iuxta illius statuta et consuetudines in talibus interveniri debet, devotis vestris nobili viro Stephano Leyton, militi Ulixbonensi, ac nobili mulieri Agneti, eius uxori, et uni persone, quam ex eis superstes duceret nominandam, per illos possidenda [et] tenenda sub certo annuo censu seu canone, tunc express., etiam per ipsos et eamdem personam dicto magistro pro tempore existenti annis singulis persolvendo, in emphiteosim duxit concedenda, prout in instrumento desuper confecto dicitur plenius contineri. Et quia, Pater Beatissime, prefati coniuges dubitant concessionem huiusmodi certis de causis viribus non subsistere et presertim ex eo quod in procuratorio eidem magistro per dictos milites confecto (1) inter alia dicitur contineri quod magister prefatus bona dicti ordinis familiaribus suis seu nutritiis arrendare, emphitioticare seu alio quovis modo minime concedere posset et Agnes prefata dicti magistri filia carnalis extiterit, supplicant igitur S. V. humiliter iidem coniuges, qui iam satis utilia et meliorationes quamplurimas in eisdem bonis fecerunt, quatinus alicui probo viro in partibus illis et, si placet, priori monasterii sancti Vincentii Ulixboneñ per priorem soliti gubernari, committere et mandare dignemini quatinus super premissis summarie, simpliciter et de plano se informet et, si per huiusmodi informationem ita esse reppererit et quod huiusmodi concessio in evidentem utilitatem magistri pro tempore existentis ac dicte militie fuerit facta, dictam concessionem et quecumque inde secuta auctoritate apostolica approbet et confirmet, supplentes omnes defectus intervenientes

in eisdem, non obstañ clausula in dicto procuratorio contenta ut prefertur. Et quia, Pater Beatissime, nobilis vir dictus Johannes, filius serenissimi principis regis Portugalie, magistratum prefatum administrat, dicti coniuges timent quod si super dictis bonis molestentur in eisdem regnis non sperant consequi [fl. 147] iustitie complementum, dignetur igitur S. V. quod super premissis nonnisi in Romana Curia tamquam communi patria respondere teneantur nec contra eos alibi super huiusmodi bonis et eorum fructibus agi possit. Non obstañ etiam si iam lis contra eos in partibus agitetur ac sequestratione fructuum dictarum possessionum, que ut dicitur, de mandato ipsius domini Johannis, in manibus colonum possessionum huiusmodi fuit facta, et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat de confirmatione, si in evidentem, etc., et committatur. O.*

Datum Florentie, decimo quarto Kalendas Maii, anno secundo.

(1) No ms. sinal de erro.

242

1419, Abril 24

Gomes Lourenço, subdiácono da diocese de Lisboa, pede a graça de continuar a exercer as suas Ordens, apesar de ter sido castigado e encarcerado nos cárceres do arcebispado de Lisboa por ter deflorado uma jovem, a quem teve de pagar certa soma de dinheiro.

Reg. Suppl. 123, fl. 153-153v.

Beatissime Pater, exponitur S. V. pro parte devoti vestri Gometii Laurentii, subdiaconi Ulixbonensis diocesis, quod olim ipse, spiritu diabolico instigante, quamdam puellam violenter defloravit et propterea carceribus Curie archiepiscopalis Ulixbonensis mancipatus ac publice instalatus fuit et ratione dicte deflorationis certam pecunie summam, in qua etiam in eadem Curia condempnatus eidem puelle extitit, solvit. Et quia, Pater Beatissime, idem Gometius de sic per eum commissis ab intimis dolet cupiatque in suis susceptis ordinibus Domino famulari et ad diaconatus et presbyteratus ordines promoveri, supplicat igitur S. V. idem G[ometius] quatinus, sibi paterno compatientes affectu (1), ipsum ab huiusmodi et peccatis suis aliis absolvi mandare ac omnem inhabilitatis et [fl. 153v] infamie maculam sive notam, quam propter huiusmodi instalationem incurrit, abolere ipsumque ad pristinum statum restituere et ad dictos ordines promoveri et quecumque beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura invicem compatientia, si sibi alias canonice conferantur, recipere et retinere valeat, concedere, secum super irregularitate, si quam occasione premissorum immiscendo se divinis, non tamen in contemptum clavium, contraxit, dispensare dignemini. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ad beneficia simplicia. O.*

Datum Florentie, octavo Kalendas Maii, anno secundo.

(1) No ms. *effectu*, com sinal de erro.

243

1419, Abril 24

Estêvão Anes, porcionário na igreja de Santo Estêvão de Lisboa, pede a quartanaria lisbonense, vacante por renúncia de Lopo das Regras.

Reg. Suppl. 124, fl. 149-149v.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. humilis et devotus vester Stephanus Johannis, portionarius in parrochiali ecclesia sancti Stephani Ulixboneñ, quatinus sibi de perpetuo beneficio sine cura, quartanaria nuncupato, in ecclesia Ulixbonensi, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, quod tanto tempore vacavit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam est legitime devoluta, sive premisso, sive alio quovis modo et ex quacumque persona seu per renuntiationem cuiusdam Lopi de Regas, in manibus cuiuscumque ad id potestatem habentis aut coram notario et testibus sponte factam, vacet, etiam si specialiter vel generaliter reservata vel alias devoluta existat, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod idem Stephanus quamdam perpetuam portionem sine cura in dicta ecclesia sancti Stephani obtinet, et de quadam alia perpetua [fl. 149v] portione etiam sine cura in parrochiali ecclesia sancti Andree de Mafara Ulixbonensis diocesis, tunc certo modo vacante, auctoritate apostolica provisum extitit, cuius possessionem non habet, et quarum fructus, etc., triginta librarum dicte monete secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Florentie, octavo Kalendas Maii, anno secundo.

244

1419, Abril 26

Vasco Afonso, prior do mosteiro de S. Salvador de Freixo da diocese de Braga, dos cónegos regrantes de Santo Agostinho, em litígio com João Afonso sobre o mesmo priorado, após a morte deste, pede para ser reintegrado em todos os direitos ao priorado.

Reg. Suppl. 124, fl. 223-223v.

Beatissime Pater, vertente lite in vestro palatio apostolico causarum successive coram diversis auditoribus inter devotum oratorem vestrum Vallascum Alfonsi, priorem prioratus sancti Salvatoris de Freyxeo Bracharensis diocesis et quemdam Johannem Alfonsi de [fl. 233v] et super eodem prioratu qui ordinis canonicorum regularium sancti Augustini existit, ratione certi monitorii ac aliorum in dicta causa deductorum et ipsorum occasione, tandem coram eisdem auditoribus ad nonnullos actus extitit processum, quos

actus et totius cause statum hic dignemini habere pro sufficienter expressis. Cum autem, Beatissime Pater, lite huiusmodi indecisa pendente, idem Johannes Alfonsi extra Romanam Curiam decesserit, supplicat igitur S. V. idem V[allascus] quatinus auditori cause, coram quo ultimo remansit, committere et mandare dignemini ut eumdem Vallascum in omni iure et ad omne ius, si quod eidem Johanni tempore sui obitus in dicto prioratu competebat ac quomodolibet competere poterat, necnon ad possessionem ipsius, quam idem Johannes tenebat ac iuris predicti prosecutionem auctoritate apostolica surroget, ac eidem Vallasco de eodem prioratu, qui dignitas conventualis principalis et curata existit cuiusque fructus quadringentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona, sive per constitutionem *Execrabilis* vacet, et generaliter vel specialiter reservatus aut devolutus sit, auctoritate eadem de novo provideat. Non obstañ quod obtinet parrochialem ecclesiam de Rio de Moynhos Portugalensis diocesis, sub certis conditionibus in commendam, cuius fructus, etc., octuaginta librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt. Et cum omnibus aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Florentie, sexto Kalendas Maii, anno secundo.

245

1419, Maio 1

Nuno Gonçalves de Góios, freire da Ordem do Hospital, pede a confirmação do priorado do Crato, que lhe fora concedido por morte de Álvaro Gonçalves Camelo.

Reg. Suppl. 124, fl. 136-136v.

Beatissime Pater, cum devoto vestro Nuno Gunsalvi de Goyos, fratri Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, postquam secum super defectu natalium, quem patitur de fratre etiam expresse professo dicti Hospitalis genitus et [fl. 136v] soluta, ut inter alia dignitates, administrationes et officia, per fratres eiusdem Hospitalis gubernari consueta, obtinere valeret, apostolica fuerat auctoritate dispensatum, de prioratu de Crato dicti Hospitalis in regno Portugalie, tunc per obitum quondam Alvari Gunsalvi Camello, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, per superiorem dicti ordinis fuerit provisum, ut huiusmodi provisio uberioris apostolici muniminis presidio roboretur, supplicat S. V. dictus N[unus] quatinus sibi de prioratu predicto, cuius fructus, etc., iiii.m librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur sive alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, et generaliter vel specialiter reservatus aut devolutus sit, de novo providere et secum, in quantum expediat, quod illum recipere ac retinere valeat, dispensare dignemini. Non obstante quod idem N[unus] preceptoriam de Faya dicti Hospitalis Bracharensis diocesis obtinet et sibi etiam de preceptoriis de Ansemil et de Belveer dicti Hospitalis Egitaniensis et Visensis diocesum extitit provisum, quorum omnium fructus, etc., mille librarum Turo-

nensium similium secundum predictam extimationem valorem annuum non excedunt, necnon statutis, consuetudinibus ac stabilimentis eiusdem Hospitalis ceterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Florentie, Kalendis Maii, anno secundo.

246

1419, Maio 1

Pedido quanto à expedição das letras apostólicas sobre as petições do Infante D. Duarte a favor de Gil Lourenço e Fernando Afonso, com impedimento de ilegitimidade.

Reg. Suppl. 124, fl. 250v.

Dignetur S. V. litteras apostolicas super petitionibus superius scriptis Egidii Laurentii et Fernandi Alfonsi, defectum natalium patientium, pro quibus devotissimus filius S. eiusdem Eduardus, regnorum Portugalie et Algarbii primogenitus, V. S. supplicavit, ut in eisdem petitionibus continetur, etiam ad canonicatus et prebendas cathedralium et collegiatarum ecclesiarum per cancellariam apostolicam expediri mandare, cum signatura eiusdem S. in eisdem petitionibus apposita quoad eosdem canonicatus et prebendas minime suffragetur. Constitutionibus apostolicis et regulis cancellarie et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Et cum aliis clausulis et non obstañ in eisdem petitionibus contentis. — *Fiat pro utroque. O.*

Datum Florentie, Kalendis Maii, anno secundo.

247

1419, Maio 1

Petição de Vasco Domingues sobre as letras apostólicas relativas à igreja paroquial de S. Salvador de Galegos da diocese do Porto, com menção de certas cláusulas omitidas na súplica anterior.

Reg. Suppl. 125, fl. 1-1v.

Reformatio Valasci Dominici super ecclesia sancti Salvatoris de Gallegos (1) Portugalensis diocesis (2).

Beatissime Pater. Cum in petitione, cuius copia premictitur, de voluntate S. V. in litteris suis super expectativa gratia devoto vestro Valasco suprascripto concessa de

prefata ecclesia sancti Michaelis in vim assecutionis dignitatis, etc., per easdem litteras faciende dimictenda non extiterit mentio facta, ac signatura eiusdem S. quoad dispensationem inibi petitam minime sufficiat, ne propterea dictus Valascus prefate petitionis destituatur effectu, dignetur eadem S. litteras apostolicas super dicta petitione conficiendas cum dispensatione quod ipse V[alascus] easdem parrochiales ecclesias insimul per quinquennium retinere valeat, cum potestate permutandi, etc., expediri mandare dignemini, voluntate predicta ac non obstañ et clausulis in eadem petitione contentis ac aliis oportunis. — *Fiat ad sex menses. O.*

Datum Florentie, Kalendis Maii, anno secundo.

(1) No ms. *Callegas.*
(2) Palavras na margem esquerda do texto.

248

1419, Maio 3

Petição dos porcionários da igreja de Santa Cruz de Lisboa sobre a redução do número de porcionários da igreja.

Reg. Suppl. 124, fl. 140.

Beatissime Pater. Cum in parrochiali ecclesia sancte Crucis Ulixboneñ antiquitus octo beneficia, portiones nuncupata, ex quibus vicarius curatus pro tempore existens in eadem duas pro se recipit et sex alie singulis personis portionariis (1) nuncupatis, quotiens tempus vacationis occurrit, conferuntur, instituta fuerint et licet olim quilibet portionarius de fructibus dicte portionis taliter qualiter se sustentare poterat, nichilominus, crescente temporis malitia, fructus, etc., earumdem ita diminuti sunt quod quilibet portionarius, qui numero sunt sex, per partem fructuum sibi contingentem minime sustentare et onera sibi incumbentia supportare potest, supplicant igitur S. V., Beatissime Pater, portionarii dicte ecclesie quatinus, pie premissis attentis, alicui probo viro in partibus illis commictere et mandare dignemini quatinus de premissis se informet et, si ea vera esse reppererit, numerum ipsorum portionariorum sex ad numerum quatuor auctoritate apostolica deducat, ita quod fructus duarum portionum, qualitercumque ibidem primo vacaturarum, aliis quatuor portionibus et portionariis per ratam partem applicentur et uniantur neque alicui alii apostolica vel alia quavis auctoritate ad dictas duas portiones admictantur quousque ad dictum numerum quatuor sit deventum, concedere dignemini, cum non obstant. et clausulis oportunis. — *Fiat et commictatur Ordinario. O.*

Datum Florentie, quinto Nonas Maii, anno secundo.

(1) No ms. *portionarii.*

249

1419, Maio 5

D. João I, rei de Portugal, pede ao papa dispensa para seu filho o Infante D. Henrique poder casar-se com qualquer pessoa em grau de parentesco proibido, excepto da lei divina.

Reg. Suppl. 125, fl. 81. Publicada em *Monumenta Henricina*, II, n. 156, p. 316.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. devotissimus eiusdem S. filius Johannes, Portugalie et Algarbii rex, quatinus cum devoto eiusdem S. et sancte Romane Ecclesie filio Henrico, dicti regis tertiogenito, ut cum quacumque persona, in quocumque gradu, divina tamen lege non prohibito, ei coniuncta, contrahere matrimonium et in eo, postquam contractum fuerit, perpetuo remanere libere et licite valeat misericorditer dispensare, prolem exinde suscipiendam legitimam nuntiantes, constitutionibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ultra secundum gradum. O.*

Datum Florentie, tertio Nonas Maii, anno secundo.

250

1419, Maio 5

Fernando Anes de Óbidos, sacerdote da diocese de Lisboa, pede a igreja colegiada de Ferreira, vacante pelo facto de Álvaro Ferreira, reitor da dita igreja, se não ter feito ordenar de sacerdote, como estava obrigado pela constituição dada pelo papa no concílio de Constança.

Reg. Suppl. 129, fl. 254v-255.

Beatissime Pater. Cum abbatia collegiate secularis ecclesie de Ferreyra Portugalensis diocesis ad presens vacare noscatur ex eo quod quidam Alvarus Ferreyra, eiusdem ecclesie abbas et rector, iuxta constitutionem per V. S. Constantie editam quod omnes et singuli beneficia ecclesiastica obtinentes, de iure vel consuetudine sacerdotium [fl. 255] requirentia, tenerentur infra sex menses ad sacerdotium promoveri, quibuscumque dispensationibus apostolicis et aliis in contrarium editis non obstantibus, se non fecerit ad predictum sacerdotium promoveri, supplicat igitur S. V. devotus orator vester Fernandus Johannis de Obidis, presbyter Ulixbonensis diocesis, quatinus sibi de dicta abbatia, cuius fructus, etc., centum viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, que principalis et curata ac electiva existit, sive premisso, aut alias quovis modo, vel ex alterius cuiuscumque persona vacet, et generaliter vel specialiter reservata

aut devoluta sit, qui quidem Alvarus sancte Romane Ecclesie prothonotarius est, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod nuper sibi de scolastria ecclesie Ulixbonensis, quam et omne ius, si sibi in ea competit, paratus est dimittere, dum, etc., concessum fuit provideri, cuius fructus, etc., centum viginti librarum predicte monete simili extimatione valorem predictum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum aliis non obstant. et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Florentie, tertio Nonas Maii, anno secundo.

251

1419, Maio 10

Frei João do Porto, franciscano, do convento de Leiria, diocese de Coimbra, porque ajudou a prender um preso que tinha fugido dos cárceres régios, de nome Diogo Afonso, o qual foi condenado depois à morte, temendo ter incorrido em alguma pena eclesiástica por isso, pede ao papa lhe faculte a recepção de todas as Ordens, mesmo do sacerdócio.

Reg. Suppl. 125, fl. 88-88v.

Beatissime Pater, cum olim quidam Didacus Alfonsi, laicus, culpis et demeritis exigentibus suis, per officiales Curie secularis in regno Portugalie carceribus dicte Curie mancipatus foret, tamen quadam die, oportunitate captata, a dictis carceribus affugit, postea vero custos dictorum carcerum, qui etiam propter eius fugam multa dampna passus fuerat, Didacum laicum in opido Sancta[re]neñ Ulixbonensis diocesis, in quo pro tunc serenissimus princeps Johannes, rex Portugalie cum sua Curia residebat, repperiens, devotum vestrum Johannem de Porto, ordinis Minorum professum et conventus opidi de Larena Colimbriensis diocesis nunc, tunc in seculari ac in minoribus existentem ordinibus, rogavit quatinus ipsum ad prefatum Didacum laicum capiendum iuvaret, prefatus vero Johannes, precibus eiusdem custodis inclinatus, dictum Didacum laicum cepit seu apprehendit et carceribus Curie dicti domini regis iterum mancipatus extitit ac culpis et demeritis exigentibus suis, ut premittitur, patibulo fuit suspensus. Et quia, Pater Beatissime, dictus Johannes timet quod si operam in premissis non dederat dictusque laicus per eum apprehensus non fuerat et sic mortem huiusmodi forsan non subiierat et de premissis ab intimis dolens cupiatque in dicto ordine [fl. 88v] Domino famulari et ad omnes, etiam presbyteratus, ordines promoveri, supplicat igitur S. V. dictus Johannes quatinus ipsum ab omni irregularitatis ac infamie et inhabilitationis macula sive nota, si quam forsan occasione premissorum contraxit, abolere, ipsumque ad pristinum statum restituere et a premissis ac peccatis suis aliis absolvi mandare secumque ut ad omnes etiam presbyteratus ordines promoveri et in ipsis ministrare libere et licite valeat, dispensare dignemini, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Florentie, sexto Idus Maii, anno secundo.

252

1419, Maio 10

Fernando Anes de Óbidos, sacerdote da diocese de Lisboa, renova o pedido da igreja colegiada de Ferreira, por ter omitido na súplica anterior a menção do canonicato e prebenda de Évora.

Reg. Suppl. 130, fl. 25-25v.

Beatissime Pater. Nuper S. V. devoto oratori vestro Fernando Johannis de Obidis, presbytero Ulixbonensis diocesis, gratiam fecit de abbatia collegiate ecclesie secularis de Ferreyra Portugalensis diocesis, ex eo vacante quod quidam Alvarus Ferreyra, eamdem ecclesiam obtinens et sacerdotium requirentem, se non fecit, ut tenebatur, iuxta constitutionem super hoc per eamdem S. Constantie editam, ad predictum sacerdotium promoveri. Cum autem, Pater Sancte, ex inadvertentia omissum est fieri mentionem in supplicatione, quam super eadem ecclesia S. V. pro eodem Fernando signavit, de canonicatu et prebenda ecclesie Elborensis, quorum fructus, etc., centum viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, de quibus per eamdem S. concessum est sibi provideri, dignetur S. eadem litteras apostolicas super eadem petitione conficiendas cum expressione canonicatus et prebende [fl. 25v] predictorum et valoris ipsorum per cancellariam apostolicam expediri mandare dignemini et cum aliis non obstañ et clausulis, in eadem petitione contentis, et aliis clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Florentie, sexto Idus Maii, anno secundo.

253

1419, Maio 12

Afonso Martins, reitor da igreja paroquial de S. Pedro de Miragaia, da diocese do Porto, que estudou direito canónico durante seis anos, de posse também da igreja de S. Pedro de Teixeira da mesma diocese, pede prorogação da dispensa para reter essas igrejas.

Reg. Suppl. 124, fl. 174v.

Beatissime Pater, olim cum devoto vestro Alfonso Martini, rectore parrochialis ecclesie sancti Petri de Miragaya Portugalensis diocesis, qui per sex annos in iure canonico studuit, ut quodcumque beneficium ecclesiasticum curatum seu alias incompatibile, etiam si parrochialis ecclesia aut dignitas, personatus vel officium cum cura in metropolitana cathedrali aut collegiata ecclesia et dignitas ipsa in cathedrali seu metropolitañ maior post pontificalem aut in collegiata ecclesia huiusmodi principalis et electiva foret, si sibi alias canonice conferretur vel assumeretur ad illud, cum dicta ecclesia sancti Petri per quinquennium insimul retinere libere et licite valeret et quod infra huiusmodi quinquen-

nium alterum ipsorum pro alio beneficio ecclesiastico cum eorum reliquo compatibili permutare posset auctoritate apostolica extitit dispensatum, prout in litteris apostolicis desuper confectis plenius continetur. Postmodum vero, Beatissime Pater, idem Alfonsus parrochialem ecclesiam sancti Petri de Teixeyra dicte diocesis, tunc certo modo vacantem, canonice sibi collatam, assecutus extitit, quas de Myragaya et de Teixeira ecclesias predictas, vigore dicte dispensationis, ex tunc tenuit et possedit, prout etiam tenet et possidet de presenti. Cum autem, Pater Beatissime, finis dicti quinquennii instet in brevi ac dicte parrochiales ecclesie modici valoris existant, cum earum fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedant, dignetur igitur S. V., pie premissis attentis, quatinus dictam dispensationem prefato Alfonso ut premittitur factam in omnibus et per omnia a fine dicti quinquennii ad aliud quinquennium extendere ut exinde prefato A[lfonso] aliquod ecclesiasticum stipendium, unde se competenter sustentare valeat, apostolico auxilio consequatur. Non obstañ gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ad biennium. O.*

Datum Florentie, quarto Idus Maii, anno secundo.

254

1419, Maio 17

Frei João de Morais, bispo de Badajoz, pede conservatórias por sete anos.

Reg. Suppl. 126, fl. 143-143v.

Dignetur S. V. devote facture vestre fratri Jo[hanni] de Morales, episcopo Pacensi, conservatoriam ad septennium concedere [fl. 143v] ut in forma. — *Fiat ad quinquennium. O.*

Datum Florentie, sextodecimo Kalendas Junii, anno secundo (1).

(1) Cf. nota 2 do n.º 185.

255

1419, Maio 22

Rodrigo Lopes, cónego do Porto, pede o canonicato e prebenda de Évora, vacantes pela promoção do bispo de Coimbra D. Fernando Martins Coutinho, que lhe tinham sido já concedidos, mas temia vir a ser privado desse direito porque o bispo de Espoledo, ouvidor das causas do palácio apostólico, os tinha aceitado em virtude de certa graça expectativa.

Reg. Suppl. 125, fl. 216v.

Beatissime Pater. Dudum devotus orator vester Rodericus Loppi, canonicus ecclesie Portugalensis, de canonicatu et prebenda ecclesie Elborensis, quos reverendus pater Fernandus Martini Cotinho, episcopus Colimbriensis (1) tempore sue promotionis ad eamdem ecclesiam Colimbriensem tenebat et possidebat, quique per promotionem eamdem et munus consecrationis sibi impendendum aut per lapsum temporis de consecrandis episcopis, etc., vacare sperabantur, sibi auctoritate apostolica obtinuit provideri, ut in litteris apostolicis inde confectis plenius continetur. Cum autem, Beatissime Pater, reverendus pater dominus Jacobus de Camplo, episcopus Spoletanus (2), tunc sacri palatii apostolici causarum auditor, etiam eosdem canonicatum et prebendam, vigore cuiusdam gratie expectative, acceptaverit et de illis obtinuit provideri et idem Ro[dericus] timeat super ipsis canonicatu et prebenda et iure suo, si quod in illis habet, propterea impediri, supplicat igitur S. V. Ro[dericus] predictus quatinus sibi de dictis canonicatu et prebenda, quorum fructus, etc., centum viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per munus consecrationis eidem Fernando Colimbriensi aut Jacobo Spoletano episcopis predictis iam impensum seu per lapsum temporis de consecrandis episcopis, a canonibus diffiniti, aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacent, et generaliter vel specialiter reservati aut devoluti ac litigiosi in Romana Curia vel extra sint, de novo dignemini misericorditer providere. Non obstañ canonicatu et prebenda ecclesie Portugalensis, quos obtinet, quorum septuaginta, et quod sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Ulixbonensis, certo modo vacaturis, quorum fructus, etc., ducentarum quinquaginta librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, sibi auctoritate apostolica extitit provisum, ac gratia expectativa et dispensatione apostolica super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, cum quo ad premissa sufficienter extitit dispensatum, in cancellaria apostolica exprimenda. Et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Florentie, undecimo Kalendas Junii, anno secundo.

---

(1) Cf. nota 2 do n.º 112.
(2) Cf. nota 1 do n.º 5.

256

1419, Maio 26

Certos mosteiros beneditinos de Compostela possuíam bens em Portugal, nomeadamente em Barcelos e em Ponte do Lima, de que nada recebiam por causa das guerras e discórdias entre Portugal e Castela, durante o Cisma, razão pela qual os abades e abadessa desses mosteiros pedem licença para venderem tais bens existentes em Portugal e comprarem outros em Castela.

Reg. Suppl. 126, fl. 36-36v.

Beatissime Pater. Cum monasteria sancti Justi ordinis sancti Benedicti Compostellane diocesis possessionem, Couto de Paredes nuncupatam, in diocesi Tudensi, et

sancti Pelagii de Sanctaltares Compostellañ eiusdem ordinis possessiones, etiam Couto de Mazarefes nuncupatam, ac in districtu de Barcellis Bracharensis diocesis et nonnullas alias in districtu Pontis de Lima eiusdem diocesis existentes, monasterium vero de Tominho monialium dicti ordinis aliquas etiam in dicta Tudensi diocesi et in regno Portugalie obtineant, que quidem monasteria in dominio regis Castelle constructa sunt, ac propter discordias et guerras, operante humani generis inimico, inter serenissimos principes reges Castelle et reges Portugalie, iam adiu exortas, ac occasione scismatis in Dei ecclesia alias vigentes, monasteria prefata a dictis possessionibus nichil perceperunt et sic huiusmodi possessiones modice ymmo nullius utilitatis monasteriis antedictis existunt, et si prefate possessiones venderentur eorumdem monasteriorum evidens utilitas sequeretur, cum exinde possessiones alie et in regno Castelle, in quo dicta monasteria sita sunt, ut prefertur, emi poterunt et unde nullum commodum monasteriis prefatis provenit, proveniet in futurum ex venditione antedicta, supplicant igitur S. V. humiliter sancti Justi et sancti Pelagii abbates ac abbatissa de Tominho et conventus monasteriorum predictorum quatinus, pie premissis attentis, alicui probo viro in partibus illis et, si placet, abbati monasterii sancti Salvatoris de Turre dicti ordinis Tudensis diocesis committere et mandare dignemini ut super huiusmodi negotio se informet et si premissa vera esse reppererit, tunc abbatibus ac abbatisse et conventibus prefatis ut venditionem huiusmodi cum persona seu personis, cum qua seu quibus venditionem [fl. 36v] predictam ac conditionem suam meliorare poterunt facere valeant, auctoritate apostolica licentiam concedat et alia faciat que in premissis seu circa eam necessaria fuerint seu etiam quomodolibet oportuna, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat et commictatur episcopo Tudensi. O.*

Datum Florentie, septimo Kalendas Junii, anno secundo.

257

1419, Maio 28

Afonso Martins, clérigo da diocese de Évora, pede a igreja de S. Pedro de Este, da diocese de Braga.

Reg. Suppl. 127, fl. 102-102v.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. humilis et devotus vester Alfonsus Martini, clericus Elborensis diocesis, quatinus sibi de parrochiali ecclesia sancti Petri dEste Bracharensis diocesis, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, que tanto tempore vacavit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam est legitime devoluta, sive premisso sive alio quovis modo et per obitum cuiuscumque persone vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata et litigiosa existat, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod nuper eadem S. dicto Alfonso de heremitorio beate Marie circa opidum Sancteraneñ Ulixbonensis diocesis et beate Marie de Spinheiro Elborensis diocesis, quorum fructus triginta librarum dicte monete secundum eamdem [fl. 102v] extimationem valorem annuum non excedunt, certo modo provideri concessit, ac gratia expecta-

tiva, in cancellaria exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro omnibus tribus et secundus inscribat se et quod adhereat post obviam* (1) *datam per regem Castelle. O.*

Datum Florentie, quinto Kalendas Junii, anno secundo.

(1) No ms. *obiam.*

258

1419, Junho 2

Frei Diogo Lourenço, franciscano, acólito da diocese da Guarda, tendo matado, sem querer, um velho, antes de entrar na Ordem, pede para continuar a viver como frade no convento de S. Francisco da Observância e receber as Ordens sacras.

Reg. Suppl. 126, fl. 226v-227.

Exponitur S. V. pro parte devoti vestri fratris Didaci Laurentii, ordinis fratrum Minorum professoris, acoliti Egitaniensis diocesis, quod, cum ipse olim, ante ingressum religionis, in minoribus dumtaxat ordinibus constitutus esset, cum quodam suo socio tempore nocturno et more iuvenum in quamdam pergerent vineam pro mandendis uvis, casu euntes per quemdam locum obscurum ille qui hec exponit vidit contra se quoddam nigrum, de quo multum perterritus, eo quod quid esset ignoraret, habens in manu quemdam lapidem improvise et sine proposito malitie proiecit illum in illum locum opacum et sicut se volvit per infortunium [fl. 227] percussit, sicut postea repertum est, quemdam senem et quid esset non intelligebat, nisi per vocem clamantis et dicentis ay, ex quo constat nullatenus nullam habuisse malam intentionem nocendi ei, cui casualiter nocuit, nec alicui alii, teste Deo; factum est ut post aliquos dies iste exponens senserit illum senem decessisse et quod esset senex vel iuvenis penitus ignorabat, nisi quod ille qui talia ei referebat dixit sibi: Tu percussisti senem quemdam cum uno lapide, qui iam est in puncto mortis, et sic contigit ut paucis diebus supervenientibus, iste talis moreretur, de qua re multum condoluit et gravatur conti.^{us} a conscientia sua, licet dubius an naturaliter vel ex illius lapidis ictu decesserit, tamen quia ad presens [in] monasterio observantie sancti Francisci professus est, intendit, Deo cohoperante, usque ad finem fideliter Domino deservire, suique delicti, quamvis incerti, et aliorum commissorum penitentiam condignam agere, cupiens insuper Deo familiarius apropinquare ministeriisque sanctis suam mentem imbuere per assumptionem, quamvis indignus, ordinum sacrorum, expostulat humiliter ut, pie considerato decessionem illius senis sub tali ambiguitate consistere mentemque suam sinceram fuisse nolle ei nec cuiquam nocere, dignetur igitur S. V. eum de tali homicidio dubio misericorditer absolvi et taliter secum dispensare super irregularitate premissorum, quod valeat ad omnes, ut dictum est, ordines promoveri favore religionis ac in ipsis postquam promotus fuerit libere et licite ministrare valeat de gratia vestra speciali. — *Fiat ut petitur, si non est scandalum. O.*

Datum Florentie, quarto Nonas Junii, anno secundo.

259

1419, Junho 9

Diogo Gonçalves, perpétuo porcionário na igreja paroquial de S. Lourenço de Lisboa, renova o pedido de dispensas já alcançadas, pelo facto de terem ocorrido omissões na súplica anterior.

Reg. Suppl. 126, fl. 294.

Beatissime Pater. Olim cum devoto vestro Didaco Gunsalvi, perpetuo portionario in parrochiali ecclesia sancti Laurentii Ulixboneñ ut super defectu natalium quem patitur ad minores et unum sine cura, ordinaria primo, cuius dispensationis vigore, ad dictos minores, postmodum vero ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri et tria beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebende in metropolitañ seu cathedralibus aut collegiatis ecclesiis forent, ac unum ipsorum dignitas, personatus vel officium cum cura vel sine cura, et dignitas ipsa in metropolitañ seu cathedrali maior post pontificalem aut in collegiatis ecclesiis huiusmodi principalis et electiva foret, apostolica auctoritatibus extitit dispensatum, cuius dispensationis vigore, ad omnes etiam sacros ordines fuit promotus et perpetuam portionem sine cura in dicta ecclesia sancti Laurentii, tunc certo modo vacante, extitit assecutus. Et quia, Pater Beatissime, in dictis dispensationibus fuerit expressum quod prefatus Didacus de soluto sit genitus et soluta, cum revera sit de clerico beneficiato et soluta, propterea timeat dispensationes prefatas viribus non subsistere, supplicat igitur S. V. dictus Didacus quatinus dispensationes antedictas ab earum data et quecumque exinde secuta perinde valere decernere et declarare ac si in ipsis quod dictus Didacus non de soluto et soluta, sed de clerico beneficiato genitus et soluta, mentio facta foret, sibi concedere dignemini gratiose. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Florentie, quinto Idus Junii, anno secundo.

260

1419, Junho 9

Vasco Afonso de Borrantes, sacerdote da diocese de Tui, pede a igreja paroquial de Santa Maria de Caminha, vacante por morte de Sancho Peres.

Reg. Suppl. 127, fl. 51-51v, 89.

Supplicat S. V. devotus vester Valascus Alfonsi de Borrantes, presbyter diocesis Tudensis, quatinus sibi [specialem] gratiam facientes, de parrochiali ecclesia beate Marie de Caminna diocesis predicte, vacante per obitum quondam Sancii Petri, ipsius rectoris,

extra Romanam Curiam defuncti, cuius fructus, etc., centum quinquaginta [fl. 51v] librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem, ut asseritur, valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et per quamcumque aliam personam vacet, aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam iuxta Lateranensis statuta concilii legitime devoluta, etiam si alias generaliter vel specialiter dispositioni eiusdem sedis reservata existat, eidem Valasco dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod ecclesia prefata ab anno citra per quemdam Ariam Velasci, pretensum clericum diocesis prefate, occupetur quodque idem Velascus defectum patitur in natalibus de presbytero expresse professo ordinis sancti Benedicti genitus et soluta, super quo certo modo in cancellaria apostolica [exprimendo, apostolica auctoritate] cum eodem fuit misericorditer dispensatum, ac quamdam perpetuam curatam capellaniam ecclesie parrochialis sancti Mametis de Predornes diocesis supradicte noscitur obtinere, quam, postquam ecclesie parrochialis beate Marie de Caminna predicte possessionem fuerit assecutus, paratus est dimittere, et gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda, cum aliis non obstañ et clausulis oportunis (1).

... ...

[fl. 52]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus decem et tertius inscribat se. O.

Datum Florentie, quinto Idus Junii, anno secundo.

---

(1) Vem repetida na pág. 89, com maior precisão e mais completa, segundo se pode ver pelas palavras entre [ ].

261

1419, Junho 12

Afonso Martins, escolar de direito canónico, sacerdote e reitor da igreja paroquial de S. Pedro de Miragaia, da diocese do Porto, pede benefícios na igreja paroquial de Santa Maria de Caminha, da diocese de Tui.

Reg. Suppl. 126, fl. 298.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Alfonsus Martini, scolaris in iure canonico, presbyter et rector parrochialis ecclesie sancti Petri de Miragaya Portugalensis diocesis, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, de beneficiis cum cura et sine cura nuncupatis et uni clerico seculari dari consuetis in ecclesia sancte Marie de Caminha diocesis Tudensis, per mortem Sancii Petri, quondam Bracharensis canonici et dictorum (1) beneficiorum ultimi rectoris et cure, in partibus extra Curiam Romanam defuncti, ac per tantum tempus vacantibus quod secundum statuta Lateranensis concilii collatio et provisio dictorum beneficiorum ad sedem apostolicam dicitur legitime devoluta, quorum beneficiorum fructus, etc., centum et triginta librarum Turonensium parvorum secundum communem

extimationem valorem annuum non excedunt, de dictis beneficiis vacantibus ut prefertur vel quovis alio modo et per quamcumque aliam personam vacaverint, etiam si alias dispositioni apostolice generaliter vel specialiter reservata existant, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod possessio dictorum beneficiorum per quemdam Ariam Valasci, assertum clericum, potius de facto quam de iure detineatur occupata. Non obstañ quod dictam de Miragaya et ecclesiam parrochialem sancti Petri de Teixeira Portugalensis diocesis, quorum fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, idem A[lfonsus] ex dispensatione apostolica obtinet, et non obstañ gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda, et cum omnibus aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de utroque. O.*

Datum Florentie, pridie Idus Junii, anno secundo.

---

(1) No ms. *dicti*, com sinal de erro.

262

1419, Junho 13

D. João I, rei de Portugal, pede ao papa certa soma a receber dos arcebispos, bispos e outras pessoas eclesiásticas, regulares e seculares, mesmo isentas, para manutenção de Ceuta, conquistada aos Sarracenos.

Reg. Suppl. 127, fl. 13v-14. Publicada em *Monumenta Henricina*, II, n. 157, p. 317.

Beatissime Pater. Cum quot et quantis periculis et expensis fidelissimus et devotissimus S. V. et sancte Romane Ecclesie filius Johannes, Portugalie et Algarbii rex, civitatem de Cepta a Sarracenis et infidelibus eripuerit et christiane religioni mancipavit, fama communis sufficienter divulgat et satis notorium est, sed quia, Pater Sancte, ipsa civitas, que clavis ipsorum Sarracenorum et terrarum eorumdem fuit, magna est et pre ceteris, pro eius custodia ac manutentione et defensione multarum gentium requiritur multitudo, pro quarum gentium necessariis incessanter multiplices et graves requiruntur expense, quas idem rex de cetero difficiliter, ymmo minime [fl. 14] facere et continuare potest, nisi sibi de aliquo subsidio et suffragio per sedem apostolicam subveniatur, quare dignetur S. V. eidem regi in subsidium et pro aliquali supportatione et exoneratione expensarum huiusmodi novem milia florenorum de camera, singulis annis, usque ad triennium persolvenda, concedenda a quibuscumque archiepiscopis, episcopis et aliis prelatis et personis ecclesiasticis suorum regnorum Portugalie et Algarbii, secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis, quorumcumque ordinum fuerint, petenda et exigenda concedere gratiose. Non obstantibus privilegiis, exemptionibus, constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis contrariis quibuscumque et cum aliis non obstañ et executoribus et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Florentie, Idus Junii, anno secundo.

263-265

1419, Junho 16

Diogo Afonso, reitor da igreja paroquial de S. Martinho de Sardoura da diocese de Lamego, pede o canonicato e prebenda de Lamego, vacantes por morte de Lourenço Gonçalves. Diogo Gonçalves, reitor da Igreja paroquial de Santa Maria de Fonte Arcada da diocese de Lamego, pede o canonicato e prebenda, também de Lamego, vacantes por morte de mestre Afonso. João Martins, sacerdote da diocese da Guarda, pede a igreja paroquial de S. Pedro de Várzea da mesma diocese de Lamego.

Reg. Suppl. 130, fl. 208v-209.

Beatissime Pater, vacantibus canonicatu et prebenda ecclesie Lamecensis per obitum quondam Laurentii Gunsalvi, canonici Lamecensis, extra Romanam Curiam defuncti, quidam Johannes Gunsalvi eosdem auctoritate ordinaria extitit assecutus et alter Valascus Martini, clericus Bracharensis diocesis, gratie expectative vigore, ipsos acceptavit et de eisdem sibi fecit provideri. Et deinde dictus Johannes canonicatum et prebendam eosdem et dictus Valascus ius suum eorumdem in manibus Gunsalvi, olim episcopi Lamecensis (1), resignarunt, quos canonicatum et prebendam idem episcopus cuidam Didaco Martini, qui eos possidet de presenti, contulit et pro eisdem symoniam cum predicto Valasco commisit. Supplicat igitur S. V. Didacus Alfonsi, rector parrochialis ecclesie sancti Martini de Sardoira Lamecensis diocesis, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, de dictis canonicatu et prebenda, quorum fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacantibus, sive ut premittitur, aut alio quovis modo, seu ex alterius cuiuscumque persona vacent, etiam si generaliter vel specialiter reservati et devoluti existant, sibi dignemini misericorditer provideri. Non obstañ parrochiali ecclesia predicta ac canonicatu et prebenda dicte ecclesie Lamecensis, quos non secure obtinet, quorum fructus, etc., centum viginti librarum Turonensium similium secundum extimationem predictam valorem annuum non [fl. 209] excedunt, atque gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria V. S. exprimenda, cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

264. Supplicat S. V. devotus vester Didacus Gunsalvi, rector parrochialis ecclesie sancte Marie de Fonte Archada Lamecensis diocesis, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie Lamecensis, quorum fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, per obitum quondam magistri Alfonsi, canonici Lamecensis, extra Romanam Curiam defuncti, dictosque canonicatum et prebendam quidam Johannes Gunsalvi, assertus canonicus Lamecensis, illegitime natus, auctoritate ordinaria sibi collatos illosque assecutus, sine dispensatione obtinet apostolica, vacantibus, sive premisso, sive alio quovis modo et per obitum cuiuscumque persone vacent, etiam si generaliter vel specialiter reservati et devoluti ac litigiosi existant, eidem D[idaco] dignemini misericorditer providere. Non obstañ parrochiali ecclesia predicta, quam obtinet, cuius fructus, etc., centum viginti librarum

Turonensium parvorum secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria S. V. exprimenda, cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

265. Supplicat S. V. devotus vester Johannes Martini, presbyter Egitaniensis diocesis, quatinus, sibi specialem gratiam facientes (2), de parrochiali ecclesia sancti Petri de Varzea Lamecensis diocesis, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ex eo vacante quod Johannes Gunsalvi, assertus canonicus Lamecensis, illam tunc obtinens et obtinet, se non fecit infra annum ad sacros ordines promoveri, sive premisso, sive alias quovis modo et per obitum cuiuscumque persone vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa existat, eidem Jo[hanni] dignemini misericorditer providere, cum aliis non obstant. et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et primus inscribat se* (3). *O.*

Datum Florentie, sextodecimo Kalendas Julii, anno secundo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 108.

(2) No ms. sinal de erro, a indicar a omissão da palavra *facientes*.

(3) No ms. sinal de erro, a indicar a omissão da palavra *se*.

266

1419, Junho 30

Petição de Garcia Gonçalves sobre a expedição das letras apostólicas relativas ao indulto da recepção dos rendimentos, sem obrigação da residência pessoal, visto terem ocorrido certas omissões na súplica anterior.

Reg. Suppl. 127, fl. 196.

Reformatio Garsie Gundissalvi super fructibus percipiendis (1).

Beatissime Pater. Cum in supplicatione, cuius copia prescribitur, obmissum fuerit exprimere per inadvertentiam clausule videlicet etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus, perpetue administrationes et officia et in collegiatis cathedralibus vel metropolitañ principales et maiores post pontificales fuerint, dignetur igitur S. V. litteras super huiusmodi supplicatione expediri mandare cum dictis clausulis necnon quibuscumque apostolicis ac provincialibus et sinodalibus conciliis editis ac generaliter vel specialibus constitutionibus ac statutis et consuetudinibus ecclesiarum ipsarum, iuramento vallatis, non obstantibus, cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Florentie, pridie Kalendas Julii, anno secundo.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

267

1419, Julho

João Gonçalves renova o pedido do canonicato e prebenda de Lamego, de forma a que as letras apostólicas mencionem o valor da igreja paroquial de S. Pedro de Várzea da diocese de Lamego.

Reg. Suppl. 119, fl. 143.

Reformatio Johannis Gunsalvi super canonicatu et prebenda ecclesie Lamecensis diocesis (1).

Beatissime Pater, dignetur S. V. litteras apostolicas super petitione, cuius copia superius describitur, pro devoto vestro Johanne Gunsalvi, conficiendas expediri mandare cum expressione quod [fructus] dicte parrochialis ecclesie (2) sancti Petri de Varzea Lamecensis diocesis triginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum de data currente* (3).

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

(2) No ms. *dicta parrochialis ecclesia.*

(3) As súplicas seguintes trazem a data *Florentie, decimo septimo Kalendas Augusti, anno secundo* e a imediatamente anterior *Florentie, pridie Idus Julii, anno secundo.*

268

1419, Julho 3

João Gonçalves, cónego de Lamego, pede a provisão da igreja paroquial de S. Pedro de Várzea que possuíra durante mais de três anos, recebendo os frutos, só com a Ordem de subdiácono.

Reg. Suppl. 130, fl. 150-150v.

Beatissime Pater. Cum devotus vester Johannes Gundissalvi, canonicus Lamecensis, sancte Marine de Nesperine *(sic)* primo et deinde postquam illam, etiam ad aliquem ex sacris ordinibus non promotus, per annuum cum dimidio pacifice possederat, ea dimissa, sancti Petri de Varzea (1) Lamecensis diocesis parrochiales ecclesias sibi auctoritate ordinaria collatas assecutus fuerit, etiam dictam ecclesiam sancti Petri per tres annos et ultra tenendo, ad subdiaconatus ordinem dumtaxat promotus, fructus nichilominus percipiens ex eisdem, ut super hiis eius statui et indemnitatibus oportune consulatur, supplicat S. V. dictus Jo[hannes] quatinus sibi de dicta ecclesia sancti Petri, cuius fructus, etc.,

centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per obitum quondam Fernandi Valasci, extra Romanam Curiam defuncti, sive alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, et generaliter vel specialiter reservata, devoluta ac litigiosa sit, etiam abolendo omnem inabilitatis et infamie maculam sive notam, per ipsum Johannem, premissorum occasione, contractam, providere dignemini. Non obstañ quod idem Jo[hannes] canonicatum et prebendam ecclesie Lamecensis, [fl. 150v] quorum fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium similium secundum dictam extimationem valorem annuum non excedunt, obtinet, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur, si infra sex menses promoveatur. O.*

Datum Florentie, quinto Nonas Julii, anno secundo.

---

(1) No ms. *Narzea.*

269

1419, Julho 4

Certo sacerdote de Bordeus, em litígio com um clérigo de Lisboa sobre o canonicato e prebenda daquela sé, pede para ser reintegrado na posse de todos os direitos aos sobreditos canonicato e prebenda, dada a renúncia do clérigo a qualquer direito nas mãos do arcebispo de Bordeus.

Reg. Suppl. 126, fl. 243-243v.

Beatissime Pater, dudum pendente lite in palatio apostolico inter devotos vestros Johannem Forconis, presbyterum Burdegalensis diocesis, reum et possessorem ex una et Arnaldum Makanam, clericum Ulixbonensem, actorem, coram certo auditore dicti palatii causarum apostolici de et super quibusdam canonicatu et prebenda ecclesie Burdegalensis et eorum occasione partibus ex altera et processo ad nonnullos actus per dictum auditorem, citra tamen cause conclusionem, cuius quidem cause et litis ac totius processus statum et tenorem dignetur S. V. hic habere ex certa scientia pro sufficienter expressis, dictus A[rnaldus] postmodum liti et cause huiusmodi ac iuri, si quod eidem Jo]hanni] in dictis canonicatu et prebenda competebat vel ad eos quomodolibet competere poterat, in manibus devote creature vestre domini archiepiscopi Burdegalensis (1) pure et simpliciter renuntiavit, quodque etiam per antea S. V., in casu quo neutri dictorum Jo[hannis] et A[rnaldi] ius aliquod in dictis canonicatu et prebenda non competeret prefato Johanni, de eisdem canonicatu et prebenda providere concessit. Supplicat igitur humiliter S. V. dictus Jo[hannes] quatinus, sibi gratiam facientes specialem, eumdem Johannem in iure et ad ius, si quod in dictis canonicatu et prebenda dicto A[rnaldo] competebat [fl. 243v] vel quomodolibet competere poterat, surrogare ac de eisdem canonicatu et prebenda, quos idem Johannes] possidet et quorum fructus, etc., centum librarum Turonensium

parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive per obitum Johannis de Monte Ferrando, extra Romanam Curiam defuncti, aut alias quovis modo vel ex alicuius cuiuscumque persona vacent, etiam si devoluti aut alias generaliter vel specialiter reservati existant, eidem Johanni dignemini misericorditer de novo providere. Non obstañ quod quamdam perpetuam capellaniam sine cura in ecclesia sancti Severini extra muros Burdegaleñ, cuius fructus, etc., triginta librarum dicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, obtinet, et cum ceteris non obstañ et clausulis necessariis et oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Florentie, quarto Nonas Julii, anno secundo.

---

(1) Cf. nota 2 do n.º 134.

270

1419, Julho 12

D. João I, rei de Portugal, pede ao papa a faculdade de aplicar os rendimentos de algumas igrejas do padroado régio na capela instituída no mosteiro de Nossa Senhora da Vitória da Batalha, onde tinha sido enterrada sua mulher Dona Filipa.

Reg. Suppl. 128, fl. 6-6v.

Beatissime Pater. Cum devotissimus S. V. filius Johannes, Portugalie et Algarbii rex, ad Dei laudem et honorem eiusque genetricis propter multa bona celitus sibi collata et in suorum peccaminum remissionem cum eius adiutorio domum beate Marie de Batalha ordinis fratrum Predicatorum Ulixboñ diocesis de novo in loco, quo in manu victrice Domini de suis inimicis reportavit triumphum, sub vocabulo sancte Marie de Victoria necnon quamdam capellam in eadem domo, in qua Philipa, quondam eius uxor, suam elegit sepulturam et in qua etiam certus cappellanorum numerus singulis diebus pro ipsius regis et progenitorum suorum atque illorum qui in dicto loco ceciderunt animarum salute divina officia celebrantium institutus et ordinatus existit. Et quoniam idem rex desiderat quod capella eadem adeo liberaliter dotetur quod, licet per guerrarum turbines, mortalitatum pestes, rerum vetustatem, temporum malitiam seu sterilitatem [fl. 6v] predicte possessiones, quas sibi sic dare intendit, depereant (1) alias sibi adminicula ad premissa deficere non possint, supplicatur igitur eidem S. V. humiliter et devote pro parte ipsius regis quatinus pro suorum piorum votorum (2) complemento in illis partibus alicui prelato cui videbitur committere et mandare dignemini quod fructus, etc., nonnullarum parrochialium ecclesiarum vacantium vel vacaturarum que de iure patronatus ipsius regis existant et quas ad hoc duxerit nominandas usque ad summam mille et quingentorum scutorum auri monete de Francia eidem capelle, quos sibi ut premittitur donare intendit, auctoritate apostolica ap[p]licet et applicare perpetuo possit et valeat pariter incorporare, annectere et unire, reservatis congruis portionibus pro certis vicariis qui in eis deserviant in divinis et episcopalia atque alia sibi incumbentia (3) onera solvant, sibi gratiose digne-

mini misericorditer concedere, et cum omnibus clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur usque ad summam octingentorum* (4) *florenorum. O.*

Datum Florentie, quarto Idus Julii, anno secundo.

(1) No ms. sinal de erro.
(2) No ms. *natorum*, com sinal de erro.
(3) No ms. *incombentia.*
(4) A palavra *sexcentorum* do texto foi riscada; na margem esquerda do mesmo, temos a seguinte anotação: *octingentorum, correct. de mandato domini nostri. Ar.*

271

1419, Julho 12

Martinho Gonçalves, clérico da diocese de Lamego, pede a meia canonia lamecense, vacante por morte de Vasco Gonçalves, ocupada indevidamente por Antão Fernandes, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Vilar Torpim.

Reg. Suppl. 128, fl. 250-250v.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. humilis et devotus vester Martinus Gunsalvi, clericus Lamecensis (1) diocesis, quatinus sibi de portione seu media canonia ecclesie Lamecensis (1), vacante per obitum quondam Valasci (2) Gunsalvi (3), extra Romanam Curiam defuncti, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, [fl. 250] sive premisso, sive alio quovis modo, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta ac litigiosa existat, et ex quacumque persona vacet. Non obstañ quod quidam Antonius Fernandi, rector parrochialis ecclesie de Villar Torpim Lamecensis diocesis, dictam portionem seu mediam canoniam teneat indebite occupatam, dignemini misericorditer providere. Cum non obstañ et clausulis oportunis.
... ...

[fl. 252]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus viginti uno. O.

Datum Florentie, quarto Idus Julii, anno secundo.

(1) No ms. *Lamencensis*, com sinal de erro.
(2) No ms. *Valasa*, com sinal de erro.
(3) No ms. *Gunsalvus*, com sinal de erro.

272

1419, Julho 18

D. Nicolau, abade, e os monges da abadia de Santa Maria de Florença pedem licença para vender alguns bens do mosteiro.

Reg. Suppl. 128, fl. 72v-73.

Beatissime Pater, hactenus monasterium sancte Marie Florentiñ ordinis sancti Benedicti tum (1) propter impositiones sive collectas per commune Florentie impositas et factas, cum etiam propter accessum ad concilia Pisanum et Constantiense et mora diutina ibidem facta debitis taliter gravatum existat quod nonnullis civibus Florentinis pro usuris trium millium florenorum, in quibus ipsum monasterium ipsis civibus ex causa mutui vel alias extat pro huiusmodi impositionibus ac aliis incumbentibus hactenus oneribus efficaciter obligatum, trecentorum fflorenorum auri summam annis singulis abbas et conventus eiusdem exsolvit, unde devoti V. S. humiles oraores Nicolaus abbas et conventus eiusdem monasterii provide advertens quod usurarum huiusmodi solutio ipsi monasterio est nimis onerosa adeo quod vix per multos annos poterit ab huiusmodi oneribus debitorum et usurarum eximi, nisi aliter provideretur, cum fructus, etc., ipsius monasterii, aliis supportatis oneribus, debitis et consuetis, ad tantam summam non ascendant quod predicta usurarum exactio et debitorum solutio supprimi et auferri possit, habita inter eos matura deliberatione, deliberaverunt nonnullas possessiones et domos minoris (?) incommoditatis ipsius monasterii usque ad summam duorum milium florenorum vendere aut quomodolibet alienare, quibus venditis et alienatis et solutis dictis creditoribus hiis duobus milibus florenorum ac de aliis mille tales indutias absque pravitate aliqua usurarum ad longum tempus facientibus tota dicta usurarum solutio extinguetur nec ob ipsas ipsum monasterium ulterius aggravabitur statueruntque inter se prefati abbas et conventus quod singulis annis ex reliquis redditibus ipsius monasterii trecenti floreñ auri deponantur apud aliquam fidedignam et ydoneam personam et ex eis secundum temporum contingentia alie possessiones emantur quoad usque dicta quantitas duorum milium florenorum in facultatibus ipsius monasterii integraliter restauretur, que omnia, ut credunt, in maximam [fl. 73] et evidentem utilitatem abbatis monasterii atque conventus cedere eorumdem. Supplicant igitur humiliter et devote S. V. devoti oratores vestri abbas et conventus prefati quatinus, eisdem paterno compatientes affectu, venerabili viro abbati sancti Antonii de Vienna, in Romana Curia presentialiter existenti, committere et mandare dignetur quatinus de predictis omnibus se diligenter informet et si predicta veritate fulciri reppererit eaque in utilitatem monasterii prelibati cedere conspexerit, abbati et conventui predictis vendendi ut premictitur ac alienandi licentiam auctoritate apostolica necnon venditiones et alienationes huiusmodi faciendas eadem auctoritate confirmandi, approbandi et ratificandi, et quod in deposito huiusmodi annis singulis faciendo ut premictitur disponere et ordinare possit secundum quod sue conscientie videbitur ad utilitatem et commodum monasterii prelibati, plenam etiam dare et concedere dignemini facultatem. Constitutionibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Florentie, quintodecimo Kalendas Augusti, anno secundo (2).

---

(1) No ms. *cum*, com sinal de erro.

(2) Embora o abade seja D. Nicolau Guasconi e só em Novembro de 1419 D. Gomes Anes de Portugal fosse nomeado abade do mosteiro, já na segunda metade de 1418 o abade tinha recebido com grandes mostras de alegria o nosso português como prior do mosteiro, o qual viera do mosteiro de Santa Justina de Pádua com outros 16 monjes para reformar a abadia de Florença. Cf. SOUSA COSTA, A. D. DE, *D. Gomes, reformador da abadia de Florença, e as tentativas de reforma dos mosteiros portugueses no século XV*, em *Studia Monastica*, V (1963) 77-78.

273

1419, Julho 19

Luís Gonçalves, clérigo da diocese de Lamego, escolar de direito canónico, já dispensado do impedimento de ilegitimidade e provido da igreja paroquial de S. Cipriano da diocese lamecense, pede mais benefícios.

Reg. Suppl. 128, fl. 189.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. humilis et devotus vester Lodovicus Gunsalvi, clericus Lamecensis diocesis, scolaris in iure canonico, cum quo alias super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam habeat animarum, obtinere valeret, auctoritate apostolica extitit dispensatum et cui nuper de parrochiali ecclesia sancti Cypriani Lamecensis diocesis, tunc certo modo vacante, S. V. provideri concessit, quatinus secum ut, dicto defectu non obstante, alia duo et tria beneficia ecclesiastica, se invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebende in metropolitañ cathedralibus seu collegiatis ecclesiis fuerint, si sibi alias canonice conferantur, recipere et retinere illaque simpliciter vel ex causa permutationis, aut alias quotiens voluerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica, invicem compatibilia, libere recipere et licite retinere valeat, de speciali gratia dignemini misericorditer dispensare, [cum] non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Florentie, decimo quarto Kalendas Augusti, anno secundo.

274

1419, Julho 28

João Gonçalves, leigo de S. Pedro de Miragaia, casara com Catarina Peres, então de nove anos, sem consumar o matrimónio. Morta a mulher nessa mesma idade, desejando casar com a irmã desta, de nome Maria Peres, pede a necessária licença da Santa Sé.

Reg. Suppl. 129, fl. 11v.

Beatissime Pater. Supplicatur S. V. pro parte Johannis Gunsalvi, laici, piscatoris et habitatoris in Myragaya, extra muros civitatis Portugalensis, quod ipse olim cum quadam Katarina Petri dicti loci, in nono sue etatis anno vel circa constituta, matrimonium per verba de presenti legitime contraxisset, carnali copula minime subsecuta, nec unquam invicem cohabitaverint, que quidem Katarina, antequam ad decimum etatis (1) sue annum pervenisset, diem clausit extremum. Nunc vero, Pater Sancte, dictus Johannes ex certis

causis et rationibus desideraret cum quadam Maria Petri, sorore carnali dicte Katerine, matrimonium contrahere et eorum desiderium in hac parte, ut asseritur, adimplere non possunt absque licentia sedis apostolice. Supplicatur igitur pro parte dictorum Johannis] et Marie quatinus, impedimento publice honestatis iustitie non obstante, invicem matrimonium contrahere et postquam contractum fuerit, in eo libere et licite remanere valeant, concedere dignemini misericorditer prolemque exinde suscipiendam legitimam decernentes, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Florentie, quinto Kalendas Augusti, anno secundo.

---

(1) No ms. *etatem*, com sinal de erro.

275

1419, Julho 31

O Infante D. Duarte, primogénito e herdeiro d'el rei de Portugal, solicita graças para vários eremitas, alguns de descendência nobre, como a isenção do pagamento das décimas, indulto de altar portátil, de escolherem confessor, etc.

Reg. Suppl. 129, fl. 148v-149.

Beatissime Pater, significat S. V. humilis et devotus filius eiusdem S. Audoardus, primogenitus regis Portugalie et heres, quod nonnulli heremite, quorum aliqui de nobili genere procreati existunt, derelictis seculi vanitatibus, ut liberius Deo servirent, ad de Hervedeyra et Ayvado et de Vallisbona (1), loca solitaria Elborensis diocesis, se contulerunt ac in eisdem domunculas et oratoria construxerunt et quia eis oportet ad sue devotionis ac fidei fervoris augmentum altaria habere, in quibus possint pro eiusdem sue devotionis exigentia missas celebrare seu celebrari facere, aliquando vero contigit aliquos ex ipsis vita presenti decedere et sic maxime congruum videtur ut quos socios laboris habent in hoc seculo apud eos etiam suam eligant sepulturam, ut sic illorum orationes crebrius et memoriter ad Deum fuse ad gloriam illis proficiant sempiternam, ac etiam quia in dictis locis ut prefertur vivent, necessarium sibi ad suarum animarum salutem a quibusdam sacerdotibus secularibus et regularibus a dictis locis multum remotis sacramenta recipere et multoties iuxta animarum suarum necessitatem illos habere non possunt, ac etiam, Beatissime Pater, ipsi heremite quasi totam sui sustentamenti gubernationem de elemosinis christifidelium adquirunt, tamen pro eorumdem aliquali adiutorio ac recreatione et corporum honesto exercitio vineolas habent, ortulos et agrilos similiter et receptoria apium, a quibus post sue devotionis laboies pro spiritus refocilatione (2) potiuntur, tamen a (3) diocesanis et curatis locorum illorum, quibus degunt seu vivunt, ex fructibus dictarum vineolarum, etc., ut supra, [fl. 149] ad decimas persolvendas coguntur, quod pro sue vite quiete (4) ac exhibendo Domino liberius famulatu ut prefertur fieri non debet, nec ad hoc molestari. Quapropter supplicat S. V. dictus Auduardus quatinus in personam

heremitarum predictorum qui dies suos ibidem Domino dedicarunt et continue sua devotione perseverant, ut altaria huiusmodi erigere ac etiam apud dicta oratoria sepulturam eligere et a quovis sacerdote, quem duxerint eligendum, indifferenter regulari seu seculari sacramenta recipere, qui ipsos in casibus episcopo reservatis absolutionem impendere possit, insuper ipsos a solutione huiusmodi decimarum eximere et ad illas deinceps non teneri debere, sed plena libertate potiri heremitis prefatis presentibus et futuris qui in dictis locis habitaverint simili vita in Deo servitio perseverantibus concedere dignemini, cum non obstañ et clausulis oportunis.—*Fiat ut petitur de erectione altarium et de sepultura et quod sacerdotes deputati per Ordinarium absolvant in casibus eorum et quod non teneantur ad decimas non solitas ac de territoriis que propriis manibus iam excolunt. O.*

Datum Florentie, pridie Kalendas Augusti, anno secundo.

---

(1) No ms. *Vallisboria.*
(2) No ms. *refoliatione* com sinal de erro.
(3) No ms. foi acrescentada a palavra *ad*, mas com sinal de erro.
(4) No ms. *quieto.*

276

1419, Agosto 2

O cabido do Porto pede licença de instituir oito sacerdotes e quatro clérigos ou corais de Ordens menores para a recitação do Ofício divino e outros ofícios litúrgicos da catedral.

Reg. Suppl. 129, fl. 6v-7.

Beatissime Pater. Cum devoti vestri capitulum ecclesie Portugalensis pro divini cultus in eadem ecclesia augmento octo presbyterorum et quatuor clericorum sive choralium (1) in minoribus ordinibus constitutorum numerum qui in missarum sollempniis et aliis divinis officiis inibi celebrandis ac horis canonicis diurnis pariter et nocturnis peragendis deserviant et aliis ibidem deservientibus assistant, de novo instituere et creare desiderent, supplicant S. V. capitulum prefati quatinus ipsis premissa faciendi licentiam concedere et pro uberiore sustentatione eorumdem unam ex prebendis eiusdem ecclesie proxime vacaturam usui dictorum presbyterorum et clericorum perpetuo applicandam reservare dignemini gratiose, ita quod, cedentibus, vel decedentibus aliquibus seu aliquo ex canonicis dicte ecclesie vel suos canonicatum et prebendam alias quomodolibet dimittente, liceat eisdem capitulo corporalem possessionem dicte prebende, quam primo vacare contigerit, auctoritate propria libere apprehendere ipsamque cum suis fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis (2), cuius fructus predicte, etc., triginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, usui predicto deputare et in perpetuum applicare, ac cedentibus vel decedentibus prefatis [fl. 7] presbyteris et clericis instituendis ut premittitur et eorum aliquo ipsis capitulo alium et alios ad id officium assumere liceat, cuiuscumque

licentia super hoc minime requisita, constitutionibus apostolicis ac gratiis expectativis a sede apostolica vel eius legatis concessis et concedendis ac aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, etc. — *Fiat et committatur.* O.

Datum Florentie, quarto Nonas Augusti, anno secundo.

---

(1) No ms. *chaoralium*, com sinal de erro.
(2) No ms. *huniversis*, com sinal de erro.

277

1419, Agosto 4

João Afonso, cónego da igreja colegiada de Santa Maria de Guimarães, pede a perpétua porção na igreja de S. Miguel de Aveiro da diocese de Coimbra.

Reg. Suppl. 128, fl. 200v.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. devotus vester Johannes Alfonsi, canonicus ecclesie secularis et collegiate beate Marie de Vimaranis Bracharensis diocesis, quatinus sibi de perpetua portione sine cura in parrochiali ecclesia sancti Michaelis de Aaveiro Colimbriensis diocesis, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante per obitum cuiusdam Stephani Petri, extra Romanam Curiam defuncti, sive premisso, sive alio quovis modo, aux ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa existat, eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod canonicatum et prebendam in dicta ecclesia de Vimaranis obtinet, quorum fructus, etc., quindecim librarum dicte monete secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ac defectu (1) natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, super quo secum quoad dictam gratiam obtinendam dispensatum extitit, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Florentie, pridie Nonas Augusti, anno secundo.

---

(1) No ms. *defectum*, com sinal de erro.

278

1419, Agosto 4

Vasco Anes, clérigo da diocese de Lisboa e familiar do Infante D. Pedro, pede a confirmação da administração dos bens deixados por Gonçalo Peres, arcipreste da igreja paroquial de Santa

Eufémia de Penela, para instituir uma capela na mesma igreja por sua alma e dos seus pais, administração que lhe concedera Clara Geraldes, sobrinha do dito arcipreste, a ele seu filho adoptivo.

Reg. Suppl. 129, fl. 14v.

Beatissime Pater, olim quondam Gunsalvus Petri, archipresbyter parrochialis ecclesie sancte Euffemie de Penella Colimbriensis diocesis, condens de bonis a Deo sibi collatis in sua voluntate ultima testamentum, in eodem inter alia voluit et ordinavit quod de fructibus, redditibus et proventibus possessionum seu bonorum huiusmodi in quadam capella in eadem ecclesia sita, pro animabus eiusdem eorumque parentum divina celebrarentur officia, quorum quidem bonorum et possessionum predictorum heredes suos administratores instituit et cum administratio bonorum ac possessionum eorumdem per successionem huiusmodi ad quamdam Claram Gerardi, nepotem dicti testatoris, pervenire deberetur, nichilominus quidam Gunsalvus, dictus abbas, laicus, habitator in dicto loco, se in administratione dictorum bonorum intrusit, successive vero dicta Clara quemdam Valascum Johannis, clericum Ulixbonensis diocesis, devoti filii vestri domini Petri, ducis Colimbriensis, serenissimi principis domini regis Portugalie nati, familiarem in filium adoptivum recipiens, attendens commodum et utilitatem dicte capelle et quod per eius industriam et circunspectionem bona huiusmodi augmentarentur et in capella prefata iuxta voluntatem ipsius testatoris in divinis serviretur, ius in bonis huiusmodi sibi pertinens ac administrationem eorumdem bonorum et possessionum eidem Valasco donavit, que quidem donatio et administratio, sic ut premittitur prefato Valasco per memoratam Claram facte, auctoritate ordinaria eidem Valasco confirmate fuerunt, prout in litteris confirmationis plenius continetur. Supplicat igitur S. V. prefatus Valascus ad maioris roboris firmitatem huiusmodi donationem ac [1] administrationem sibi ut premittitur factas ratas habentes et gratas eaque omnia et singula auctoritate apostolica confirmare dignemini, supplentes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, cum non obstañ et clausulis oportunis.—*Fiat in forma. O.*

Datum Florentie, pridie Nonas Augusti, anno secundo.

---

[1] No ms. *ad.*

279-280

1419, Agosto 7

Gil Vasques, clérigo da diocese de Lisboa, escolar de direito civil, pede a tesouraria, canonicato e prebenda de Lamego.

Reg. Suppl. 129, fl. 158-158v.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. humilis et devotus vester Egidius Valasci, clericus Ulixbonensis diocesis, scolaris in iure civili, quatinus sibi de thesauraria ecclesie Lamecensis, vacante per renuntiationem cuiusdam Gervasii Gunsalvi, olim fructuum et proventuum camere apostolice in civitate et diocesi Lameceñ debitorum subcollectoris, extra Roma-

nam Curiam factam, cuius [fl. 158] fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo, etiam si alias generaliter vel specialiter reservata, devoluta ac litigiosa existat et ex quacumque persona vacet, etiam si dicta thesauraria dignitas curata et electiva existat, non obstañ quod quidam Didacus Valasci dictam thesaurariam teneat indebite occupatam, dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

280. Beatissime Pater, supplicat S. V. humilis et devotus vester Egidius Valasci, clericus Ulixbonensis diocesis, scolaris in iure civili, quatinus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Lamecensis, vacantibus per renuntiationem cuiusdam Gervasii Gunsalvi, olim fructuum et proventuum camere apostolice in civitate et diocesi Lameceñ debitorum subcollectoris, extra Romanam Curiam factam, quorum fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo, etiam si alias generaliter vel specialiter reservati, devoluti ac litigiosi existant, et ex quacumque persona vacent, non obstañ quod quidam Didacus Valasci dictos canonicatum et prebendam teneat indebite occupatos, dignemini misericorditer providere. Non obstante gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

Fiat ut petitur de utroque. O.

Datum Florentie, septimo Idus Augusti, anno secundo.

281

1419, Agosto 11

Luís Gonçalves, clérigo de Lamego, que estudou direito canónico durante quatro anos, completa súplica anterior sobre a dispensa de ilegitimidade e aquisição de benefícios.

Reg. Suppl. 129, fl. 147v-148.

Reformatio Lodovici Gunsalvi super defectu natalium (1).

Beatissime Pater, dignetur S. V. litteras apostolicas pro devoto vestro Lodovico Gunsalvi, clerico Lamecensi, qui per quadriennium in iure canonico studuit, super dispensatione de defectu natalium, cuius petitionis copia superius describitur, conficiendas in cancellaria eiusdem S. ad canonicatus et prebendas in metropolitanis seu cathedralibus (2) seu collegiatis ecclesiis, cum permutatione petita, expediri mandare [fl. 148], cum (3) non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Florentie, tertio Idus Augusti, anno secundo.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

(2) As palavras *metropolitanis seu cathedralibus* estão traçadas; na margem direita do texto foi anotado: *ita in originali. Ar.*

(3) No ms. sinal de erro, certamente a indicar a omissão da palavra *cum*.

282

1419, Agosto 11

João Afonso, cónego da colegiada de Santa Maria de Guimarães, pede a faculdade de permutar benefícios

Reg. Suppl. 129, fl. 149-149v.

Beatissime Pater, olim cum devoto vestro Johanne Alfonsi, canonico collegiate ecclesie beate Marie de Vimaranis Bracharensis diocesis, ut, non obstante defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et tria beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, se invicem compatientia, etiam si canonicatus et prebende in metropolitañ cathedralibus seu collegiatis ecclesiis fuerint, et unum ipsorum in metropolitañ seu cathedrali aut collegiata dignitas, personatus vel officium et huiusmodi dignitas in eadem metropolitañ seu cathedrali maior post pontificalem seu principalis in collegiata ecclesia et electiva existeret, recipere ac retinere libere et licite valeret, auctoritate apostolica extitit dispensatum, vigore cuius quidem dispensationis ad omnes etiam sacros ordines fuit promotus ac canonicatum et prebendam in dicta ecclesia de Vimaranis est assecutus. Quare supplicat S. V. [fl. 149v] idem Johannes quatinus sibi ut huiusmodi tria beneficia, si illa interim assequatur, pro simili vel dissimili aut similibus vel dissimilibus beneficiis ecclesiasticis simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens voluerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficia ecclesiastica, invicem compatibilia, recipere et retinere libere et licite valeat, concedere dignemini, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Florentie, tertio Idus Augusti, anno secundo.

283

1419, Agosto 18

Petição suplementar de Álvaro Gonçalves sobre a expedição das letras apostólicas relativas a súplica anterior.

Reg. Suppl. 129, fl. 192v-193.

Reformatio Alvari Gunsalvi (1).

Beatissime Pater. Cum petitio huic cedule annexa et eius contenta divini cultus augmentum venustatem quoque et decorem ecclesie supradicte contingunt per S. V. signata reperiatur per *Fiat in forma*, unde petitioni huiusmodi secernitur fore minime satisfactum, ut ea que tam provide tamque salubriter incepta fuere, finem et subsistentiam sortiantur optatos, dignetur eadem S. litteras apostolicas super dicta petitione conficien-

das expediri [fl. 193] mandare, cum confirmatione, defectuum etc., suppletione, ac aliis in eadem petitione expressatis, et cum aliis [clausulis] oportunis. — *Fiat et exhibeantur. O.*

Datum Florentie, quintodecimo Kalendas Septembris, anno secundo.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

284-285

1419, Agosto 18

João de Santa Maria, sacerdote da diocese do Porto, pede a igreja paroquial de S. Cristóvão de Refojos da mesma diocese. João de Braga, da diocese de Tui, solicita a igreja de S. Mamede de Vila Chã, da diocese do Porto, vacante por morte de Antão Martins, de que fora provido por autoridade ordinária.

Reg. Suppl. 129, fl. 231-231v.

Beatissime Pater, supplicat S. V. humilis et devotus vester Johannes de Sancta Maria, presbyter Portugalensis, quatinus sibi de parrochiali ecclesia sancti Cristofori de Refoios Portugalensis diocesis, cuius fructus, etc., [fl. 231v] centum quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, et que de iure patronatus laicorum existit, et tanto tempore vacavit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam est legitime devoluta, sive premisso, sive alio quovis modo, et ex cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata vel alias devoluta et litigiosa existat, dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

285. Beatissime Pater, vacante parrochiali ecclesia sancti Mametis de Villa (1) Chãa Portugalensis diocesis per obitum Antonii Martini, extra Romanam Curiam defuncti, devotus vester Joannes de Bracara Tudensis diocesis, eamdem ecclesiam auctoritate ordinaria fuit assecutus eamque ex tunc tenuit et possedit, prout tenet et possidet de presenti, timetque provisionem, possessionem ac assecutionem huiusmodi certis de causis viribus non subsistere. Supplicat igitur S. V. dictus Jo[hannes] quatinus provisionem, etc., ut supra, et quecumque inde secuta rata habere et grata sibique nichilominus de eadem ecclesia, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis*, seu per renuntiationem cuiusdam Lupi aut alterius persone in manibus cuiuscumque ad id potestatem habentis vel non habentis, in Romana Curia vel extra eam sponte factam, vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta aut litigiosa in eadem Curia vel extra eam existat, dignemini misericorditer providere. Cum non obstantiis et clausulis oportunis.

Fiat ut petitur pro omnibus quatuor. O.

Datum Florentie, quintodecimo Kalendas Septembris, anno secundo.

(1) No ms. *Villa*, com sinal de erro.

286

1419, Agosto 18

Pedro Afonso, reitor da igreja paroquial de S. Martinho de Cambres da diocese de Lamego, dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede benefícios.

Reg. Suppl. 129, fl. 244v.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. humilis et devotus vester Petrus Alfonsi, rector parrochialis ecclesie sancti Martini de Caanbres Lamecensis diocesis, cum quo alias, ut non obstante defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam habeat animarum, obtinere valeret, auctoritate apostolica extitit dispensatum, cuius dispensationis vigore, ad omnes etiam sacros ordines fuit promotus et dictam ecclesiam assecutus, quatinus secum ut duo alia beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebende in metropolitañ, cathedralibus aut collegiatis ecclesiis fuerint, si sibi alias canonice conferantur, recipere et retinere illaque et dictam parrochialem ecclesiam, quotiens voluerit, simpliciter vel ex causa permutationis dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel dissimile et similia vel dissimilia beneficia ecclesiastica, invicem compatibilia, ut prefertur, dicto deffectu non obstante, libere recipere et licite retinere valeat, dignemini misericorditer dispensare, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Florentie, quintodecimo Kalendas Septembris, anno secundo.

287

1419, Agosto 18

Petição para a expedição gratuita das letras apostólicas sobre o subsídio concedido para a manutenção da cidade de Ceuta, conquistada aos Sarracenos.

Reg. Suppl. 129, fl. 261.

Dignetur S. V. mandare omnibus et singulis litterarum apostolicarum abbreviatoribus, scriptoribus, bullatoribus, registratoribus ceterisque officialibus, quorum interest, ut litteras devotissimi S. eiusdem et sancte Romane Ecclesie filii Johannis, Portugalie et Algarbii regis, de novem milibus florenorum annuatim a clero sui regni per triennium pro aliquali manutentione civitatis de Cepta recipiendis expediendas gratis de mandato S. eiusdem expediant et expediri faciant et permittant. — *Fiat. O.*

Datum Florentie, decimo quinto Kalendas Septembris, anno secundo.

288

1419, Agosto 21

João Lopes, reitor da igreja paroquial de Santa Justa de Lisboa, em litígio com Álvaro Gonçalves, clérigo de Évora, sobre o deado, canonicato e prebenda de Évora, sabendo que o dito Álvaro Gonçalves, como se dizia, tinha sido promovido à igreja catedral de Lamego, pede a total integração nos direitos a esses benefícios, pois já tinha obtido sentença a seu favor, que não foi executada devido ao poder do mencionado Álvaro Gonçalves e impedimento d'el rei de Portugal. Mas a concessão do deado e canonicato manda-a o papa fazer por motu proprio, *a favor do cubiculário Antão Martins.*

Reg. Suppl. 129, fl. 233-233v.

Beatissime Pater. Lite pendente in sacro palatio causarum inter devotum vestrum Johannem Luppi, rectorem parrochialis ecclesie sancte Juste Ulixboñ ex una et quemdam Alvarum Gunsalvi, clericum Elborensem, se pretendentem de et super decanatu ac certis canonicatu et prebenda ecclesie Elborensis et ipsorum occasione partibus ex altera, reverendus pater dominus Thomas de Amelia, electus Vigintimiliensis (1) locum unius ex auditoribus dicti palatii tenens, tunc in huiusmodi causa auditor, quasdam pretensas diffinitivas adiudicatorias pro dicto Alvaro et contra prefatum Johannem indefensum per audientiam contradictarum cum condempnatione fructuum et expensarum tulit sententias, a quibus cum pro parte dicti Johannis, extra tamen tempus debitum propter legitima impedimenta, appellatum fuisset, bone memorie dominus Angelus, tunc Gregorius papa xii (2), venerabili viro domino Nicolau de Portugruario, dicti palatii causarum auditori, commisit quatinus si sibi de impedimentis huiusmodi et de iure dicti Johannis et non iure ipsius Alvari constaret, ipsum Johannem ad prosequendum dictas appellationes restitueret, qui dominus Nicolaus auditor, vigore commissionis huiusmodi, visis iuribus partium hinc inde et recepta informatione debita, eumdem Johannem ad prosequendum dictas appellationes restituit ac citationem contra dictum Alvarum de novo ad partes decrevit, que propter potentiam dicti Alvari et speciale illustrissimi principis domini Johannis, Portugalie et Algarbii regis, mandatum non fuit executa, propter quod appellationes huiusmodi sunt deserte, prefatus tamen Johannes a S. V. de novo ad prosequendum dictas appellationes vel saltem de novo ad appellandum ab eisdem sententiis et appellationem prosequendum se obtinuit restitui. Verum, Pater Sancte, cum dictus Alvarus dicatur fuisse promotus ad ecclesiam Lamecensem (3), propter quam promotionem et munus consecrationis eidem impendendum vel lapsum temporis de consecrandis episcopis, dicti canonicatus et prebende ac decanatus similiter in brevi vacare sperentur, et ne dicto Johanni qui in dictis canonicatu et prebenda ac decanatu bonum ius habet, quod tamen hucusque propter potentiam et mandatum predicta prosequi ausus non fuit, in lite [fl. 233v] et causa huiusmodi novus adversarius surrogetur, supplicat eidem S. V. dictus Johannes quatinus tenores sententiarum appellationum et commissionum ac totius cause statum presentibus pro expressis habentes, auditori cause committere et mandare dignemini ut ipsum Johannem in omni iure et ad omne ius, si quod dicto Alvaro tempore huiusmodi promotionis fiende in dictis canonicatu et prebenda ac decanatu competit, auctoritate apostolica surroget dictumque ius sibi reservet et conferat ac provideat etiam de eodem. Et nichilominus

canonicatum et prebendam ac decanatum predictos, qui decanatus curatus et dignitas electiva maior post pontificalem in eadem ecclesia existit, quorum omnium fructus, etc., una cum cotidianis distributionibus sexingentorum (4) librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, si actu ut premittitur vel alias quovis modo, preterquam per (5) ipsius Alvari obitum aut ex alterius cuiuscumque persona aut constitutionem *Execrabilis* vel c. *De multa* vacent, etiam si generaliter vel specialiter reservati vel devoluti aut alias litigiosi sint, eidem Johanni dicta auctoritate apostolica conferat et provideat de eisdem. Non obstañ dicta parrochiali ecclesia sancte Juste, quam obtinet, cuius fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum [secundum communem extimationem] valorem annuum non excedunt et quod dudum cum eodem Johanne ut dictum decanatum una cum dicta parrochiali ecclesia ad unum annum recipere et retinere et interim reliquum pro alio beneficio compatibili permutare libere et licite possit fuerit auctoritate apostolica dispensatum, quam etiam dispensationem et eius tenorem pro expressis habentes et de novo ratificantes, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat motu proprio pro Antonio Martini, cubiculario. O.*

Datum Florentie, duodecimo Kalendas Septembris, anno secundo.

---

(1) D. Tomé de Amelia, doutor em ambos os direitos, ouvidor das causas do palácio apostólico, nomeado bispo de Ventimiglia em Março de 1419, morto a 27 de Janeiro de 1422. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 528.

(2) Gregório XII, chamado Ângelo Corrario, patriarca de Constantinópola, foi criado cardeal por Inocêncio VII em Junho de 1405, com o título de S. Marco. Foi elevado ao sólio pontifício em Novembro de 1406 e coroado a 30 de Novembro do mesmo ano. O Concílio de Constança obteve a sua renúncia a 4 de Julho de 1415. Morreu a 18 de Outubro de 1417. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 26, 31.

(3) D. Álvaro Gonçalves de Abreu, deão de Évora, nomeado bispo de Lamego por Martinho V a 21 de Agosto de 1419, após a morte de D. Gonçalo. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 291.

(4) No ms. *sexingintorum*, com sinal de erro.

(5) No ms. sinal de erro, a indicar, certamente, a omissão da palavra *per*.

289

1419, Agosto 21

Dispensa a favor de Antão Martins, cubiculário do papa, já provido do canonicato, prebenda e deado de Évora, vacantes pela promoção do bispo eleito de Lamego D. Álvaro, para obter mais benefícios e permutá-los com outros.

Reg. Suppl. 129, fl. 269v.

Cum hodie videlicet duodecimo Kalendas Septembris, anno secundo, motu proprio dilecto filio Antonio Martini, cubiculario nostro, de canonicatu et prebenda ac decanatu ecclesie Elborensis, per promotionem dilecti filii Alvari, electi Lamecensis (1) et munus consecrationis impendendum eidem vel alias quovis modo vacantibus vel vacaturis, etc., gratiose duximus providendum, seu in ius ipsius electi surrogandum, Nos cum eodem Antonio ut canonicatum et prebendam ac decanatum predictos una cum quibus-

cumque canonicatibus et prebendis, dignitatibus, personatibus et officiis, etc., etiam maioribus post pontificales ceterisque beneficiis ecclesiasticis, cum cura et sine cura, que obtinet et expectat et in quibus seu ad que ius sibi quomodolibet competit, quecumque, quotcumque et qualiacumque fuerint, recipere et quoad vixerit retinere et, totiens quotiens sibi expedierit, permutare libere et licite valeat, motu simili dispensamus, cum clausulis oportunis et sub eadem data. — *Fiat motu simili et dispensamus sub eadem data. O.*

(1) D. Álvaro de Abreu, deão de Évora, nomeado bispo de Lamego em Agosto de 1419 por Martinho V, transferido para a sé de Silves em Maio de 1421. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 291, 452.

290

1419, Agosto 23

Antão Martins, cubiculário do papa e reitor da igreja paroquial de S. João de Beja, sendo cónego prebendário de Évora, e Pedro Afonso, reitor da igreja paroquial de S. Salvador de Arraiolos, trocaram os mencionados benefícios nas mãos do Ordinário, pedindo agora a confirmação dessa permuta e respectiva provisão.

Reg. Suppl. 129, fl. 279v-280.

Beatissime Pater, devoti oratores vestri Antonius Martini, V. S. cubicularius, tunc canonicus prebendatus ecclesie Elborensis et rector parrochialis ecclesie sancti Johannis de Begia Elborensis diocesis, ac Petrus Alfonsi, tunc rector parrochialis ecclesie sancti Salvatoris de Arr[a]yollos dicte diocesis, cupientes predicta sua beneficia ad invicem permutare, iidem Antonius predictos canonicatum et prebendam ac parrochialem ecclesiam sancti Johannis et Petrus Alfonsi parrochialem ecclesiam sancti Salvatoris, que tunc obtinebant, in manibus Ordinarii in partibus ex causa permutationis ad invicem renuntiarunt, Ordinarius vero prefatus canonicatum et prebendam ecclesie Elborensis predicte et parrochialem ecclesiam sancti Johannis, que Antonius predictus obtinebat, predicto Petro Alfonsi necnon parrochialem ecclesiam sancti Salvatoris de Arr[a]yollos, quam etiam idem Petrus obtinebat, ex causa permutationis predicte eidem Antonio contulit et assignavit et de illis etiam providit eisdem. Supplicant igitur S. V. Antonius et Petrus memorati quatinus permutationem, resignationem, collationem, assignationem, provisionem necnon possessionem beneficiorum predictorum, quas A[ntonius] et P[etrus] vigore premissorum obtinuerunt, prout obtinent de presenti, rata habentes et grata, Antonio de dicta parrochiali sancti Salvatoris de Arr[a]yollos, cuius fructus, etc., trecentarum quinquaginta librarum, ac Petro Alfonsi predictis de canonicatu et prebenda ac parrochiali ecclesia sancti Johannis de Begia memoratis, quorum etiam fructus, etc., trecentarum quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive actu premisso aut alias quovis modo vel ex alterarum (1) quarumcumque personarum aut per constitutionem *Execrabilis* et capitulo *De multa* aut per liberas resignationes in Romana Curia vel extra eam coram notario publico libere et sponte factas vacent et generaliter vel specialiter reservati, devoluti et litigiosi

sint, statum cause habentes pro expresso, si et in quantum expediat, de novo dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod idem Antonius canonicatum et prebendam ecclesie Ulixbonensis obtinet, quorum ducentarum ac quod de decanatibus Colimbriensis et [fl. 280] Elborensis ecclesiarum ac canonicatibus et prebendis ecclesiarum earumdem, certis modis vacantibus et vacaturis, qui quidem decanatus dignitates maiores post pontificales ac curate et elective existunt, quorum omnium fructus noningentarum librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, per eamdem S. concessum est sibi provideri, ac gratia expectativa et dispensationibus ad incompatibilia, etiam cum potestate permutandi, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum omnibus aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro utroque. O.*

Datum Florentie, decimo Kalendas Septembris, anno secundo.

---

(1) No ms. *alterius*, com sinal de erro.

291

1419, Agosto 28

Antão Martins, cónego de Lisboa e cubiculário do papa, a quem tinham sido concedidos o deado, canonicato e prebenda de Évora, a vagar pela promoção à sé de Lamego de Álvaro Gonçalves de Abreu, porque João Lopes, reitor da igreja paroquial de Santa Justa de Lisboa, tinha obtido certas comissões contra os ditos Antão Martins e Álvaro Gonçalves, solicita nova provisão.

Reg. Suppl. 130, fl. 250-251.

Beatissime Pater, vacantibus dudum canonicatu et prebenda ac decanatu ecclesie Elborensis, qui dignitas curata et electiva maior post pontificalem in eadem ecclesia existit, per obitum cuiusdam Menendi, extra Romanam Curiam defuncti, quidam Alvarus Gunsalvi de Abreu, clericus Elborensis, canonicatum et prebendam ac decanatum predictos, vigore certe gratie expectative, acceptavit et de illis sibi obtinuit provideri, super quibus postmodum cum certis adversariis ipsius in palatio apostolico causarum dicitur litigasse, donec sententiam diffinitivam contra eos reportavit, que in rem transivit iudicatam, vigore cuius, possessionem canonicatus et prebende ac decanatus predictorum obtinuit, prout obtinet de presenti. Cum autem, Pater Beatissime, nuper S. V. eumdem Alvarum ad ecclesiam Lamecensem, tunc pastore carentem, promoverit, ipsum in episcopum et pastorem ipsius ecclesie Lamecensis preficiendo (1), et quia canonicatus et prebenda ac decanatus predicti per eamdem promotionem et munus consecrationis ei impendendum aut per lapsum temporis de consecrandis episcopis, a canonibus diffiniti, sperabantur, prout adhuc sperantur vacare, V. S. devoto oratori vestro Anthonio Martini, canonico Ulixbonensi, eiusdem S. cubiculario, de canonicatu et prebenda ac decanatu predictis, cum ut premittitur vacarent, sibi provideri mandavit seu sibi conferendos reservavit aut eumdem Antonium in iure ipsius Alvari, quod sibi in canonicatu et prebenda ac decanatu predictis, etc., competebat, surrogavit seu surrogari mandavit. Nunc autem, Pater Sancte, reperitur [fl. 250v] contra Alvarum et Antonium memoratos super cano-

nicatu et prebenda ac decanatu predictis certas commissiones a V. S., ad instantiam cuiusdam Johannis Loppi, rectoris parrochialis ecclesie sancte Juste Ulixboneñ qui, ut dicitur, ius in canonicatu et prebenda ac decanatu predictis habere pretendit, emanasse easque venerabili viro domino Frederico Deys, eiusdem palatii apostolici causarum auditori, presentatas fuisse, quarum tenorem et totius cause statum hic pro sufficienter expressis habere dignemini. Et quia a nonnullis creditur canonicatum et prebendam ac decanatum predictos adhuc per huiusmodi ipsius Menendi obitum aut alias vacare, supplicat igitur S. V. idem Antonius quatinus sibi de canonicatu et prebenda ac decanatu predictis, quorum fructus, etc., quingentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per obitum Menendi predicti, sive per promotionem eamdem aut alias quibusvis modis vel ex alterorum quorumcumque personis vacent, et generaliter vel specialiter reservati et devoluti ac litigiosi sint, de novo dignemini misericorditer providere seu alias auditori cause huiusmodi committere et mandare dignemini ut, si per eventum litis invenerit neutrum Johannis et Alvari ac Anthonii predictorum in canonicatu et prebenda ac decanatu predictis seu ad eos ius competere aut quomodolibet competere posse, eidem Antonio cum modis vacandi superius expressis auctoritate apostolica provideat ipsumque ad prosecutionem litis et cause huiusmodi et ad possessionem canonicatus et prebende ac decanatus predictorum eadem auctoritate admittat. Non obst. quod idem Antonius canonicatum et prebendam ecclesie Ulixbonensis ac parrochialem ecclesiam sancti Salvatoris de Arr[a]yollos Elborensis diocesis obtinet, quorum quingentorum, ac quod sibi de canonicatu et prebenda ac decanatu ecclesie Colimbriensis, qui (2) dignitas maior post pontificalem in eadem ecclesia et curata ac electiva existit, quorum fructus, etc., quingentorum librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, auctoritate apostolica concessum est sibi provideri, [fl. 251] super quibus in eodem palatio apostolico certas obtinuit committi et citationem ad partes decerni, que pro parte execute existunt, ac gratiis expectativis et ad incompatibilia, etiam cum potestate permutandi, in cancellaria apostolica exprimendis, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de utroque.* O.

Datum Florentie, quinto Kalendas Septembris, anno secundo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 289.
(2) No ms. *que.*

292

1419, Setembro 7-28

Antão Martins, cónego de Lisboa, familiar do papa, então de posse da igreja paroquial de S. João de Beja, foi dispensado para obter o deado de Coimbra, mas porque na súplica respectiva omitiu algumas circunstâncias, pede a expedição das letras apostólicas com menção de tais circunstâncias.

Reg. Suppl. 131, fl. 190v-191.

Beatissime Pater, alias S. V. devoto vestro Antonio Martini, canonico Ulixbonensi, eiusdem S. familiari, tunc parrochialem ecclesiam sancti Johannis de Begia Elborensis diocesis obtinenti, de decanatu ecclesie Colimbriensis, qui dignitas maior post pontificalem in dicta ecclesia ac curata et electiva existit, tunc certo modo vacante et antea dispositioni apostolice reservato, per suas litteras, in quibus exprimitur quod cum eodem A[ntonio] ut una cum certa parrochiali ecclesia, tunc expressa, quodcumque aliud beneficium ecclesiasticum, curatum seu alias incompatibile, etiam si dignitas, etc., etiam curata et electiva foret, quoad viveret, retinere posset, dispensatum extitit gratiose, duxit providendum. Verum, Pater Sancte, in eadem dispensatione de cura et electione huiusmodi dignitatis, etc., nulla fuit mentio facta et, ne propterea littere predicte aliqua [fl. 191] possint surreptione notari, supplicat eidem S. dictus A[ntonius] quatinus, sibi super hiis oportune consulentes, litteras huiusmodi ab earum data et quecumque inde secuta valida et efficacia censeri suumque effectum sortiri debere in omnibus et per omnia ac si in dispensatione ipsa de cura et electione dignitatis, etc., huiusmodi plena et expressa mentio facta fuisset, decernere et, quatinus opus fuerit, secum ut decanatum et ecclesiam sancti Johannis predictos, etiam insimul, quoad vixerit, retinere illosque simpliciter vel ex causa permutationis aut alias, totiens quotiens voluerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica, duo tantum incompatibilia, libere recipere et licite retinere valeat, dispensare dignemini. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac omnibus in dictis litteris contentis ceterisque contrariis quibuscumque et sub data predictarum litterarum. — *Fiat. O.*

Et sub data predicta. — *Fiat. O.*

293

1419, Setembro 4

Fernando Afonso de Guerra e sua mulher Maria Esteves, moradores na cidade de Lisboa, pedem dispensa para permanecerem no seu matrimónio, apesar de o marido ter tido relações adúlteras com uma pessoa de família da sua mulher, antes do casamento.

Reg. Suppl. 131, fl. 2-2v.

Beatissime Pater. Olim humilis et devotus vester Fernandus Alfonsi de Guerra et Maria Stephani, coniuges in civitate Ulixboñ habitantes, matrimonium contraxerunt per verba legitime de presenti et insimul cohabitarunt, prout etiam ad presens cohabitant, carnali copula subsecuta, ac prole exinde procreata, sed quia ex eo quod dictus Fernandus quamdam mulierem coniugatam prefate sue uxori in secundo gradu consanguinitatis attingentem antea carnaliter cognoverat et postmodum cum dicta sua coniuge ignoranter contraxerat ut prefertur, in eodem matrimonio inter coniuges predictos absque apostolice sedis licentia minime remanere possunt, et quia divortium inter coniuges predictos absque ipsius Fernandi et mulieris, cum qua adulterium commisit, [fl. 2v] periculo fieri non potest, attento Pater Sancte, quod in Portugalia usum statu-

tum existit quod qui adulterium committunt et probatur, mortali pena puniantur, et quia causa divortii huiusmodi absque probationibus et documentis legitimis expediri non posset, que quidem probationes et documenta periculum predictum causarent, supplicant igitur S. V. dicti coniuges quatinus, pie premissis attentis, sibi ut in dicto matrimonio remanere libere et licite possint, prolemque exinde susceptam et suscipiendam legitimam pronuntiantes, concedere dignemini. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Florentie, pridie Nonas Septembris, anno secundo.

294

1419, Setembro 4

Antão Martins, porque omitira a sua qualidade de acólito do papa, aquando da súplica sobre a permuta do canonicato e prebenda de Évora e das igrejas paroquiais de S. João de Beja e de S. Salvador de Arraiolos, pede a expedição das letras apostólicas com esse menção.

Reg. Suppl. 130, fl. 224v.

Pater Sancte, quia per negligentiam scribentis suprapositam petitionem omissum est fieri mentionem quod Antonius Martini nominatus tempore permutationis beneficiorum, videlicet canonicatus et prebende Elboreñ et sancti Johannis de Begia ac santi Salvatoris de Arrayollos parrochialium ecclesiarum Elborensis diocesis, contentorum in petitione predicta, erat, prout est, sedis apostolice et S. V. acolitus, dignetur S. V. litteras apostolicas super petitione eadem conficiendas cum expressione predicta per cancellariam apostolicam expediri mandare de gratia speciali. Et cum aliis non obstañ, in eadem petitione contentis, et aliis clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Florentie, pridie Nonas Septembris, anno secundo.

295

1419, Setembro 4

João Lopes, familiar d'el rei de Portugal e prior da igreja paroquial de Santa Justa de Lisboa, pede ao papa prive João de Lisboa, a seu favor, do canonicato e prebenda lisbonenses, reservando-lhe uma pensão, porque não havia esperanças de melhorar da demência, de que estava afectado.

Reg. Suppl. 130, fl. 252-252v.

Beatissime Pater, cum dudum quidam Johannes de Ulixbo[n]a, canonicus et rector parrochialis ecclesie sancti Jacobi Ulixboneñ, que de iure patronatus regis Portu-

galie existit, fatuus sive demens (1) fuerit effectus et propterea, patria ac ecclesia (2) predicta dimissis, ad presens deget, prout per quinque aut sex annos deguit, in remotis. Verum, Beatissime Pater, quia Johannes predictus fatuitatis sive dementie (3) predicte infirmitate per tanta tempora laboravit, prout laborat de presenti, quod de eius pristine salutis restitutione penitus desperatur, quinymo creditur quod semper egridudine eadem, quousque eius diem claudat extremum, gravabitur ac ecclesiis Ulixboneñ que metropolitañ maior et honorabilior in regno Portugalie post Bracharensem existit et multis indiget servitoribus ac parrochiali sancti Jacobi predictis, que etiam propter predicti *(sic)* eorum servitorum in divinis defraudantur obsequiis, per S. V. est consulendum, ideo supplicat eidem S. V. devotus orator vester Johannes Luppi, illustrissimi domini regis Portugalie familiaris, priorque secularis parrochialis ecclesie sancte Juste dicte Ulixboneñ, que (4) de iure patronatus eiusdem regis est, cuius cura ad perpetuos portionarios eiusdem parrochialis ecclesie spectat, quatinus prefatum Johannem de Ulixbo[n]a, propter eius impotentiam sive insufficientiam, quam infirmitatis predicte occasione contraxit, eisdem canonicatu et prebenda, congrua portione, ipso ad partes revertente, pro eius vite sustentatione, quamdiu vixerit in humanis, pensione assignata, privantes [fl. 252v] et penitus amoventes sive, premissorum occasione, vacare eosdem decernentes, canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem residendo, ut asserit, valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alio quovis modo et per quascumque alias personas vacent, aut tanto tempore vacaverint quod eorum collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta, etiam si alias generaliter vel specialiter dispositioni eiusdem sedis reservati (5) aut litigiosi (6) existant, eidem Johanni Luppi conferre et de ipsis (7) dignemini misericorditer providere. Non obstañ dicto prioratu seculari, cuius fructus, etc., ducentarum librarum similium eadem extimatione valorem annuum non excedunt, quem obtinet ac in seu ad quosdam canonicatum et prebendam ac decanatum ecclesie Elborensis, qui dignitas maior post pontificalem in eadem ecclesia existit, super quibus in Romana Curia litigat, et ius habere pretendit, quorum etiam fructus, etc., quingentarum librarum similium eadem extimatione valorem annuum non excedunt, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat quod (7) coadiutor in utroque et de consensu patroni. O.*

Datum Florentie, pridie Nonas Septembris, anno secundo.

---

(1) No ms. *vehemens*, com sinal de erro.
(2) No ms. *ecclesias*, com sinal de erro.
(3) No ms. *vehementie*, com sinal de erro.
(4) No ms. *qui*.
(5) No ms. *reservate*, com sinal de erro.
(6) No ms. *litigiose*.
(7) No ms. *ipsis et*, com sinal de erro.

296

1419, Setembro 13

João de Braga, da diocese de Tui, que obteve a igreja paroquial de S. Mamede de Vila

Chã, da diocese do Porto, porque se duvidava do valor da provisão e posse da mesma, pede a confirmação dessa igreja.

Reg. Suppl. 119, fl. 273-273v.

Beatissime Pater, vacante parrochiali ecclesia sancti Mametis de Vila Chãa Portugalensis diocesis per obitum Antonii Martini, extra Romanam Curiam defuncti, devotus vester Johannes de B[r]achara, Tudensis diocesis, eamdem ecclesiam auctoritate ordinaria fuit assecutus eamque ex tunc tenuit et possedit, prout tenet et possidet de presenti, timetque provisionem, [fl. 273v] possessionem et assecutionem huiusmodi certis de causis viribus non subsistere. Supplicat igitur S. V. dictus Johannes quatinus provisionem, etc. (1) ut supra et quecumque inde secuta rata habere et grata sibique nichilominus de eadem ecclesia, cuius fructus, etc., viginti quatuor librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso (2), sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona, seu per constitutionem *Execrabilis* seu per renuntiationem cuiusdam Lupi [Alfonsi] aut alterius persone in manibus cuiuscumque, ad id potestatem habentis vel non habentis, in Romana Curia vel extra eam sponte factam, vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta aut litigiosa in eadem Curia vel extra eam existat, dignemini misericorditer providere, cum non obstañ et clausulis opportunis.

... ...

Concessum ut petitur pro hiis tribus.

[Datum] Florentie, Idus Septembris, anno secundo.

---

(1) No ms. *etiam.*

(2) No ms. *premissis.*

297

1419, Setembro 13

Afonso Domingues de Bouças e Inês Nicolau, cônjuges do Porto, contraíram matrimónio, ignorando certo impedimento, pelo que pedem dispensa para permanecerem no mesmo casamento consumado por espaço de mais de quinze anos.

Reg. Suppl. 131, fl. 141.

Beatissime Pater. S. V. exponunt devoti vestri Alfonsus Dominici de Baucis et Agnes Nicolas, coniuges Portugaleñ, quod olim ipsi, ignorantes aliquod impedimentum inter eos existere quominus possent invicem matrimonio copulari, inter se per verba legitime de presenti iuxta morem patrie matrimonium contraxerunt illudque carnali copula per quindecim annos et ultra consummaverunt et prolem exinde procrearunt. Cum autem, Pater Sancte, a nonnullis asseritur ipsos in huiusmodi matrimonio remanere non posse, ex eo

quod quondam primus maritus ipsius Agnetis mulieris, dum vivebat, dicti Alfonsi, nunc ipsius Agnetis mariti, quemdam filium, antequam ipse Alfonsus cum dicta Agnete uxore sua matrimonium contraxit, de sacro fonte levavit, supplicant igitur S. V. predicti coniuges quatinus, premissis non obstantibus, cum eis ut in ipso matrimonio licite remanere possint, dignemini misericorditer dispensare, prolem exinde susceptam et suscipiendam legitimam nuntiantes. Et cum omnibus aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Florentie, Idus Septembris, anno secundo.

298

1419, Setembro 14

A rainha Dona Filipa obteve de Inocêncio VII certa comissão dada ao abade de Santo Tirso, aliás segundo os desejos da abadessa e convento de Santa Clara de Entre-os-Rios, para se informar da viabilidade da transferência do mosteiro para a cidade do Porto, o que se realizou de facto após a morte do papa, estando o mosteiro a edificar-se. D. João I, rei de Portugal, pede a confirmação do que se tinha feito e a nomeação de Frei João de Xira, franciscano e seu confessor, que fora durante mais de vinte anos prelado das ditas freiras, para o governo do mosteiro, cuidando, por si ou por outros, do acabamento e das freiras que deviam habitar no mosteiro.

Reg. Suppl. 131, fl. 53-53v.

Beatissime Pater, dudum felicis recordationis Innocentius papa vii in sua obedientia nuncupatus (1), ad supplicationem quondam Philippe regine, devotissimi S. V. filii Johannis, Portugalie et Algarbii regis, coniugis, et abbatisse et conventus monasterii de Inter Anbos Rivos ordinis sancte Clare Portugalensis diocesis, abbati monasterii sancti Tirsi dicte diocesis, propter aliquas iustas et rationabiles causas sibi expositas dedit in mandatis ut de eisdem causis se diligenter informaret et si inveniret illas fore veras, eisdem abbatisse et conventui alium locum ad id congruum et honestum, si quem pro eis in civitate Portugalensi vel alibi in eodem regno ex largitione fidelium vel alio iusto titulo inveniret, in illo novum monasterium cum campanili, campana, ortis, ortilitiis, domibus et aliis officinis construi faceret, necnon postquam constructum foret, abbatissam et conventum predictos de veteri monasterio predicto ad construendum monasterium predictum transire et inibi perpetuo sub regulari observantia eiusdem ordinis Domino famulari possent, auctoritate apostolica licentiam largiretur. Verum, Pater Beatissime, post obitum eiusdem Innocentii, idem abbas ad executionem ipsius apostolici mandati processit, certum locum intra muros civitatis predicte sibi largitione fidelium donatum ad huiusmodi monasterium construendum deputavit et assignavit, in quo quidem loco ipsum monasterium construi et edificari fuit inceptum et cum edificium in dies fit et augetur, supplicatur igitur S. V. humiliter et devote pro parte eiusdem regis quatinus, omnia et singula et quecumque inde secuta rata habentes et grata, ea dignemini auctoritate apostolica confirmare et patrocinio apostolico communire ac supplere defectus, si forsan intervenerint in eisdem, necnon fra-

tri Johanni [de] Xira ordinis fratrum Minorum [fl. 53v] professori, ipsius regis confessori, et aliis per eum eligendis, onus, curam et regimen tam edificationis monasterii predicti quam abbatisse et conventus predictorum, quarum per viginti annos et ultra prelatus extitit, committendo, quodque ab aliis monasteriis ordinis memorati pro maiori ipsius monasterii in spiritualibus edificatione aliquas honestas moniales et matronas eiusdem ordinis, ut in ipso novo monasterio habitent, recipere et in eodem novo monasterio inibi perpetuo Domino famulaturas collocare, necnon ipsis monialibus et matronis, ut huiusmodi monasteria sua exire et dictum novum monasterium ingredi et profiteri ac perpetuo remanere valeant, concedere dignemini de gratia speciali, constitutionibus apostolicis ac statutis ordinis predicti et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque et cum omnibus clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et de monialibus usque ad sex. O.*

Datum Florentie, decimo octavo Kalendas Octobris, anno secundo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 206.

299

1419, Setembro 18

Inês, abadessa do mosteiro de Tarouquela da diocese de Lamego, incapaz de governar o mosteiro, designou a prioressa de nome Lora para o governo, a qual foi confirmada pelo bispo de Lamego D. Gonçalo. A prioressa designada, por duvidar do valor de tais disposições, pede a confirmação apostólica.

Reg. Suppl. 131, fl. 145v-146.

Beatissime Pater. Licet alias Agnes, abbatissa monasterii sancte Marie de Tarouquela ordinis sancti Benedicti Lamecensis diocesis, suam insufficientiam ac non debitum dicti monasterii regimen considerans, reservata pro eius victu et vestitu certa portione, Loram, priorissam dicti monasterii, administratricem ac gubernatricem in temporalibus et [fl. 146] spiritualibus ex voluntate, consensu, assensu et petitione conventus et monialium ipsius monasterii deputasset atque deputationem huiusmodi ad petitionem predictarum abbatisse, conventus et monialium prefatarum dominus Gunsalvus quondam episcopus Lamecensis (1) valere decrevisset et confirmasset, dubitat tamen eadem Lora predicta viribus non subsistere; supplicat igitur S. V. eadem Lora quatinus administrationem et deputationem predictas et quecumque inde secuta rata habentes et grata, illa ex certa scientia (2) confirmare et approbare dignemini gratiose. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, et cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Florentie, decimo quarto Kalendas Octobris, anno secundo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 108.
(2) No ms. *conscientia.*

300

1419, Setembro 20

João de Braga, da diocese de Tui, pede a confirmação da igreja paroquial de S. Mamede de Vila Chã, da diocese do Porto, de cuja provisão duvidava.

Reg. Suppl. 119, fl. 292v-293.

Beatissime Pater, vacante parrochiali ecclesia sancti Mametis de [fl. 293] Villa Chãa Portugalensis diocesis per obitum Antonii Martini, extra Romanam Curiam defuncti, devotus vester Johannes de Bracara, Tudensis diocesis, eamdem ecclesiam auctoritate ordinaria fuit assecutus eamque ex tunc tenuit et possedit, prout tenet et possidet de presenti, timetque provisionem, possessionem ac assecutionem huiusmodi certis de causis viribus non subsistere. Supplicat igitur S. V. dictus Johannes quatinus provisionem, etc., ut supra, et quecumque inde secuta rata habere et grata, sibique nichilominus de eadem ecclesia, cuius fructus, etc., viginti quatuor librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona, seu per constitutionem *Execrabilis*, seu per renuntiationem cuiusdam Lupi Alfonsi aut alterius persone in manibus cuiuscumque, ad id potestatem habentis vel non habentis, in Romana Curia vel extra eam sponte factam, vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta aut litigiosa in eadem Curia vel extra eam existat, dignemini misericorditer providere, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur pro his tribus.*

[Datum] Florentie, duodecimo Kalendas Octobris, anno secundo.

301

1419, Setembro 22

João Gonçalves, cónego de Coimbra, pede o canonicato e prebenda de Lisboa, vacantes por morte de Domingos Domingueta.

Reg. Suppl. 131, fl. 197v-198.

Supplicat S. V. devotus orator vester Johannes Gunsalvi, canonicus ecclesie Colimbriensis, quatinus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Ulixbonensis, quorum fructus, etc. cum distributionibus cotidianis ducentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacantibus ad presens per obitum Dominici Domingueta, extra Romanam Curiam defuncti, sive premisso, aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacent, et generaliter vel specialiter aut ex eo quod idem Dominicus fructuum, etc., camere apostolice debitorum in civitate et diocesi Ulixboneñ olim succollector, ut dicitur, [fl. 198] fuit, reservati aut devoluti seu litigiosi sint,

dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod idem Johannes Colimbriensis et Portugalensis ecclesiarum canonicatus et prebendas ac unam perpetuam portionem sine cura in una ex parrochialibus ecclesiis loci de Turribus Veteribus Ulixbonensis diocesis obtinet, quorum omnium fructus, etc., ducentarum quinquaginta librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum aliis non obst. et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Florentie, decimo Kalendas Octobris, anno secundo.

302

1419, Setembro 27

Petição de D. João I, rei de Portugal, sobre a prorogação das graças espirituais destinadas à manutenção da cidade de Ceuta, conquistada aos Sarracenos.

Reg. Suppl. 132, fl. 7. Publicada em *Monumenta Henricina*, II, n. 169, p. 347.

Beatissime Pater, ad supplicationem devotissimi et fidelissimi S. V. sancteque Romane Ecclesie filii Johannis, Portugalie et Algarbii regis, ut amplius populetur et melius defendatur civitas de Cepta, quam predictus rex a manibus infidelium eripuit, omnibus et singulis utriusque sexus christifidelibus, qui in eadem civitate sunt seu quos ad ipsam accedere contigerit (1) usque ad septennium, plenariam remissionem omnium peccatorum suorum in mortis articulo, si in eadem civitate vel extra eam decesserint, S. V. primo concessit. Sed quia, Pater Sancte, predicta concessio modicum proderit, cum ad tempus brevissimum est, supplicat S. V. idem rex quatinus illam dignemini ultra prorogare, saltem usque ad alios annos decem, nam exinde plurimum sperat populationem et defensionem predicte civitatis. — *Fiat. O. Et gratis ubique.*

Datum Florentie, quinto Kalendas Octobris, anno secundo.

---

(1) No ms. *contingerit.*

303

1419, Setembro 29

O cabido de Lamego pede a confirmação da instituição de quatro sacerdotes e três corais de Ordens menores destinados ao aumento do culto na catedral e das disposições tomadas para o seu sustento.

Reg. Suppl. 131, fl. 279-279v.

Beatissime Pater. Cum devoti vestri capitulum ecclesie Lamecensis pro divini cultus in eadem ecclesia augmento quatuor presbyterorum et trium clericorum sive choralium in minoribus ordinibus constitutorum numerum qui in missarum solemniis et aliis divinis officiis inibi celebrandis ac horis canonicis diurnis pariter et nocturnis peragendis deserviant et aliis ibidem deservientibus assistant, de novo instituere et creare desiderent, supplicant S. V. capitulum prefati quatinus ipsis premissa faciendi licentiam concedere et pro uberiore sustentatione eorumdem unam ex prebendis eiusdem ecclesie proxime vacaturis, usui dictorum presbyterorum et clericorum perpetuo applicandam reservare dignemini gratiose, ita quod, cedente vel decedente aliquo ex canonicis dicte ecclesie, vel suum canonicatum et prebendam quomodolibet dimittente, liceat eidem capitulo corporalem possessionem dicte prebende, quam primo vacare contigerit, auctoritate propria libere apprehendere ipsamque cum suis fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis, cuius prebende fructus, etc., viginti quatuor librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, usui predicto deputare et imperpetuo applicare ac, cedentibus vel decedentibus prefatis presbyteris et clericis instituendis, ut premittitur, et eorum aliquo, ipsis capitulo alium et alios ad id officium assumere liceat, cuiuscumque licentia super hoc minime requisita. Constitutionibus apostolicis ac gratiis expectativis, a sede apostolica vel eius legatis concessis et concedendis, ac aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. — *Fiat. O.*

Datum Florentie, tertio Kalendas Octobris, anno secundo.

304

1419, Outubro 2

João Afonso, cónego da colegiada de Santa Maria de Guimarães, pede a igreja paroquial de S. Salvador de Várzea da diocese de Braga.

Reg. Suppl. 132, fl. 65v.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. humilis et devotus vester Johannes Alfonsi, canonicus ecclesie beate Marie de Vymaranis Bracharensis diocesis, quatinus sibi de parrochiali ecclesia sancti Salvatoris de Varzea dicte diocesis, cuius fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, que quidem ecclesia tanto tempore vacavit quod de eius vero vacationis modo hesitatur aut per obitum quondam Antonii Dominici, fructuum et proventuum camere apostolice debitorum collectoris seu succollectoris aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa in Romana Curia vel extra existat, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod idem Johannes canonicatum et prebendam in dicta ecclesia de Vymaranis obtinet, quorum fructus, etc., viginti librarum dicte monete secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda, ac defectu natalium quem patitur de presbytero et de soluta, super quo

secum dispensatum extitit (1), et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Florentie, sexto Nonas Octobris, anno secundo.

---

(1) No ms. *existit.*

305

1419, Outubro 6

Estêvão Vasques, perpétuo porcionário na igreja de S. João de Beja, pede o canonicato e prebenda de Silves, vacantes por morte de Lourenço Gil.

Reg. Suppl. 132, fl. 76v-77.

Supplicat S. V. devotus orator vester Stephanus Vallasci, perpetuus portionarius in ecclesia sancti Johannis de Begia Elborensis diocesis, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesia Silvensis, quorum fructus, etc., centum librarum [fl. 77] Turonensium parvorum cum distributionibus cotidianis communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacantibus ad presens per obitum Laurentii Egidii, extra Romanam Curiam defuncti, sive premisso, aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacent, et generaliter vel specialiter reservati aut devoluti seu litigiosi in Curia vel extra, statum cause habentes pro expresso, sint, eidem S[tephano] dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod obtinet eamdem perpetuam portionem in predicta parrochiali ecclesia, cuius fructus, etc., triginta librarum predicte monete simili extimatione valorem predictum non excedunt, et gratia expectativa, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Florentie, pridie Nonas Octobris, anno secundo.

306

1419, Outubro 8

D. João I, rei de Portugal, porque se duvidava do valor das letras apostólicas de João XXIII sobre a aplicação dos rendimentos de certas igrejas do padroado régio ao Estudo Geral de Lisboa, em virtude das quais já tinham sido incorporados no Estudo os frutos de duas igrejas paroquiais, uma da diocese de Lisboa e outra da diocese de Évora, dúvida originada pela deposição do dito João XXIII, pede a confirmação das disposições do papa deposto.

Reg. Suppl. 132, fl. 151-151v.

Beatissime Pater. Olim Johannes xxiii (1), ad petitionem devotissimi S. V. sancteque Romane Ecclesie filii Johannis, Portugalie et Algarbii regis, certis et rationabilibus causis sibi expressis, priori monasterii sancti Vincentii extra muros antiquos Ulixboneñ ordinis canonicorum regularium commisit et mandavit ut fructus unius [fl. 151v] de iure patronatus sui necnon unius in qualibet civitate seu diocesi regnorum suorum parrochialium ecclesiarum vacantium vel vacaturarum, ad collationem archiepiscoporum eorumque cap[itulo]rum regnorum suorum communiter vel divisim pertinentium, reservatis tamen de huiusmodi fructibus, redditibus et proventibus parrochialium ecclesiarum sic uniendarum pro singulis perpetuis vicariis in eis instituendis, per eos ad quos de iure vel consuetudine pertinet, singulis congruis portionibus, de quibus iidem vicarii possint congrue sustentari, episcopalia iura solvere et alia sibi incumbentia onera supportare, fructibus Studii Generalis predictorum regnorum, quod nunc in civitate Ulixbonensi residet, applicare, prout in litteris apostolicis predicti olim Johannis, quarum tenores hic dignemini habere pro sufficienter expressis, plenius continetur, vigore cuius, fructus duarum parrochialium ecclesiarum unius Ulixboñ et alterius Elborensis diocesum post vacantiam predicto Studio iam sunt annexi. Cum autem, Beatissime Pater, dubitetur utrum predicta gratia apostolica per privationem seu amotionem ipsius Johannis expiraverit seu alias forsan cassa vel inutilis seu invalida fuerit (2), supplicatur igitur S. V. humiliter et devote pro parte eiusdem regis quatinus predictam gratiam ratam habentes et gratam, eam auctoritate apostolica ex certa scientia confirmantes, ipsi priori committere et mandare dignemini ut ipsam gratiam et mandatum apostolicum, sic et prout in ipsis litteris continetur, exequatur, etiam si nondum ad eius executionem in toto vel in parte processum sit, et cum omnibus clausulis oportunis. — *Fiat favore Studii ut petitur de vacaturis infra quinquennium. O.*

Datum Florentie, octavo Idus Octobris, anno secundo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 8.

(2) No ms. *fuerint.*

307

1419, Outubro 9

João de Braga, da diocese de Tui, pede a confirmação da igreja paroquial de S. Mamede de Vila Chã da diocese do Porto, vacante por morte de Antão Martins, por duvidar do valor da provisão anterior e consecução da mesma.

Reg. Suppl. 132, fl. 129.

Beatissime Pater, vacante parrochiali ecclesia sancti Mametis de Villa Chaã Portugalensis diocesis per obitum Antonii Martini, extra Romanam Curiam defuncti, devotus vester Johannes de Bracara Tudensis diocesis eamdem ecclesiam auctoritate ordinaria fuit assecutus, eamque ex tunc tenuit et possedit, prout tenet et possidet de presenti, timetque provisionem ac assecutionem huiusmodi certis de causis viribus non subsistere. Supplicat igitur S. V. dictus Johannes quatinus provisionem, etc., ut supra, et quecumque inde secuta rata habere et grata sibique nichilominus de eadem ecclesia, cuius fructus, etc.,

viginti trium librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* seu per renuntiationem cuiusdam Lupi Alfonsi aut alterius persone in manibus cuiuscumque ad id potestatem habentis vel non habentis in Romana Curia vel extra eam sponte factam vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta aut litigiosa in eadem Curia vel extra eam existat, dignemini misericorditer providere. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Florentie, septimo Idus Octobris, anno secundo.

308

1419, Outubro 9

João Afonso, cónego da colegiada de Santa Maria de Guimarães, pede a igreja paroquial de Santa Maria de Penamacor da diocese da Guarda, vacante por morte de Gonçalo Esteves.

Reg. Suppl. 132, fl. 146v-147.

Beatissime Pater, supplicat S. V. humilis et devotus vester Johannes Alfonsi, canonicus secularis et collegiate ecclesie beate Marie de Vymaranis Bracharensis diocesis, quatinus sibi de parrochiali ecclesia beate Marie de Penamoncor Egitaniensis diocesis, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante per obitum quondam Gunsalvi Stephani, extra Romanam Curiam defuncti, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu [per] constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa existat, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod quidam Fernandus Petri, presbyter dicte Egitaniensis diocesis, eam teneat indebite occupatam. Non [fl. 147] obstañ etiam quod idem Johannes canonicatum et prebendam in dicta ecclesia de Vymaranis, quorum fructus, etc., viginti librarum Turonensium similium secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, ac defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, super quo secum dispensatum existit et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Florentie, septimo Idus Octobis, anno secundo.

309

1419, Outubro 11

D. João, bispo eleito do Porto, pede que o seu confessor o possa absolver de todos os pecados, mesmo dos reservados à Santa Sé.

Reg. Suppl. 132, fl. 152v-153.

Beatissime Pater. Ut devote creature vestre Johannis, electi Portugalensis (1), ipsius serenata conscientia, statui et indempnitatibus fructuosius consulatur, supplicat S. V. dictus electus quatinus sibi ut confessor suus, quem ad hoc duxerit eligendum, ipsius confessione diligenter audita, ei pro commissis criminibus et excessibus quibusvis, etiam si aliquod ipsorum adulterium aut illo maius et aliqua talia fuerint, propter que sedes apostolica sit merito consulenda, debite absolutionis beneficium impendere ac ipsum ab omnibus et singulis excommunicationum, suspensionum et interdicti sententiis, censuris ecclesiasticis atque penis a iure vel ab homine vel alias quomodolibet promulgatis, etiam si super talibus absolutio sedi [apostolice] (2) reservata fuerit eidem, absolvere et secum super irregularitate [fl. 153], quam forsan huiusmodi sententiis vel earum aliqua ligatus missas et alia divina officia celebrando vel illis se immiscendo contraxit, dispensare, omnem quoque inhabilitatis et infamie maculam sive notam, etc., abolere ac ipsum in statum pristinum reponere valeat, concedere et indulgere dignemini gratiose, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de iam commissis. O.*

Datum Florentie, quinto Idus Octobris, anno secundo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 6.

(2) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão da palavra *apostolice*.

310

1419, Outubro 13

Catarina Afonso e Afonso Lourenço, cônjuges, moradores em Condeixa, na diocese de Coimbra, determinaram por testamento a fundação duma capela, onde se deviam celebrar missas por suas almas e dos seus pais, mas o marido dissipou parte dos bens a isso destinados. Vasco Anes de Lisboa, disposto a respeitar a vontade dos sobreditos cônjuges, particularmente da esposa, pede a administração dos ditos bens.

Reg. Suppl. 132, fl. 248v-249v.

Beatissime Pater. Olim quondam Catherina Alfonsi et Alfonsus Laurentii coniuges, habitatores in loco de Condeixa Colimbriensis diocesis, condentes testamentum inter alia in eodem voluerunt et ordinaverunt quod qui primo obiret de bonis mobilibus eorumdem fieret sibi certa sepultura, in qua honorifice sepeliri deberet et quod superstiti omnia bona immobilia remanerent, ex quibus sustentaretur quousque vitam duceret in humanis. Et post obitum sic superviventis de bonis immobilibus huiusmodi in quadam capella sita in ecclesia dicti loci de Condeixa pro animabus dictorum coniugum parentumque suorum [fl. 249] certe misse celebrantur et quodque supervivens non posset dicta bona immobilia vendere nec aliquo alio modo alienare, sed potius ad usum dicte capelle conservarentur seu applicarentur, ad huiusmodi missas imperpetuum celebrandas, prout in dicto testamento plenius continetur, que quidem Katherina primo defuncta, huiusmodi bona ut prefertur immobilia ad dictum Alfonsum suum coniugem reducta fuerunt, qui post-

modum divina negligens et ad voluptates humanas conspirans, partem huiusmodi bonorum dissipavit, vendidit et alienavit, alia vero tempore sui obitus cuidam Alfonso Petri de Almalagues, laico dicte diocesis, dimisit seu donavit, in tantum quod in prefata capella huiusmodi misse minime celebrantur, timetur quod in futurum minime celebrari, nisi per S. V. super hoc provideatur de remedio oportuno. Supplicat igitur S. V. devotus orator vester Vallascus Johannis Ulixbonensis qui voluntatem dictorum coniugum in dicto testamento contentam adimplere desiderat ac huiusmodi bona ad prefatam capellam reducere intendit, si in administratorem bonorum huiusmodi deputetur, quatinus ut pia eorum voluntas et presertim dicte Katherine non fraudetur, sed potius conservetur in esse, in partibus loci Ordinario seu alteri probo viro committere et mandare dignemini ut super premissis summarie, etc., se informet et si invenerit sic esse eumdem Vallascum in administratorem perpetuum omnium et singulorum bonorum predictorum auctoritate apostolica deputet necnon habitis et obtentis per eumdem Vallascum bonis huiusmodi iuxta fructus et redditus ipsorum bonorum certas missas celebrari et alia pia opera secundum voluntatem predictorum coniugum in dicto testamento contentam adimpleri faciat, et alia in premissis necessaria et oportuna. Et cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat et committatur.* [fl. 249v].

Datum Florentie, tertio Idus Octobris, anno secundo.

311

1419, Outubro 16

Lora, prioressa do mosteiro de Tarouquela, diocese de Lamego, designada pela abadessa, de nome Inês, para governar o mosteiro, e aprovada pelo bispo de Lamego D. Gonçalo, pede ao papa confirmação do seu governo.

Reg. Suppl. 132, fl. 216-216v.

Beatissime Pater, alias postquam Agnes, tunc abbatissa monasterii sancte Marie de Tarouquela ordinis sancti Benedicti Lamecensis diocesis, eius insufficientia inordinatis quoque de dicti monasterii bonis regimine et administratione impellentibus, certa sibi super huiusmodi bonis pro eius victu et vestitu portione reservata, etiam devotarum vestrarum conventus et monialium dicti monasterii ad id accedentibus voluntate et consensu, et devote creature vestre quondam Gunsalvi (1), episcopi Lamecensis, intervenientibus auctoritate et decreto, ab huiusmodi regimine et administratione suspensa fuerat, devota oratrix vestra Lora, priorissa dicti monasterii, illius in spiritualibus et temporalibus ad petitionem monialium et conventus administratrix extitit [fl. 216v] deputata ac successive, ea per duos annos et ultra huiusmodi administrationis officium tunc laudabiliter exercente, prefatus episcopus eamdem Agnetem, suis culpis et demeritis exigentibus, auctoritate ordinaria huiusmodi regimen et administrationem per suam sententiam rite privavit et amovit realiter ab eisdem, a qua quidem sententia pro parte dicte A[gnetis] ad sedem apostolicam interposite appellationis causa in illis commissa partibus pendet indecisa et ne de

eiusdem deputationis viribus apud quoscumque hesitatione relicta, etiam dictum monasterium, si ipsam A[gnetem] in huiusmodi causa succumbere contingat, vacationis diutine subiciatur incommodis, aut quevis in eisdem spiritualibus et temporalibus sustineat detrimenta, supplicatur S. V. [humiliter] et devote quatinus super hiis predicti monasterii [statui] et ydempnitatibus oportune consulentes et ad eamdem L[oram], que ipsi monasterio, ut in eisdem spiritualibus et temporalibus floreat, esse poterit, auctore Domino, multipliciter fructuosa, paternum (2) convertentes intuitum, deputationem predictam et quecumque inde secuta rata (3) habentes et (4) grata, illa ex certa scientia confirmare et approbare et nichilominus, si et postquam dicta A[gnes] in huiusmodi causa, ut premittitur, succubuerit, ea ab huiusmodi regimine et administratione effectualiter absoluta, de persona ipsius L[ore] monasterio prefato, cuius fructus, etc., trecentarum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum [non excedunt], quovis modo aut ex cuiuscumque persona tunc vacaverit, et ex quavis causa ipsius dispositio ad sedem predictam specialiter vel generaliter tunc pertinuerit, providere ipsamque illi in abbatissam preficere ac munus benedictionis ei impendi mandare dignemini. Non obstantibus constitutionibus apostolicis et aliis contrariis quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Florentie, decimo septimo Kalendas Novembris, anno secundo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 108.
(2) No ms. *premium*, com sinal de erro.
(3) No ms. *et acta*, com sinal de erro.
(4) No ms. *ex*, com sinal de erro.

312

1419, Outubro 16

D. Diogo, arcebispo de Lisboa, pede ao papa para anular e proibir vários arrendamentos de possessões pertencentes à mesa arquiepiscopal, que seus predecessores costumavam fazer.

Reg. Suppl. 132, fl. 259-259v.

Beatissime Pater cum mensa archiepiscopalis Ulixbonensis pro eo potissime quod plerique ex devote creature vestre Didaci archiepiscopi Ulixbonensis (1) inibi predecessoribus carnali affectione tracti et etiam diversorum magnatum potentiumque nobilium et aliorum instantiis precibusque pulsati possessiones necnon iura et bona ad eamdem mensam spectantia suis nepotibus, consanguineis aliisque nobilibus et potentibus personis ad firmam seu annuam pensionem aut alias diversis exquisitis coloribus, temporibus preteritis, concessisse et assignasse noscuntur, plurima pertulerit hactenus dispendia, incommoda pariter et detrimenta, huiusmodi quoque possessiones, iura et bona frequentibus ex tunc non absque litigiorum strepitibus odiorum et rancorum fomite magnisque expensis reduci potuerint sive possint ad ius et proprietatem mense memorate, ut super hiis

mense predicte ac illis quos ecclesie Ulixbonensi pro tempore presidere contigerit salubriter consulatur, supplicat S. V. dictus archiepiscopus quatinus, ut premissis deinceps obvietur dispendiis et incommodis, quod huiusmodi possessiones, iura et bona seu ex eis aliquod imposterum nullo unquam tempore per Didacum predictum seu quemvis ex suis successoribus pro tempore existentibus Ulixboneñ archiepiscopis alicui baroni, magnati, militi, nobili aut potenti persone utriusque sexus nec cuicumque ex eorum fratribus, sororibus, consanguineis, nepotibus, neptibus, parentibus, clientibus et familiaribus ad firmam seu ad annuam pensionem aut in emphiteosim vel alias quovis titulo, etiam sub excommunicationis pena, quam quilibet illorum contra faciens eo ipso incurrat, concedi, dari seu assignari possint seu debeant, statuere et ordinare, omnes quoque concessiones, donationes et assignationes per quemvis ex dictis archiepiscopis alias, quod, absit, predictis personis seu alicui earum in antea forsitan faciendas nullius firmitatis existere, nec eis per illas seu earum aliquam [fl. 259v] ius sive interesse in dictis possessionibus, iuribus et bonis vel illorum aliquo cuicumque acquiri debere, decernere dignemini. Non obtantibus premissis ac aliis contrariis quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Florentie, decimo septimo Kalendas Novembris, anno secundo.

---

(1) D. Diogo Álvares, bispo de Évora, transferido para a sé de Lisboa em Fevereiro de 1415, tendo-lhe sucedido, por morte, D. Pedro de Noronha, sobrinho de el-rei D. João I. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 236, 507.

313

1419, Outubro 18

Leonor Rodrigues de Barros, freira do mosteiro de Santa Clara de Coimbra, pede dispensa do impedimento de ilegitimidade para ascender às dignidades, mesmo abaciais, do mosteiro.

Reg. Suppl. 133, fl. 23v.

Supplicat S. V. devota vestra Leonora Roderici de Barros, monialis professa monasterii sancte Clare Colimbriensis ordinis eiusdem sancte, que iam quinquagenaria existit, quatinus secum ut, non obstante defectu natalium, quem patitur de soluto genita et soluta, ad omnes eiusdem ordinis dignitates abbatiales et principales prefici, eligi et assumi libere et licite valeat dignemini misericorditer dispensare, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus ipsius ordinis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, attento (1), Pater Beatissime, quod ipsa ad abbatiam ipsius monasterii, tunc vacantem, electa fuit et quia non erat dispensata, eius electio non potuit habere effectum. Et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Florentie, decimo quinto Kalendas Novembris, anno secundo.

---

(1) No ms. *atteñ* com sinal de erro.

314

1419, Outubro 20

Vasco Domingues, reitor da igreja paroquial de S. Miguel de Foz de Arouce, pede indulgências para os que visitarem esta igreja, bem como a capela de S. Tiago de Rio de Vide e o ermitério de Santa Cruz, sujeitos à dita igreja.

Reg. Suppl. 133, fl. 55v.

Supplicat S. V. devotus vester Valascus Dominici, rector parrochialis ecclesie sancti Michaelis de Foz dArouce Colimbriensis diocesis, quatinus in augmentum devotionis christifidelium omnibus vere penitentibus et confessis qui ecclesiam ipsam et similiter capellam sancti Jacobi de Rio de Vide necnon heremitorium sancte Crucis, que ipsi ecclesie subiecta existunt, in festivitatibus sancti Michaelis, sancti Jacobi et sancte Crucis necnon in festivitatibus per cancellariam dari consuetis, devote visitantibus et pro reparatione ipsarum, que de novo reparanda existunt, et non sine magnis laboribus et expensis reparari possunt, manus porrigentibus adiutrices, septem annos et totidem quadragenas de vera indulgentia, perpetuis temporibus duratura, concedere dignemini, cum clausuliset non obstañ oportunis.

... ...

[fl. 56v]

... ...

Fiat in forma pro omnibus tribus. O.

Datum Florentie, tertiodecimo Kalendas Novembris, anno secundo.

315

1419, Outubro 27

Pedro Fernandes completa súplica anterior sobre a permuta de seus benefícios.

Reg. Suppl. 133, fl. 118v.

Reformatio Petri Fernandi super licentia permutandi (1).

Beatissime Pater. Quia ex suprascripta signatura *Fiat ad septennium O.*, petita in dicta supplicatione non veniunt, videlicet quod dictus Petrus Fernandi possit permutare beneficia, ut superius petitur, ideo pro parte ipsius P[etri] Fernandi, archidiaconi, humiliter supplicatur quatinus litteras apostolicas super dicta gratia conficiendas expediri mandare dignemini ac si signata esset *Fiat ut petitur ad septennium et dispensamus.* Non obstantibus omnibus supradictis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis contrariis quibuscumque et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O. Fiat.*

Datum Florentie, sexto Kalendas Novembris, anno secundo.

(1) Palavras na margem esquerda do texto. Não temos a certeza se se trata de algum português.

316

1419, Novembro 6

Vasco Domingues, reitor da igreja paroquial de S. Miguel de Foz de Arouce da diocese de Coimbra, resignou à igreja paroquial de S. Salvador de Galegos, da diocese do Porto, que aceitara após resignação do abade do mosteiro de Santa Maria de Oya, da diocese de Tui. Por isso, Lopo Peres, porcionário da igreja de Santa Maria de Torres Vedras, pede a provisão dela, a seu favor.

Reg. Suppl. 133, fl. 256v-257.

Beatissime Pater, vacante parrochiali ecclesia sancti Salvatoris de Galegos Portugalensis diocesis, quam quondam Alfonsus Dominici, abbas monasterii beate Marie de Oya ordinis Cisterciensis Tudensis diocesis, auctoritate apostolica in commendam tenebat, per cessionem seu renuntiationem eiusdem abbatis seu procuratoris sui, ad hoc legitime constituti, in manibus S. V. factam, de eadem ecclesia per huiusmodi cessionem seu renuntiationem devoto vestro Valasco Dominici, rectori parrochialis ecclesie sancti Michaelis de Foz dArouce Colimbriensis diocesis provideri mandavit seu providit. Et quia dictus Valascus huiusmodi provisionem gratie de dicta ecclesia de Gallegos, sibi ut premittitur facte, litteris super eadem per ipsum Valascum non confectis, ac omni iure sibi in eadem ecclesia de Gallegos seu ad eam quomodolibet competente resignare seu renuntiare proponat, supplicat igitur S. V. dictus Valascus quatinus resignationem seu renuntiationem, quas prefatus Valascus in manibus eiusdem S. ex nunc per procuratorem suum, ad hoc legitime constitutum (1), de dicta ecclesia de Gallegos ac de omni iure sibi in eadem quomodolibet competente factam (2), admittere et de eadem, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut per obitum dicti Alfonsi abbatis, extra Romanam Curiam defuncti, vel ex alterius cuiuscumque persona seu [per] constitutionem *Execrabilis* vacet, ac alias generaliter vel specialiter [fl. 257] reservata, devoluta et litigiosa existat, devoto vestro Lopo Petri, perpetuo portionario in parrochiali ecclesia beate Marie de Turribus Veteribus Ulixboñ diocesis, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod perpetuam portionem sine cura in eadem ecclesia beate Marie obtinet, cuius fructus, etc., viginti librarum dicte monete secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, et cum aliis non obst. et clausulis oportunis. —*Fiat ut petitur.* O.

Datum Florentie, octavo Idus Novembris, anno secundo.

---

(1) No ms. *constitutus*, com sinal de erro.

(2) No ms. *facit*, com sinal de erro.

317

1419, Novembro 6

Antão Martins, cónego de Lisboa, cubiculário do papa, em litígio com Álvaro Ferreira, arcediago de Lisboa, sobre o deado de Coimbra, pede a reintegração de todos os direit os ao mesmo deado.

Reg. Suppl. 134, fl. 4-4v.

Beatissime Pater, orta nuper in vestro palatio apostolico causarum coram venerabili viro domino Petro Nardi, eiusdem palatii auditore, materia questionis inter devotum oratorem vestrum Antonium Martini, canonicum Ulixbonensem, V. S. cubicularium, ex una et quemdam Alvarum Ferreyra, archidiaconum Ulixbonensem, de et super decanatu ecclesie Colimbriensis, qui dignitas in eadem ecclesia curata et electiva ac maior post pontificalem existit, et ipsius occasione partibus ex altera (1), ad nonnullos actus coram auditore eodem extitit processum, citra tamen conclusionem, quos actus et [fl. 4v] totius cause statum hic S. V. dignetur habere pro sufficienter expressis, et quoniam, Beatissime Pater, in eventum litis reperiri posset neutri eorumdem litigantium in decanatu predicto seu ad eum ius competere, supplicat igitur S. V. idem Antonius quatinus auditori cause predicto committere et mandare dignemini ut, si per eventum litis huiusmodi invenerit neutri Antonii et Alvari predictorum in decanatu eodem seu ad eum ius competere ac quomodolibet competere posse, eidem Antonio de decanatu predicto, cuius fructus, etc., quadringentarum librarum Turonensium parvorum cum distributionibus cotidianis communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per quondam Roderici Laurentii aut Alvari Alfonsi, sedis apostolice notarii, obitus, extra Romanam Curiam defunctorum, sive per renuntiationem Lodovici Pylot aut Johannis Gunsalvi, in eadem Curia sive extra eam aut coram notariis aut testibus [sponte] factam, sive alio quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet (2), et generaliter vel specialiter reservatus aut devolutus seu litigiosus, statum litis hic habentes pro sufficienter expresso, fuerit, sibi auctoritate apostolica provideat. Non obstañ quod unam aliam gratiam in forma si neutri super eodem decanatu et inter se et Alvarum predictum sub data Constantie [undecimo Kalendas Decembris] (3), anno primo, a Vestra Sanctitate signatam habuit, super qua litteras apostolicas non expedivit, ac quod canonicatum et prebendam ecclesie Ulixbonensis et parrochialem ecclesiam sancti Salvatoris de Arrayollos Elborensis diocesis, quorum sexcentarum, obtinet, ac quod de canonicatu et prebenda ac decanatu ecclesie Elborensis, qui dignitas in eadem curata et electiva et maior post pontificalem existit, obtinuit, et canonicatu et prebenda ecclesie Colimbriensis predicte, certis modis vacaturis, quorum fructus, etc., septingentarum librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, mandatum fuit sibi provideri, ac gratiis ad incompatibilia quoad vixerit, etiam cum potestate permutandi, et expectativis sibi factis, in cancellaria apostolica exprimendis. Et cum aliis clausulis et non obstañ oportunis. — *Fiat. ut petitur.* O.

Datum Florentie, octavo Idus Novembris, anno secundo.

---

(1) No ms. vem a seguir as palavras *materia questionis*, mas com sinal de erro.

(2) No ms. *vacent.*

(3) Cf. n.º 1. No ms. *etc.*, com sinal de erro, a indicar talvez a omissão do dia da data.

318

1419, Novembro 8

Rodrigo Lopes, pede o canonicato e prebenda do Porto, completando súplica anterior e pedindo a expedição das respectivas letras apostólicas.

Reg. Suppl. 133, fl. 270v.

Pro Roderico Loppi super canonicatu et prebenda ecclesie Portugalensis (1).

Dignetur S. V. litteras apostolicas super petitione, cuius copia superius describitur, devoti oratoris vestri Roderici Loppi, canonici Portugalensis, in eadem petitione nominati, confici et per cancellariam apostolicam expediri mandare. Non obstante regula eiusdem cancellarie, in qua cavetur (2) quod similes gratias obtinentes, illas infra sex menses expedire teneantur, alias, etc., ut in eadem regula plenius continetur, et aliis in contrarium facientibus quibuscumque, et cum non obstañ in eadem petitione contentis, ac quod canonicatum et prebendam in ecclesia Elborensi, de quibus et ipsorum valore in petitione predicta fit mentio, obtinet, et aliis clausulis oportunis. — *Fiat de novo ut petitur. O.*

Datum Florentie, sexto Idus Novembris, anno secundo.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.
(2) No ms. *caventur.*

319

1419, Novembro 9

De passagem pela Cúria, de regresso do Santo Sepulcro para as próprias terras, Maria Vicente, Catarina Anes e Adôncia Martins de Lisboa, Constância de Xira e Maria Fernandes de Évora e Maria Afonso do Porto pedem faculdade de escolherem confessor que as absolva de seus pecados e lhes dêem a indulgência plenária.

Reg. Suppl. 134, fl. 53.

Supplicant S. V. devote oratrices eiusdem S. Maria Vincentii et Catherina Johannis ac Aldoncia Martini Ulixboñ et Constantia de Xira ac Maria Fernandi Elborenses et Maria Alfonsi Portugalensis, que in sancto sepulchro dominico fuerunt et ad partes remeare volunt, quatinus eis et earum cuilibet eligendi ydoneum seu ydoneos confessorem seu confessores, qui ipsas et earum quamlibet ab omnibus peccatis suis in mortis articulo absolvat et absolvant et sibi plenam omnium peccatorum suorum remissionem auctoritate vestra concedat et concedant, indulgere et licentiam concedere dignemini de gratia speciali. — *Fiat in forma, etiam sine confectione bullarum. O.*

Datum Florentie, quinto Idus Novembris, anno secundo.

320

1419, Novembro 10

Álvaro Gonçalves, clérigo da diocese de Braga, pede o ofício de tabelião.

Reg. Suppl. 134, fl. 120v.

Beatissime Pater, supplicat S. V. devotus vester Alvarus Gundissalvi, clericus Bracarensis diocesis, non coniugatus, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, officium tabellionatus, notariatus auctoritate apostolica concedere dignemini, cum non obstañ et clausulis oportunis, ut in forma. — *Fiat. O.*

Datum Florentie, quarto Idus Novembris, anno secundo.

321

1419, Novembro 12

Antão Gonçalves, clérigo da diocese de Viseu, comensal antes e depois da coroação do papa, embora o não fosse no tempo da sua promoção, pede todos os privilégios e graças dos familiares pontifícios do tempo da eleição de Martinho V.

Reg. Suppl. 134, fl. 101v.

Beatissime Pater. Cum devotus et humilis S. V. familiaris Antonius Gunsalvi, clericus Visensis diocesis, ante tempus coronationis S. eiusdem et expost continue familiaris vester continuus commensalis extiterit, licet tempore assumptionis S. eiusdem ad summi apostolatus apicem revera talis non fuerit, dignetur S. V. eidem A[ntonio] concedere ac declarare quod ipse omnibus et singulis privilegiis, prerogativis et gratiis et antelat., per S. V. aliis familiaribus continuis commensalibus, qui tempore assumptionis huiusmodi et per duos menses ante tales veraciter fuerunt, sub quacumque forma vel expressione verborum concessis et imposterum concedendis, perinde uti et gaudere possit et debeat ac si tempore assumptionis eiusdem et per duos menses ante veraciter talis fuisset, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat O.*

Datum Florentie, pridie Idus Novembris, anno secundo.

322

1419, Novembro 14

Renovação do pedido de graças para os habitantes de Ceuta, com intentos de aumentar a população da cidade, conquistada aos Sarracenos.

Reg. Suppl. 134, fl. 104v. Publicada em *Monumenta Henricina*, II, n. 173, p. 355.

Beatissime Pater, ad supplicationem devotissimi et fidelissimi S. V. sancteque Romane ecclesie filii Johannis, Portugalie et Algarbii regis, ut amplius populetur et melius defendatur civitas de Cepta, quam predictus rex a manibus infidelium eripuit, omnibus

et singulis utriusque sexus christifidelibus, qui in eadem civitate sunt seu quos ad ipsam accedere contigerit (1) usque ad septennium remissionem omnium peccatorum suorum in mortis articulo, si in eadem civitate vel extra eam decesserint, S. V. primo concessit, predictam autem gratiam ad decennium, finito predicto septennio, post[ea] ampliavit, sed, Pater Beatissime, si predicta indulgentia ad maius tempus dilatetur, spes est quod predicta civitas adeo populabitur quod non solum dicte civitatis incole eam defendent, sed terras circumvicinas predictorum infidelium invadent, sicut cotidie faciunt. Supplicat S. V. idem rex quatinus illam dignemini ultra prorrogare, saltem usque ad alios octo annos, ut fructus iam dictus sequatur et predictus rex in expensis, quas in dies innumerabiles facit, aliquantulum relevetur. — *Fiat ut petitur. O. Et gratis. O.*

Datum Florentie, decimo octavo Kalendas Decembris, anno secundo.

(1) No ms. *contingerit.*

323

1419, Novembro 15

Antão Martins, cónego de Lisboa, acólito e cubiculário do papa, Vasco Domingues, reitor da igreja paroquial de S. Miguel de Foz de Arouce, e Pedro Martins reitor da igreja de Santa Maria de Olivais, respectivamente da diocese de Coimbra e de Lisboa, e João Vasques, arcediago de Penela, na diocese de Coimbra, tinham obtido a revogação do indulto de João XXIII que reduzia o número de cónegos de Coimbra, e a provisão dos canonicatos e prebendas vacantes. Antão Martins, segundo nova determinação pontifícia, devia resignar ao seu canonicato e prebenda de Coimbra, pelo que João Lopes, reitor da igreja paroquial de Santa Justa de Lisboa, pede a provisão dos mesmos a seu favor.

Reg. Suppl. 134, fl. 240v-241v.

Beatissime Pater, alias S. V. pro parte devotorum oratorum vestrorum Antonii Martini, canonici Ulixbonensis, V. S. acoliti et cubicularii, et Valasci Dominici, sancti Michaelis de Foz dArouce, et Petri Martini, sancte Marie de Olivaaes, Colimbriensis et Ulixbonensis diocesum parrochialium ecclesiarum rectorum, ac Johannis Valasci, archidiaconi de Penella in ecclesia Colimbriensi, exposito quod dudum dominus Baldassar, tunc Johannes nuncupatus (1), ex certis pretensis causis coram eo pro parte episcopi, decani et capituli ecclesie Colimbriensis expositis motus, priori prioratus sancti Georgii ordinis canonicorum regularium predicte Colimbriensis diocesis per suas litteras dedit in mandatis ut, si causas predictas reperiret veras, numerum triginta octo prebendarum ecclesie Colimbriensis memorate ad tricenarium numerum restringeret, reduceret et statueret, ita quod prefatus tricenarius canonicorum et prebendarum numerus in eadem ecclesia ex tunc in antea haberetur, qui quidem prior ad ipsarum litterarum executionem processit, post cuius processum capitulum ecclesie prefate quosdam per quondam Egidii Valasci et alios per quondam Alvari Petri et alios per quondam Gunsalvi Laurentii necnon quosdam alios per quondam Regalis, ipsius ecclesie Colimbriensis canonicorum, extra

Romanam Curiam defunctorum, obitus, tunc vacantes canonicatus et prebendas huiusmodi capitulari mense applicarunt, ipsorum fructus, etc., non sine divini cultus detrimento et in diminutione [fl. 241] honoris ecclesie antedicte, in proprios usus convertendo. Quapropter eadem S., ad instantiam et petitionem Antonii et Valasci ac Petri et Johannis predictorum venerabili viro domino Johanni de Thomariis de Bononia, vestri sacri palatii apostolici causarum auditori, commisit et mandavit ut super premissis se diligenter informaret et, si inveniret quod singulares persone, tunc canonicatus et prebendas obtinentes, inibi tempore date litterarum earumdem de suorum canonicatuum et prebendarum fructibus, etc., congrue poterant sustentari, quod litteras necnon restrictionem, reductionem ac statutum huiusmodi et quecumque inde secuta auctoritate apostolica revocaret, cassaret et irritaret ipsosque canonicatus et prebendas, qui per huiusmodi obitus vacarunt, post eamdem revocationem et irritationem ac illarum occasione vacare eadem auctoritate decerneret necnon illos, qui per Egidii Valasco et qui per Alvari Antonio necnon qui per Gunsalvi Petro, illos vero qui per Regalis Johanni prefatis eorumdem obitus huiusmodi vacarunt, canonicatus et prebendas prefatos auctoritate apostolica conferre et assignare curaret, prout in litteris apostolicis inde confectis plenius continetur. Cum autem, Pater Beatissime, nuper S. V. voluerit quod prefatus Antonius Martini omne ius quod sibi in canonicatu et prebenda predictis eiusdem Colimbriensis ecclesie per obitum Alvari Petri ante applicationem huiusmodi factam vacantibus, seu ad eos competebat aut quomodolibet competere poterat, in gratia expectativa ipsius Antonii, ex tunc dimittere, ad quod etiam idem Antonius sponte se obtulit, et propterea ius predictum vacet ad presens, supplicat igitur S. V. devotus orator vester Johannes Loppi, rector parrochialis ecclesie sancte Juste Ulixbonensis, quatinus eidem domino auditori, coram quo ad nonnullos actus dicitur esse processum, committere et mandare dignemini ut ius predictum quod Antonio memorato in predictis canonicatu et prebenda ecclesie Colimbriensis prefate seu ad eos tempore dimissionis huiusmodi competebat, seu quomodolibet competere poterat, sibi conferat et provideat de eodem ipsumque Johannem Loppi, si et in quantum sibi expediat, in iure et ad ius huiusmodi ac litis et cause prosecutionem, statum ipsius habentes pro expresso, auctoritate eadem surroget et admittat et nichilominus sibi de canonicatu et prebenda predictis, quorum fructus, [fl. 241v], etc., centum triginta librarum Turonensium parvorum cum distributionibus cotidianis valorem annuum non excedunt, cum, ut premittitur, vacaverint, etiam si actu premisso aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacent, et generaliter vel specialiter reservati aut devoluti et litigiosi, statum cause habentes pro expresso, fuerint, auctoritate apostolica misericorditer provideat. Non obstañ quod parrochialem ecclesiam sancte Juste predictam, cuius fructus, etc., ducentarum librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, obtinet, et gratia expectativa, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum non obstañ et clausulis opportunis. — *Fiat ut petitur pro utroque. O.*

Datum Florentie, decimo septimo Kalendas Decembris, anno secundo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 8.

MARTINHO V

(EL. 11 NOV., COR. 21 NOV. 1417, + 20 FEV. 1431)

SÚPLICAS

ANO TERCEIRO

(21 NOV. 1419 – 20 NOV. 1420)

AV, REG. SUPPL., VOL. 135 A 147

324-325

1419, Novembro 22

João Lourenço, clérigo da diocese de Évora, pede o canonicato e prebenda de Lamego, vacantes por morte de Lopo Gonçalves. Cristóvão Lourenço, clérigo da diocese de Évora, pede o canonicato e prebenda de Lamego, vacantes por morte de Diogo Afonso.

Reg. Suppl. 138, fl. 262v.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes Laurentii, clericus Elborensis diocesis, quatinus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Lamecensis, vacantibus per obitum quondam Lupi Gunsalvi, extra Romanam Curiam defuncti, quorum fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo, etiam si alias generaliter vel specialiter reservati, devoluti ac litigiosi existant, et ex quacumque persona vacent, dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

325. Beatissime Pater. Supplicat humiliter et devote S. V. devotus vester Cristoforus Laurentii, clericus Elborensis diocesis, quatinus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Lamecensis, vacantibus per obitum quondam Didaci Alfonsi, extra Romanam Curiam defuncti, quorum fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo, etiam si alias generaliter vel specialiter reservati, devoluti ac litigiosi existant, et ex quacumque persona vacent, dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

Fiat ut petitur pro utroque. O.

Datum Florentie, decimo Kalendas Decembris, anno tertio.

326

1419, Novembro 29

Antão Gonçalves, clérigo da diocese de Viseu, familiar e comensal do papa, pede o canonicato e prebenda de Lisboa, vacantes por morte de Garcia, sacerdote, abreviador das letras apostólicas e escritor da Penitenciaria.

Reg. Suppl. 136, fl. 246v.

Beatissime Pater. Cum devotus orator vester Antonius Gunsalvi, clericus Visensis diocesis, canonicatum et prebendam ecclesie Ulixbonensis, vacantes per obitum presbyteri Garsie, extra Romanam Curiam defuncti, in partibus dicitur acceptasse vigore gratie expectative et de illis sibi obtinuisse provideri, supplicat igitur S. V. idem Antonius, qui vester familiaris continuus commensalis existit, quatinus sibi de dictis canonicatu et prebenda, quorum fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, aut alias quovis modo, vel ex alterius cuiuscumque persona vacent, et generaliter vel specialiter reservati, maxime ex eo quod idem presbyter Garsias (1) dudum, ut dicitur, litterarum apostolicarum abbreviator et Penitentiarie scriptor fuerit, aut devoluti seu litigiosi sint, statum cause habentes pro expresso, de novo dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod idem Antonius de archidiaconatu de Penella, qui dignitas in ecclesia Colimbriensi existit, ac de prestimonio curato de Valdevez, de quibus concessum atque de perpetua portione sine cura parrochialis ecclesie beate Marie de Arruda Ulixbonensis diocesis auctoritate apostolica obtinuit sibi provideri, quorum possessionem non habet et quorum fructus, etc., centum quadraginta librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro utroque. O.*

Datum Florentie, tertio Kalendas Decembris, anno tertio.

---

(1) No ms. *Guarsias*, com sinal de erro.

327

1419, Novembro 29

Fernando Peres, clérigo da diocese de Lamego, pede o canonicato e prebenda de Lisboa, vacantes por morte de Fernando Fogaça.

Reg. Suppl. 139, fl. 249.

Supplicat S. V. devotus orator vester Fernandus Petri, clericus Lamecensis diocesis, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie Ulixbonensis, vacantibus ad presens per obitum Fernandi Fogaça, extra Romanam Curiam defuncti, quorum fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, aut alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona vacent, et generaliter vel specialiter reservati aut devoluti et litigiosi sint, statum cause habentes pro expresso, eidem F[ernando] dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, in cancellaria apostolica exprimenda. Et cum clausulis oportunis.

... ...

Fiat ut petitur pro utroque. O.

Datum Florentie, tertio Kalendas Decembris anno tertio.

328

1419, Dezembro 1

João Gonçalves, cónego de Coimbra, pede o canonicato e prebenda de Lisboa, vacantes por morte de Domingos Domingueta.

Reg. Suppl. 139, fl. 250v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Johannes Gunsalvi, canonicus Colimbriensis, quatinus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Ulixboñ, vacantibus ad presens per obitum Dominici Domingueta, extra Romanam Curiam defuncti, quorum fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, de quibus nuper sibi per eamdem S. concessum fuit provideri, sive premisso, aut alias quovis modo, vel ex alterius cuiuscumque persona, sive per Vincentii Dominici, extra, sive per Johannis de Ulixbona, intra Romanam Curiam defunctorum, obitus, aut ex eo quod idem Dominicus quondam, ut dicitur, fructuum, etc., camere apostolice debitorum in civitate et diocesi Ulixboñ succollector fuerit, vacent, et generaliter vel specialiter reservati aut devoluti ac litigiosi sint, statum cause habentes pro expresso, de novo dignemini misericorditer providere. Non obstant. quod obtinet canonicatus et prebendas Colimbriensis et Portugalensis ecclesiarum et unam perpetuam portionem sine cura in una ex parrochialibus ecclesiis loci de Turribus Veteribus Ulixbonensis diocesis, quorum omnium fructus, etc., ducentarum librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum aliis clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Florentie, Kalendis Decembris, anno tertio.

329

1419, Dezembro 13

Vasco Domingues, reitor da igreja de S. Miguel de Foz de Arouce, da diocese de Coimbra, pede a confirmação da provisão e aceitação do canonicato e prebenda de Viseu, vacantes por morte de Luís Lourenço.

Reg. Suppl. 136, fl. 124v-125.

Beatissime Pater, vacantibus canonicatu et prebenda ecclesie Visensis per obitum quondam Ludovici Laurentii, extra Romanam Curiam defuncti, devotus vester Valascus Dominici, rector parrochialis ecclesie sancti Michaelis de Foz dArouce Colimbriensis diocesis, vigore gratie apostolice eosdem canonicatum et prebendam, sic ut premittitur vacantes, infra tempus legitimum acceptavit et de eisdem sibi provideri obtinuit, timetque

acceptationem ac provisionem huiusmodi certis de causis viribus non subsistere. Supplicat igitur S. V. dictus Valascus quatinus acceptationem ac provisionem huiusmodi et quecumque inde secuta rata habentes et grata, sibique de dictis canonicatu et prebenda, quorum possessionem non habet, et quorum fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum, etiam quotidianis distributionibus computatis, non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona vacent, etiam si generaliter vel specialiter reservati, devoluti et litigiosi existant, dignemini misericorditer providere. Non obst. quod idem V[alascus], eiusdem gratie vigore, dignitatem, personatum, etc., in eadem Visensi ecclesia expectat ac super canonicatu et prebenda ecclesie Colimbriensis in sacro palatio litigat seu causa est commissa, et parrochiali ecclesia prefata, quam obtinet, et quorum omnium fructus, etc., centum librarum Turonensium similium secundum eamdem extimationem valorem [fl. 125] annuum non excedunt, necnon dispensatione ad incompatibilia, in cancellaria exprimenda, et cum aliis non obst. et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro omnibus tribus. O.*

Datum Florentie, Idus Decembris, anno tertio.

330

1419, Dezembro 15

Lourenço Gomes, reitor da igreja paroquial de Santo Estêvão de Lisboa, completa súplica anterior e pede dispensa quanto a vários benefícios, entre os quais a mencionada igreja e a vigararia da igreja paroquial de Santa Maria de Sobral de Monte Agraço, da diocese de Lisboa.

Reg. Suppl. 136, fl. 29-30.

Beatissime Pater, olim Baldassar, tunc Johannes xxiii in sua obedientia nuncupatus (1), devoto vestro Laurentio Gometii, rectori parrochialis ecclesie sancti Stephani Ulixboñ, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, etiam si dignitas, personatus vel officium [fl. 29v] in ecclesia Ulixbonensi foret, vacante tunc vel vacaturo, pertinente communiter vel divisim ad collationem, etc., archiepiscopi et capituli Ulixboneñ, provideri mandavit secumque, si et in quantum prefatus Laurentius huiusmodi curatum beneficium, dignitatem, personatum vel officium huiusmodi assequeretur, etiam si parrochialis ecclesia foret, una cum dicta ecclesia sancti Stephani quoad viveret retinere libere et licite posset, dispensavit, prout in litteris desuper confectis plenius continetur, vigore quarum curatam vicariam parrochialis ecclesie beate Marie de Montagraço Ulixboñ diocesis, tunc vacantem, infra tempus legitimum acceptavit et de eadem sibi provideri obtinuit, quam ex tunc una cum dicta ecclesia sancti Stephani tenuit [et possedit], prout etiam tenet et possidet de presenti. Cum autem, Beatissime Pater, ex negligentia huiusmodi gratiam expedientis in eadem gratia omissum est fieri mentionem quod Laurentius memoratus beneficia huiusmodi simpliciter vel ex causa permutationis pro similibus vel dissimilibus

beneficio seu beneficiis ecclesiastico seu ecclesiasticis, etiam si alterum ipsorum dignitas, etc., foret, dimittere posset, supplicat igitur S. V. prefatus Laurentius quatinus sibi huiusmodi parrochiales ecclesias, quarum fructus, etc., centum quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, simul vel successive pro simili vel dissimili aut similibus vel dissimilibus beneficio seu beneficiis ecclesiastico vel ecclesiasticis, duobus tantum incompatibilibus, etiam si ipsa duo parrochiales ecclesie aut ipsorum aliquod dignitas, personatus vel officium in metropolitañ cathedrali aut collegiata ecclesia fuerit, permutare ac, quoad vixerit, retinere libere et licite possit, dispensare dignemini. Non obstañ quod idem Lau[rentius] canonicatum et prebendam ecclesie Ulixboñ, quorum fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium similium secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, obtinet, et cum aliis non obst. et clausulis oportunis [fl. 30]. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Florentie, decimo octavo Kalendas Januarii, anno tertio.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 8.

331

1419, Dezembro 22

Antão Martins, cubiculário do papa, pede para suceder nos direitos de João Lopes ao canonicato, prebenda e deado de Évora, que a eles renunciara, e a expedição das respectivas letras, com menção da renúncia de João Lopes.

Reg. Suppl. 136, fl. 67.

Beatissime Pater, quia Johannes Loppi, rector parrochialis ecclesie sancte Juste Ulixboneñ, contentus in originali petitione, huic cedule consuta, omni iuri et ad omne ius, si quod sibi in canonicatu et prebenda ac decanatu ecclesie Elborensis, de quibus in eadem petitione fit mentio, competebat aut quomodolibet competere poterat, in manibus S. V. in quadam sua gratia expectativa resignavit, quam quidem resignationem V. S. admisit, dignetur igitur S. eadem litteras apostolicas super eadem petitione conficiendas pro devoto vestro oratore Antonio Martini, eiusdem S. cubiculario, in eadem petitione contento, etiam cum expressione resignationis iuris huiusmodi, per eumdem Johannem ut premittitur facte, expediri per cancellariam apostolicam mandare sibique dictum ius conferre et de eodem sibi providere dignemini de gratia speciali et cum clausulis et non obstañ in eadem petitione contentis, ac etiam quod idem Antonius quamdam dispensationem ad duo incompatibilia quoad vixerit et cum potestate permutandi et insuper quod parrochialem ecclesiam sancti Johannis de Begia Elborensis diocesis, quam tunc obtinebat, una cum decanatu ecclesie Colimbriensis quoad viveret recipere et retinere et permutare posset a sede apostolica obtinuit, ut in cancellaria apostolica exprimetur, et cum aliis clausulis oportunis et sub data petitionis predicte. — *Fiat. O.*

Datum Florentie, undecimo Kalendas Januarii, anno tertio.

332

1419, Dezembro 29

João Rodrigues do Casal, cónego do Porto, dispensado do impedimento de ilegitimidade, e com a igreja paroquial de S. Salvador de Fornelos da diocese de Braga, pede faculdade de permutar seus benefícios.

Reg. Suppl. 136, fl. 54v-55.

Beatissime Pater, olim cum devoto vestro Johanne Roderici de Casal, canonico Portugalensi, ut, non obstante defectu natalium, quem patitur de priore ordinis sancti Augustini genitus et soluta, ad omnes etiam sacros [ordines] (1) promoveri ac unum, duo vel tria beneficium seu beneficia ecclesiasticum vel ecclesiastica, cum cura vel sine cura, invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebenda in metropolitañ vel cathedralibus ecclesiis et unum ipsorum in metropolitañ cathedrali dignitas, personatus vel officium, etiam cum cura vel sine cura, et dignitas ipsa in metropolitañ vel cathedrali maior post pontificalem et in collegiata ecclesiis principalis foret, et ad illam consuevisset quis per electionem [fl. 55] assumi, si sibi alias canonice conferrentur vel assumeretur ad illa, recipere et retinere libere et licite valeret, extitit auctoritate apostolica dispensatum, successive vero canonicatum et prebendam ecclesie Portugalensis ac parrochialem ecclesiam sancti Salvatoris de Fornelos Bracharensis diocesis, vigore apostolice expectative et dispensationis secundario sibi facte in eadem expectativa gratia super dicto defectu, extitit assecutus, que ex tunc tenuit [et possedit], prout tenet et possidet de presenti. Supplicat igitur S. V. prefatus Johannes quatinus secum ut huiusmodi tria beneficia, si illa vigore prime dispensationis assequetur, necnon canonicatum et prebendam et parrochialem ecclesiam prefatam, que, ut prefertur, obtinet, simul vel successive simpliciter vel ex causa permutationis, quomodo sibi placuerit, dimictere et, loco dimissi vel dimissorum, aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiasticum vel ecclesiastica, quinque tamen invicem compatibilia, recipere et retinere libere et licite valeat, dignemini misericorditer dispensare, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Florentie, quarto Kalendas Januarii, anno tertio.

(1) No ms. sinal de erro, a indicar a omissão da palavra *ordines*.

333

1420, Janeiro 29

Rodrigo Álvares Cabral, escolar da diocese de Viseu ou da Guarda, pede dispensa do impedimento de ilegitimidade para receber e permutar benefícios.

Reg. Suppl. 138, fl. 183-183v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Rodericus Alvari Cabral, scholaris Visensis seu Egitaniensis diocesis, qui ascribi desiderat militie clericali, quatinus secum super defectu natalium, quem patitur de milite seculari soluto genitus et soluta, ut, huiusmodi defectu non obstante, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et quotcumque, quecumque et qualiacumque beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica, cum cura vel sine cura, invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebende ac dignitates, personatus et officia, cum cura vel sine cura, in metropolitañ vel cathedralibus seu collegiatis et dignitates ipse in eisdem metropolitañ vel cathedralibus maiores post pontificales aut in collegiatis ecclesiis huiusmodi principales et elective ac curate fuerint, si sibi alias canonice conferantur vel assumatur ad illa, libere recipere et licite retinere illaque, totiens quotiens voluerit, simpliciter vel ex causa permutationis dimittere et, loco dimissi [fl. 183v] vel dimissorum, aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica, invicem compatibilia, etiam libere recipere et licite retinere possit et valeat, dignemini, misericorditer dispensare, constitutionibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, et cum omnibus aliis clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Florentie, quarto Kalendas Februarii, anno tertio.

334

1420, Fevereiro 7

João Vasques, arcediago de Penela, pede que certo erro na indicação do nome de Afonso Rodrigues Garcia, cónego de Lisboa, não seja impedimento para a aquisição do canonicato e prebenda de Lisboa e valor das letras apostólicas respectivas.

Reg. Suppl. 138, fl. 289-289v.

Beatissime Pater, dudum S. V. devoto oratori vestro Johanni Valasci, archidiacono de Penella, in ecclesia Colimbriensi, de canonicatu et prebenda ecclesie Ulixbonensis, qui etiam tunc sperabantur vacare, per contractum matrimonii per quemdam Alfonsum Roderici, ipsius ecclesie Ulixbonensis canonicum, contrahendum, per suas litteras, certis sibi super hoc executoribus deputatis, gratiose provideri mandavit seu sibi conferendos reservavit. Cum autem, Pater Sancte, in litteris predictis ipse Alfonsus Roderici qui tunc vocabatur, prout etiam nunc vocatur, Alfonsus Roderici vocatus fuit Alfonsus Garsie et ne, propter errorem huiusmodi cognominis, idem Johannes earumdem litterarum frustretur effectu, ipseque littere de surreptione valeant quomodolibet notari, supplicat S. V. dictus Johannes quatinus, sibi super hiis pie consulentes, litteras predictas ac processus habitos per easdem et quecumque inde secuta valida et efficacia censeri suumque effectum sortiri debere ipsique executores ad ipsarum litterarum executionem procedere possint et debeant perinde in omnibus et per omnia ac si idem Alfonsus in suo cognomine Roderici et non Garsie in litteris eisdem vocatus fuisset. Non obstañ quod postmodum eidem Johanni de canonicatu et prebenda ecclesie Portugalensis, quorum forte possessionem

habet, et quorum fructus, etc., nonaginta librarum [fl. 289v] Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, tunc certo modo vacantibus, apostolica fuit auctoritate provisum ac cum aliis non obstañ et clausulis, in eisdem litteris contentis, ac gratiis expectativa et ad duo incompatibilia, etiam cum potestate permutandi, in cancellaria apostolica exprimendis, ceterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis oportunis.

... ...

[fl. 290]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus tribus. O.

Datum Florentie, septimo Idus Februarii, anno tertio.

335

1420, Fevereiro 9

Antão Gonçalves, clérigo da diocese de Viseu, que fora provido do canonicato e prebenda de Lisboa, vacantes por morte de Fernando Fogaça, ao mesmo tempo que Vasco Peres, subdiácono da diocese de Évora, pede todos os direitos a eles, por Vasco Peres ter sido provido do canonicato e prebenda de Lisboa, vacantes por morte de João de Lisboa.

Reg. Suppl. 143, fl. 21.

Beatissime Pater, vacantibus canonicatu et prebenda ecclesie Ulixbonensis per obitum Fernandi Fogacia, extra Romanam Curiam defuncti, devotus orator vester Antonius Gunsalvi, clericus Visensis diocesis, ac quidam Vallascus Petri, subdiaconus Elborensis diocesis, canonicatum et prebendam predictos, vigore certarum gratiarum expectativarum, acceptarunt et de illis sibi obtinuerunt provideri et possessionem ipsorum hinc inde ut creditur obtinuerunt. Verum, Pater Beatissime, cum nuper S. V. predicto Vallasco de canonicatu et prebenda eiusdem ecclesie Ulixbonensis, per obitum Johannis de Ulixbona in Romana Curia defuncti vacantibus, providerit et sic omne ius, si quod sibi competit seu competebat, in canonicatu et prebenda, per obitum eiusdem Fernandi ut premittitur vacantibus, per assecutionem factam seu fiendam canonicatus et prebende vacantium per obitum Johannis de Ulixbona predictorum, vacat seu vacare speratur, supplicat S. V. prefatus Antonius qui eiusdem S. familiaris continuus commensalis existit, quatinus sibi de iure predicto, per assecutionem eamdem vacante vel vacaturo necnon canonicatu et prebenda predictis, quorum fructus, etc., in absentia octuaginta et in presentia cum distributionibus cotidianis ducentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, etiam si actu premisso, aut alias quovis modo, vel ex alterius cuiuscumque persona vacent, et generaliter vel specialiter reservati aut devoluti ac litigiosi sint, dignemini misericorditer providere seu sibi conferendos reservare. Non obstañ quod de archidiaconatu de Penella, qui dignitas, ac perpetua portione sine cura, tertianaria nuncupata, ecclesie Colimbriensis, et prestimonio seu archipresbyteratu curato de Valdevez Tudensis diocesis, certo modo vacaturo, concessum fuit ac quod de perpetua portione sine

cura parrochialis ecclesie sancte Marie de Arruda Ulixbonensis diocesis obtinuit sibi provideri, quorum omnium fructus, etc., ducentarum librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, et cum aliis clausulis oportunis. —*Fiat ut petitur. O.*

Datum Florentie, quinto Idus Februarii, anno tertio.

336

1420, Fevereiro 10-26

Afonso Anes, clérigo de Lisboa, pede nova provisão das perpétuas porções das igrejas paroquiais de S. Tomé e de Santa Maria Madalena de Lisboa, por ter omitido antes mencionar a porção que possuía noutra igreja.

Reg. Suppl. 139, fl. 280-280v.

Beatissime Pater. Dudum S. V. devoto oratori vestro Alfonso Johannis, clerico Ulixbonensi, de una in sancti Thome et alia perpetuis portionibus sine cura in sancte Marie Magdalene parrochialibus ecclesiis Ulixboñ, vacantibus vel vacaturis, per suas litteras sub data iiii Kalendas Februarii, pontificatus vestri anno primo, certo sibi super hoc executore deputato, gratiose provideri mandavit, ut in litteris predictis plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, in litteris eisdem per errorem seu alias non plenam informationem obmissum est fieri mentionem quod idem Alfonsus quamdam perpetuam portionem sine cura in parrochiali ecclesia sancti Jacobi de Turribus Veteribus Ulixboñ diocesis, cuius fructus, [etc.], quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, obtinebat et, ne propter errorem huiusmodi idem Alfonsus earumdem litterarum frustretur effectu ipseque littere de surreptione valeant quomodolibet notari, supplicat S. V. dictus Al[fonsus] quatinus, sibi super hiis pie consulentes, litteras predictas ac processus habitos per easdem et quecumque inde secuta valida et efficacia censeri suumque effectum sortiri debere ipseque executor ad ipsarum litterarum executionem procedere possit et debeat perinde in omnibus et per omnia ac si idem Alfonsus in litteris eisdem de prefata perpetua portione sancti Jacobi cum valore ipsius mentionem fecisset et cum aliis non obstañ et clausulis, in eisdem litteris contentis, ceterisque [fl. 280v] contrariis non obstantibus quibuscumque et sub data predicta. —*Fiat et sub prima data. O.*

337

1420, Fevereiro 12

Diogo Rodrigues, reitor da igreja paroquial de S. João de Vila Chã, da diocese de Braga, pede nova provisão da igreja paroquial de S. Pedro de Formariz da diocese de Tui.

Reg. Suppl. 139, fl. 47.

Beatissime Pater. Cum parrochialis ecclesia sancti Petri de Formariz (1), Tudensis diocesis, que, ut asseritur, de iure patronatus laicorum existit, tanto tempore vacaret quod eius collatio ad sedem apostolicam esset legitime devoluta, devotus vester Didacus Roderici, tunc rector parrochialis ecclesie sancti Johannis de Villa Chaam Bracharensis diocesis, eamdem ecclesiam sancti Petri, sic ut premittitur devolutam, vigore gratie expectative per S. V. sibi facte acceptavit et de eadem sibi provideri obtinuit, illamque vigore acceptationis et provisionis huiusmodi extitit assecutus, timetque assecutionem, provisionem et acceptationem huiusmodi certis de causis viribus non subsistere, supplicat igitur S. V. prefatus Didacus quatinus sibi de eadem ecclesia sancti Petri, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo, et ex quacumque persona seu constitutione *Execrabilis* vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata et litigiosa existat, de novo dignemini misericorditer providere. Non obstañ defectu natalium, quem patitur ex coniugato genitus et soluta, et cum aliis non obst. et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 47v]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus tribus. O.

Datum Florentie, pridie Idus Februarii, anno tertio.

---

(1) No ms. sinal de erro.

338-339

1420, Fevereiro 12

Martinho Palo, clérigo do Porto, pede nova provisão da igreja paroquial de Santa Marinha de Barca, da diocese do Porto, vacante por morte de Martinho Anes. Gonçalo Peres, reitor da igreja paroquial de S. Tomé de Caldelas da diocese de Braga, desejando renunciar a esta igreja, pede ao papa a dê a Diogo de Sande.

Reg. Suppl. 139, fl. 68v-69.

Beatissime Pater, vacante olim parrochiali ecclesia sancte Marine de Varca Portugalensis diocesis per obitum quondam Martini Johannis, ipsius ecclesie rectoris, extra Romanam Curiam defuncti, devotus vester Martinus Pallo, clericus Portugalensis, dictam ecclesiam, sic ut permittitur vacantem, auctoritate ordinaria assecutus est, quam ex tunc tenuit et possedit, prout etiam tenet et possidet de presenti, timetque nichilominus assecutionem huiusmodi et provisionem certis de causis viribus non subsistere. Supplicat igitur S. V. prefatus Martinus Pallo quatinus sibi de eadem ecclesia, cuius fructus, etc., triginta quinque librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum

non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona seu [per] constitutionem [fl. 69] *Execrabilis* vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa existat, de novo dignemini misericorditer providere, cum non obstañ et clausulis oportunis.

339. Beatissime Pater, cum humilis et devotus vester Gundissalvus Petri, rector parrochialis ecclesie sancti Thome de Caldellas Bracharensis diocesis, dictam ecclesiam, quam obtinet, ex certis rationabilibus causis, animum suum moventibus, resignare seu renuntiare proponat, supplicat igitur S. V. prefatus Gundissalvus quatinus resignationem seu renuntiationem, quam ex nunc per procuratorem suum, ad hoc legitime constitutum, de dicta ecclesia in manibus S. V. facit, admittere et de eadem ecclesia, cuius fructus, etc., viginti quatuor librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, devoto vestro Didaco de Sande, clerico dicte diocesis, per huiusmodi resignationem seu renuntiationem vacante, sive premisso, sive alio quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona seu [per] constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa existat, dignemini misericorditer providere, cum non obstañ et clausulis oportunis, secumque super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, quoad dictam ecclesiam obtinendam, dignemini misericorditer dispensare.

... ...

[fl. 69v]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus tribus et dispensamus cum secundo. O.

Datum Florentie, pridie Idus Februarii, anno tertio.

340-341

1420, Fevereiro 21

Fernando Peres, clérigo da diocese de Viseu ou de Lamego, pede a perpétua porção da igreja de Santo André de Mafra, vacante por morte de Estêvão Anes. João Vasques, arcediago de Penela, renova o pedido sobre a igreja paroquial de S. Tomé de Lisboa, sobre a qual D. Fernando Martins Coutinho, bispo de Coimbra, litigara com a Universidade de Lisboa, vacante a igreja ou por morte de Brás Martins, ou pelo ingresso em religião do abade de Florença D. Gomes, ou pelo matrimónio de Fernando Afonso ou pela promoção do dito bispo.

Reg. Suppl. 139, fl. 120-120v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Fernandus Petri, clericus Visensis seu Lamecensis diocesis, quatinus sibi de perpetua portione parrochialis ecclesie de Mafora Ulixbonensis diocesis, cuius fructus, etc., in absentia quindecim et in presentia

viginti quatuor florenorum auri de camera valorem annuum non excedunt, vacante per obitum Stephani Johannis qui, habita sententia contra quemdam adversarium suum, in ipsa portione intrusum, que in rem transivit iudicatam, antequam executioni daretur, extra Romanam Curiam extitit vita functus, sive premisso, aut alias quovis modo, vel ex alterius cuiuscumque persona vacet, et generaliter vel specialiter reservata seu devoluta ac litigiosa sit, dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis quodque, si et in quantum expediat, eumdem Fernandum etiam ad executionem sententie huiusmodi et processuum inde habitorum admittere dignemini de gratia speciali.

341. Beatissime Pater. Pendente lite inter quemdam Fernandum Martini Coutinho, tunc rectorem parrochialis ecclesie sancti Thome civitatis Ulixbonensis ex una et Universitatem Studii eiusdem civitatis partibus ex altera de et super parrochiali ecclesia eadem, coram venerabili viro domino Petro Nardi, vestri sacri palatii causarum auditore, S. V. eumdem Fernandum ad ecclesiam Colimbriensem, tunc pastore carentem (1), promovit et deinde idem auditor devotum oratorem vestrum Johannem Vallasci, archidiaconum de Penella in eadem ecclesia Colimbriensi, de mandato eiusdem S. in omni iure et ad omne ius, eidem F[ernando] in predicta parrochiali ecclesia tunc competens, quod per eamdem promotionem suam et munus consecrationis sibi impendendum vacare sperabatur, ac possessione et litis huiusmodi prosecutione surrogavit, prout in litteris apostolicis exinde confectis plenius continetur. Et deinde idem Johannes in causa huiusmodi coram eodem auditore [fl. 120v] procedens, unam super attemptatione et aliam super nullitate cause et processus in partibus habitorum diffinitivas sententias cum condempnatione expensarum, que, nulla provocatione suspensa, in rem transiverunt iudicatam, reportavit. Cum autem, Beatissime Pater, eadem causa super principali coram eodem auditore inter easdem partes adhuc dicatur pendere et a nonnullis asseratur neutram dictarum partium in eadem parrochiali ecclesia seu ad eam ius habere, supplicatur igitur S. V. pro parte eiusdem Johannis quatinus, statum cause huiusmodi, etiam si forsan tam in partibus quam in Curia ad aliquos actus sit processum, hic habentes pro expresso, auditori prefato committere et mandare dignemini ut, si in eventum litis huiusmodi invenerit neutrum litigantium predictorum in eadem parrochiali ecclesia seu ad eam ius habere, eidem Johanni de parrochiali ecclesia predicta, cuius fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per obitum cuiusdam Blasii Martini, sive per ingressum religionis fratris Gometii, abbatis abbatie Florentine ordinis sancti Benedicti (2), sive per contractum matrimonii Fernandi Alfonsi, aut per munus consecrationis eidem Fernando impensum seu per lapsum temporis de consecrandis episcopis, etc., aut alias quovis modo, vel ex alterius cuiuscumque persona, aut per constitutionem *Execrabilis* seu per liberam resignationem alicuius in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factam, vacet, et generaliter vel specialiter reservata, devoluta ac litigiosa sit, auctoritate apostolica provideat. Non obstañ quod obtinet archidiaconatum predictum cum quadam perpetua portione, tertenaria nuncupata, in ecclesia Colimbriensi predicta, et sibi de Portugaleñ, certo modo vacantibus, cuius *(sic)* possessionem forsan habet, et Ulixboñ ac Colimbrieñ canonicatibus et prebendis, certis modis vacaturis, provideri ac citationem ad partes super Colimbrieñ canonicatu et prebenda predictis contra quosdam adversarios suos decerni obtinuit, quorum omnium fructus, etc., quingentarum libra-

rum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratiis ad duo incompatibilia ad certum tempus, etiam cum potestate permutandi, et expectativa, si quam habet, in cancellaria apostolica exprimendis, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

Fiat ut petitur pro utroque. O.

Datum Florentie, nono Kalendas Martii, anno tertio.

---

(1) D. Fernando Martins Coutinho. Cf. nota 2 do n.º 112.

(2) Cf. SOUSA COSTA, OFM, A. D. DE, *D. Gomes, reformador da abadia de Florença, e as tentativas de reforma dos mosteiros portugueses no século XV*, Abadia de Montserrat, 1963.

342

1420, Fevereiro 23

João Gonçalves Neto, clérigo de Lisboa, pede a quartanaria da sé, vacante por morte de Estêvão Anes.

Reg. Suppl. 139, fl. 139v-140.

Beatissime Pater, supplicat S. V. humilis et devotus vester Johannes Gunsalvi Neto, clericus Ulixbonensis, quatinus sibi de perpetuo beneficio sine cura, quartanaria nuncupata, in ecclesia Ulixbonensi, cuius fructus, etc., omnibus computatis, quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, quod [fl. 140] tanto tempore vacavit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam est legitime devoluta, aut per obitum quondam Stephani Johannis, extra Romanam Curiam defuncti, sive premisso, sive alio quovis modo, et ex alterius cuiuscumque persona seu per renuntiationem cuiusdam Lopi de Regas, in manibus cuiuscumque, ad id potestatem habentis [aut non habentis], aut coram notario et testibus sponte factam, vacet, etiam si specialiter vel generaliter reservata vel alias devoluta existat, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod idem Jo[hannes] perpetuam portionem sine cura in parrochiali ecclesia beate Marie de Palmela Ulixboñ diocesis obtinet et de quadam alia perpetua portione, etiam sine cura, in parrochiali ecclesia sancti Andree Ulixboñ, tunc certo modo vacante, auctoritate apostolica concessum est provideri, cuius possessionem non habet, et quarum fructus, etc., triginta quinque librarum dicte monete secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 140v]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus tribus. O.

Datum Florentie, septimo Kalendas Martii, anno tertio.

343-346

1420, Março 4

Petição de Martinho Gonçalves, clérigo da diocese de Viseu, bacharel em decretos, sobre a aceitação e permuta de benefícios. Outra de João Lopes, reitor da igreja paroquial de S. Pedro de Vale de Nogueiras, da diocese de Braga, sobre a dispensa para reter e permutar benefícios. Uma terceira de Pedro Garcia, clérigo de Lisboa, sobre a dispensa do impedimento de ilegitimidade com o mesmo fim. A quarta é de Luís Garcia, clérigo de Lisboa, com o mesmo objectivo.

Reg. Suppl. 139, fl. 162-163v.

Supplicat S. V. devotus vester Martinus Gunsalvi, clericus Visensis diocesis, bacallarius in decretis, cum quo alias ut decanus (1) ad omnes minores et beneficium ecclesiasticum sine cura obtinere primo, vigore cuius, ad eosdem et deinde ut ad omnes sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, obtinere posset, ordinaria et apostolica auctoritatibus extitit dispensatum, vigore cuius ultime dispensationis, ad omnes sacros ordines promotus, quamdam parrochialem ecclesiam, in cancellaria apostolica exprimendam, extitit assecutus, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, secum ut quotcumque, quecumque, qualiacumque beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica, cum cura vel sine cura, invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus vel officia in metropolitañ et cathedralibus et collegiatis ecclesiis et dignitates ipse in eisdem metropolitañ et cathedralibus maiores post pontificales et collegiatis huiusmodi principales fuerint, et ad eos consueverint qui per electionem assumi, eisque cura immineat animarum, si sibi alias canonice conferantur, vel assumatur ad illa, libere recipere et licite retinere, illaque simul vel successive, quotiens voluerit, simpliciter vel ex causa permutationis dimittere et, loco dimissi vel dimissorum, simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica, etiam libere recipere et licite retinere possit et valeat, gratiose dignemini misericorditer dispensare, constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, et cum clausulis oportunis.

344. Supplicat S. V. devotus orator vester Johannes Loppi, rector parrochialis ecclesie sancti Petri de Val de Nogueyras Bracharensis diocesis, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, secum, cum quo dudum super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, cum cura [fl. 162v] vel sine cura, obtinere possit, auctoritate apostolica extitit dispensatum, vigore cuius dispensationis ad omnes etiam sacros ordines promotus, predictam parrochialem ecclesiam extitit assecutus, ut quatuor, quinque aut sex alia beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus vel officia in metropolitañ cathedralibus et collegiatis ecclesiis et dignitates ipse in eisdem metropolitañ et cathedralibus maiores post pontificales et collegiatis huiusmodi ecclesiis principales fuerint, et ad eos consueverint qui per electionem assumi, eisque cura immineat animarum, si sibi alias canonice conferantur, vel assumatur ad illa, libere recipere et licite retinere illaque tam obtentum quam obtinenda, etiam si que vigore cuiusdam gratie expectative, quam habet, habuerit, simul vel successive, quotiens volue-

rit, simpliciter vel ex causa permutationis dimittere et, loco dimissi vel dimissorum, simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica, etiam libere recipere et licite retinere possit et valear, gratiose dignemini misericorditer dispensare, constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, ac gratia expectativa predicta, quam obtinet, et ad quam obtinendam secum V. S. dispensavit, ut in cancellaria apostolica exprimetur, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

345. Supplicat S. V. devotus orator vester Petrus Garsie, clericus Ulixbonensis, cum quo super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ut ad omnes minores ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum sine cura obtinere posset, auctoritate ordinaria extitit dispensatum, vigore cuius dispensationis ad omnes minores ordines extitit promotus, quatinus secum, ut ad omnes sacros ordines promoveri et quotcumque, quecumque, qualiacumque beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica, cum cura vel sine cura, invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus vel officia in metropolitañ, [fl. 163] cathedralibus et collegiatis ecclesiis et dignitates ipse in eisdem metropolitañ et cathedralibus maiores post pontificales et collegiatis huiusmodi principales fuerint, et ad eos consueverint qui per electionem assumi, eisque cura immineat animarum, si sibi alias canonice conferantur, vel assumatur ad illa, [libere] recipere et licite retinere, illaque simul vel successive, quotiens voluerit, simpliciter vel ex causa permutationis dimittere et, loco dimissi vel dimissorum, simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica, etiam libere recipere et licite retinere possit et valeat, gratiose dignemini misericorditer dispensare, constitutionibus apostolicis et aliis in contarium facientibus non obstantibus quibuscumque, et cum clausulis oportunis.

346. Supplicat S. V. devotus orator vester Ludovicus Garsie, clericus Ulixbonensis, cum quo super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ut ad omnes minores ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum sine cura obtinere posset, auctoritate ordinaria extitit dispensatum, vigore cuius dispensationis, ad omnes minores ordines extitit promotus, quatinus secum, ut ad omnes sacros ordines promoveri et quotcumque, quecumque, qualiacumque beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica, cum cura vel sine cura, invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus vel officia in metropolitañ et cathedralibus et collegiatis ecclesiis et dignitates ipse in eisdem metropolitañ et cathedralibus maiores post pontificales et collegiatis huiusmodi principales fuerint, et ad eos consueverint qui per electionem assumi, eisque cura immineat animarum, si sibi alias canonice conferantur, vel assumatur ad illa, libere recipere et licite retinere, illaque simul vel successive, quotiens voluerit, simpliciter vel ex causa permutationis dimittere et, loco dimissi vel dimissorum, simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica, etiam libere recipere et licite retinere possit et valeat, gratiose dignemini misericorditer dispensare, constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus [fl. 163v] non obstantibus quibuscunque, et cum aliis clausulis oportunis.

Fiat pro omnibus quatuor. O.

Datum Florentie, quarto Nonas Martii, anno tertio.

---

(1) Depois de *ut*, sinal de erro, com a adição, na margem direita do texto, da palavra *decanus*.

347

1420, Março 6

Lourenço Martins, cónego da igreja colegiada de S. Martinho de Cedofeita, da diocese do Porto, pede a igreja paroquial de Santa Maria de Olival da mesma diocese.

Reg. Suppl. 139, fl. 172v.

Beatissime Pater, supplicat S. V. humilis et devotus vester Laurentius Martini, perpetuus portionarius, canonicus vulgariter nuncupatus, ecclesie sancti Martini de Cedofeita Portugalensis diocesis, quatinus sibi de parrochiali ecclesia beate Marie de Ulvar dicte diocesis, cuius fructus, etc., viginti quatuor librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, cum vacabit per assecutionem alterius beneficii curati, sive alias incompatibilis cum dicta parrochiali ecclesia, per quemdam Johannem Roderici, canonicum ecclesie Portugalensis et rectorem dicte ecclesie de Ulvar, sive premisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona seu constitutione *Execrabilis* ad presens vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa existat, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod idem Laurentius perpetuam portionem sine cura, canoniam nuncupatam, cuius fructus, etc., decem librarum dicte monete secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, in dicta ecclesia sancti Martini obtinet, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis, — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Florentie, pridie Nonas Martii, anno tertio.

348

1420, Março 21

Martinho do Sem, conselheiro de D. João I, rei de Portugal, pede licença para fundar uma igreja paroquial em honra de Nossa Senhora no lugar de Canal da diocese de Évora, com direito de apresentar o reitor da mesma.

Reg. Suppl. 143, fl. 250v-251.

Beatissime Pater. Cum villa seu rus de Canal Elborensis diocesis, in silvis et solitudinibus constituta, propter guerrarum turbines, mortalitatum pestes et alia varia inconvenientia, que, temporum causante malitia, partes illas diutissime afflixerunt, sit habitatoribus destituta devotusque orator vester Martinus de Sensu, devotissimi filii vestri regis Portugalie consiliarius, cupiens rus predictum habitari et cultivari facere atque ex magno zelo devotionis accensus, quamdam parrochialem ecclesiam ad honorem et sub vocabulo Virginis Marie de novo inibi construere et dotare, supplicat igitur S. V. idem Martinus quatinus ut in loco predicto eamdem parrochialem ecclesiam omnibus et sin-

gulis parrochialibus insigniis de novo construere et dotare necnon ius patronatus, quotiens tempus vacationis ipsius ingruerit, eidem ecclesie presentandi rectorem qui decimas et primitias atque iura parrochialia ab incolis loci predicti percipiat et percipere possit (1), sibi et heredibus suis concedere [fl. 251] dignemini de gratia speciali. Constitutionibus apostolicis ac quod predictum rus de Canal sub parrochia parrochialis ecclesie de Elboramonte existat, et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat et committatur Ordinario. O.*

Datum Florentie, duodecimo Kalendas Aprilis, anno tertio.

(1) No ms. *possint*, com sinal de erro.

349

1420, Março 26

Rodrigo ou Rui Dias, cónego de Braga, colector geral no reino de Portugal, pede a faculdade de permutar seus benefícios.

Reg. Suppl. 140, fl. 112.

Beatissime Pater, supplicat S. V. humilis et devotus vester Rodericus Didaci, canonicus Bracharensis, fructuum et proventuum camere apostolice in Portugalie et Algarbii regnis debitorum generalis collector, quatinus sibi ut beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, que ad presens obtinet et in futurum obtinebit, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus vel officia in metropolitañ, cathedralibus aut collegiatis ecclesiis fuerint, simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens voluerit, pro alio vel aliis beneficiis ecclesiasticis, simili vel dissimili aut similibus vel dissimilibus in manibus cuiuscumque loci Ordinarii seu locorum Ordinariorum cum quacumque alia persona seu quibuscumque aliis personis resignandi necnon Ordinario seu Ordinariis huiusmodi resignationes ipsas auctoritate apostolica recipiendi et admittendi necnon providendi ac omnia et singula faciendi et exequendi que in premissis et circa (1) necessaria fuerint seu etiam quomodolibet oportuna, licentiam concedere dignemini, cum clausulis et non obstañ oportunis. — *Fiat de obtentis. O.*

Datum Florentie, septimo Kalendas Aprilis, anno tertio.

(1) No ms. sinal de erro.

350

1420, Março 29

João Fernandes, escolar da diocese de Lamego, pede a absolvição da inabilidade incorrida em faltas cometidas na permuta de alguns benefícios e a faculdade de exercer as suas Ordens.

Reg. Suppl. 140, fl. 156-156v.

Exponitur S. V. pro parte devoti vestri Johannis Fernandi, scolaris Lamecensis diocesis, quod dudum super defectu natalium, quem patitur de soluto genitus et soluta, ut, eo non obstante, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, cum cura vel sine cura, obtinere posset, secum extitit auctoritate apostolica dispensatum, cuius dispensationis vigore, ad omnes minores promotus, portionem sine cura parrochialis ecclesie sancti Salvatoris de Monte Sancto Egitaniensis diocesis canonice extitit assecutus, deinde, nulla alia dispensatione canonica obtenta, dictam portionem pro parrochiali ecclesia de Palmaz Colimbriensis diocesis, credens predictam dispensationem ad hoc esse sufficientem, permutavit, licet de facto, deinde ut una cum dicta parrochiali ecclesia de Palmaz, quam obtinebat, unum aliud beneficium ecclesiasticum sine cura obtinere dictaque beneficia videlicet obtentum et obtinendum pro alio beneficio seu beneficiis ecclesiasticis, similibus vel dissimilibus, ex causa permutationis vel alias, bis tantum, dimictere, et loco sic dimissi vel dimissorum, aliud vel alia, duo tantum beneficia similia vel dissimilia invicem compatibilia, etiam si alterum ipsorum curatum foret, libere recipere et licite retinere valeat, secum obtinuit, nulla de permutatione predicta facta [fl. 156v] mentione, auctoritate apostolica dispensari, cuius dispensationis vigore, dimissa dicta parrochiali ecclesia de Palmaz, portionem collegiate ecclesie sancte Juste Colimbrieñ et parrochialem ecclesiam sancte Marie de Synde Colimbriensis diocesis sibi auctoritate ordinaria provideri obtinuit et ad omnes sacros ordines promotus extitit, postmodum vero prefatam portionem sancte Juste pro portione parrochialis ecclesie de Sangens de Arganil dicte Colimbriensis diocesis similiter permutavit (1), quam postea in manibus Ordinarii pure resignavit, que per eumdem Ordinarium cuidam Egidio Dominici, presbytero, collata extitit, tandem ipse exponens dictam parrochialem ecclesiam beate Marie de Synde cum dicto Egidio pro eadem portione parrochialis ecclesie predicte de Sangens permutavit, quam portionem de Sangens idem exponens et nullum aliud beneficium possidet de presenti, sitque paratus dictam portionem dimictere. Supplicatur igitur S. V. pro parte dicti exponentis quatinus, ipsum ab excessu huiusmodi absolventes, secumque super inhabilitate, si quam propterea incurrit seu contraxit, quod in suis ordinibus licite ministrare et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam habeat animarum, obtinere valeat, dignemini misericorditer dispensare de gratia speciali. — *Fiat ut petitur et habilit*[*amus*]. O.

Datum Florentie, quarto Kalendas Aprilis, anno tertio.

(1) No ms. *portavit.*

351

1420, Março 29

O arcebispo, deão e cabido de Braga, pedem ao papa a redução do número de cónegos de quarenta a trinta.

Reg. Suppl. 140, fl. 182.

Beatissime Pater. Cum multitudo in illis ecclesiis, quarum facultates vix paucis sufficiunt, potius sit oneri quam honori, et licet olim in ecclesia Bracharensi quadraginta

prebendarum numerus institutus et ex tunc observatus fuerit et observetur, tamen modernis temporibus fructus, redditus et proventus canonicatuum (1) ipsius ecclesie et huiusmodi prebendarum, propter guerrarum turbines et mortalitatum pestes et alia varia inconvenientia que, temporum causante malitia, diu illas partes afflixerunt, necnon propter plurimas et continuas semper in deterius mutationes monete, sint adeo diminuti et exiles quod singuli canonici eiusdem ecclesie per partem sibi competentem nequeant decenter et congrue sustentari, cum ipsius canonicatus et prebende fructus, cum distributionibus cotidianis, quadraginta et sine distributionibus decem florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, supplicant igitur S. V. archiepiscopus, decanus et capitulum ecclesie predicte quatinus, pie premissis attentis, alicui probo viro in partibus illis committere dignemini ut de premissis summarie, simpliciter et de plano se informet et, si illa vera esse repperierit, huiusmodi excessum numerum quadraginta ad numerum triginta auctoritate apostolica reducat et quod nullus ibi quacumque auctoritate, etiam apostolica, recipi debeat in canonicum et fratrem, donec ad numerum prefatum deventum fuerit, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Florentie, quarto Kalendas Aprilis, anno tertio.

(1) No ms. *canonicatum*, com sinal de erro.

352

1420, Março 30

O clero de Portugal, humilhado com o proceder dos oficiais régios que, apoiados em certa legislação civil, invadiam suas casas, sob pretexto de verem se aí habitavam mulheres, pedem ao papa juízes e protectores que salvaguardem os direitos do clero e das criadas, de que não é possível prescindir.

Reg. Suppl. 140, fl. 135v.

Pro clero Portugalie (1).

Beatissime Pater. Cum clerus et persone ecclesiastice regnorum Portugalie et Alguarbii, prout et universus orbis clerus, iudicio, correctioni et mandatis secularium non subiaceat, tamen in dicto regno sub quadam conficta et dissimulata cleri reverentia contra mulieres cum clericis conversantes nonnulle graves pene et irrationabiles fuere demandate, pretextu quarum, quidam officiales seculares regis eorumdem regnorum ut causam, qua clerum molestarent, cui infesti sunt, confingerent, domos invaserunt et inibi nedum ut mulieres quererent, sed bona et res ipsorum clericorum abducerent et alia scandala pullularent et dampna eis inferrent contra libertatem ecclesiasticam et in singulare preiudicium cleri predictorum. Quare supplicant V. [S.] humiliter clerus regnorum eorumdem ut eis iudices et protectores assignare dignemini, quatinus ipsos et famulas et servitrices, quibus rationabiliter in servitiis necessariis carere non valeant, non suspectas aut diffamatas, sed honestas reputatas, vel a iure cohabitare permissas, in libertate predicta protegant, et contra seculares, cuiuscumque status fuerint, libertatem huiusmodi

infringentes, per censuras ecclesiasticas etiam ad excommunicationis sententias, cum aggravatione processuum, procedant, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat et committatur Ordinario. O.*

Datum Florentie, tertio Kalendas Aprilis, anno tertio.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

353

1420, Março 30

Gomes Lourenço, da diocese de Lisboa, pede a expedição das letras apostólicas sobre a aquisição de benefícios na cidade e diocese lisbonenses e exercício das suas Ordens.

Reg. Suppl. 140, fl. 135v-136.

Reformatio Gometii Laurentii super dispensatione infamie, etc., Ulixbonensis diocesis (1).

Beatissime Pater. Cum propter districtionem cancellarie S. V. littere apostolice super petitione, cuius copia prescribitur, pro devoto vestro Gometio suprascripto quod beneficia simplicia huiusmodi in civitate et diocesi Ulixboneñ, unde idem G[ometius] natus extitit, obtinere et inibi in divinis officiis in iam susceptis ordinibus ministrare valeret nequeunt expediri, dignetur igitur eadem S. litteras apostolicas desuper conficiendas, cum expressione quod huiusmodi beneficia in eisdem civitate et diocesi obtinere et inibi in susceptis [fl. 136] ordinibus ministrare valeat, expediri mandare, cum non obstañ et clausulis, in eadem petitione contentis. — *Fiat, dum tamen non in illa provincia. O.*

Datum Florentie, tertio Kalendas Aprilis, anno tertio.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

354

1420, Abril 6

Antão Fernandes, perpétuo beneficiado na igreja de Lamego, pede nova provisão da igreja paroquial de Santa Maria de Vilar Torpim que recebera de D. Gonçalo, bispo de Lamego, administrador da parte portuguesa da diocese de Cidade Rodrigo, por duvidar do valor da provisão e consecução da mesma.

Reg. Suppl. 145, fl. 15. Publicada por SOUSA COSTA, A. D. DE, *Mestre André Dias de Escobar, figura ecuménica do século XV, Documentos*, n. 35.

Beatissime Pater, olim de parrochiali ecclesia sancte Marie de Villa Turpim Civitatensis diocesis, per obitum Johannis Alfonsi, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, per bone memorie dominum Gunsalvum, episcopum Lamecensem (1), qui auctoritate apostolica partem diocesis Civitatensis in regno Portugalie existentem possidebat, devoto vestro Antonio Fernandi, perpetuo beneficiato in ecclesia Lamecensi, extitit provisum, vigore cuius provisionis possessionem dicte ecclesie est assecutus, quam ex tunc tenuit et possedit, prout tenet et possidet de presenti, timetque nichilominus dictus A[ntonius] provisionem et assecutionem huiusmodi certis de causis viribus non subsistere. Supplicat igitur S. V. quatinus provisionem et assecutionem huiusmodi, sic ut premittitur factas, et quecumque exinde secuta rata habentes et grata ipsaque auctoritate apostolica confirmare dignemini ac dicto Antonio de eadem ecclesia parrochiali, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu personis vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata vel devoluta existat et litigiosa, de novo dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod idem Antonius quoddam perpetuum beneficium sine cura, media canonia nuncupatum (2), in dicta Lamecensi ecclesia obtinet, cuius fructus, etc., viginti librarum dicte monete secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt ac gratia expectativa, in cancellaria eiusdem S. exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro omnibus tribus et secundus promoveatur ad ordines sacros, prout tempora occurrent. O.*

Datum Florentie, octavo Idus Aprilis, anno tertio.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 108.

(2) No ms. *nuncupata.*

355

1420, Abril 8

Alvaro Martins, deão de Braga, bacharel em direito civil, pede a faculdade de reter e permutar o deado de Braga e a igreja colegiada de S. Martinho de Cedofeita da diocese do Porto.

Reg. Suppl. 140, fl. 229-229v.

Beatissime Pater, nuper S. V. cum devoto vestro Alvaro Martini, decano ecclesie Bracharensis, ut decanatum ipsius ecclesie, qui dignitas curata et electiva ac maior post pontificalem in eadem existit et de quo sibi tunc certo modo vacante provisum extitit, una cum seculari et collegiata ecclesia sancti Martini de Cedofeyta Portugalensis diocesis ad certum tempus retinere necnon alterum ipsorum, quod vellet (1), infra huiusmodi tempus pro compatibili permutare posset, dispensavit. Supplicat igitur S. V. Alvarus prefatus, qui bachallarius in iure civili existit, quatinus sibi ut decanatum et ecclesiam prefatos retinere illaque similiter vel ex causa permutationis, quotiens voluerit, pro simili vel dissimili aut similibus vel dissimilibus beneficio seu beneficiis ecclesiastico aut ecclesiasticis dimictere et, loco dimissi vel dimissorum, aliud vel alia simile vel dissimile aut similia

vel dissimilia beneficia ecclesiastica, duo tantum [fl. 229v] incompatibilia, quoad vixerit, libere recipere et licite retinere valeat, concedere dignemini seu secum misericorditer dispensare. Cum clausulis et non obstañ oportunis. — *Fiat ad septennium.* O.

Datum Florentie, sexto Idus Aprilis, anno tertio.

---

(1) No ms. *velet*, com sinal de erro.

356

1420, Abril 15

Gil Esteves, reitor da igreja paroquial de S. Pedro de Canaveses da diocese do Porto, pede a confirmação da provisão e consecução desta igreja.

Reg. Suppl. 143, fl. 293-293v.

Beatissime Pater. Olim devotus vester Egidius Stephani, rector parrochialis ecclesie sancti Petri de Canavesses Portugalensis diocesis, auctoritate ordinaria et causa permutationis cum quodam Petro Johannis, eamdem ecclesiam extitit assecutus, quam ex tunc tenuit et possedit, prout tenet et possidet de presenti, timetque prefatus Egidius assecutionem huiusmodi et provisionem de dicta ecclesia certis de causis viribus non subsistere. Supplicat igitur S. V. dictus Egidius quatinus assecutionem et provisionem predictas ratas habentes et gratas, sibique de eadem ecclesia, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alias quovis modo et ex quacumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa in Romana Curia seu extra existat, de novo dignemini [fl. 293v] misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 294]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus quatuor. O.

Datum Florentie, decimo septimo Kalendas Maii, anno tertio.

357

1420, Abril 17

Álvaro Martins, deão de Braga, bacharel em leis, pede a igreja paroquial de Santa Maria de Tresminas ou Trasmiras ou ainda Trasmires da diocese de Braga, vacante por morte de Fernando Vasques, ou pela resignação de Martinho Anes.

Reg. Suppl. 141, fl. 18v-19.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Alvarus Martini, decanus ecclesie Bracharensis, in legibus bachalarius, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia beate Marie de Trasmiras Bracharensis diocesis, per obitum Fernandi Valasci, [fl. 19] quondam ipsius ecclesie rectoris, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, etiam si ut premittitur seu per resignationem cuiusdam Martini Johannis, in manibus Ordinarii sponte factam, aut per c. *Licet canon* seu per constitutionem *Execrabilis* aut aliam quamcumque personam vacet, seu si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta, aut alias specialiter vel generaliter dispositioni eiusdem sedis reservata existat, cuius fructus, etc., ducentorum quinquaginta florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, eidem Alvaro dignemini misericorditer providere, etiam si de iure patronatus laicorum existat, decanatu ecclesie Bracharensis predicte, qui dignitas curata et electiva ac maior post pontificalem in eadem, ac abbatia nuncupata secularis et collegiate ecclesie sancti Martini de Cedofecta diocesis Portugalensis, que dignitas similiter curata et electiva atque principalis in eadem existunt, quos ex dispensatione apostolica usque ad septennium insimul retinet, quorum fructus, etc., cotidianis distributionibus computatis, quadringentorum quinquaginta florenorum similium extimatione predicta valorem non excedunt annuatim, non obstañ, dispensantes nichilominus cum dicto A[lvaro] ut ecclesiam predictam parrochialem sancte Marie una cum decanatu et abbatia memoratis a die pacifice possessionis adepte usque ad triennium retinere et licite obtinere et infra idem tempus pro alio vel aliis beneficio seu beneficiis cum decanatu seu abbatia predictis compatibili seu compatibilibus permutare valeat, constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutis et consuetudinibus predictarum aut aliarum ecclesiarum contrariis, etiam iuramento, confirmatione apostolica aut quacumque firmitate alia roboratis, aliisque contrariis non obstantibus quibuscumque, et non obst. quod dicta parrochialis ecclesia ad presens per quemdam Fernandum Valasci occupetur seu iniuste detineatur. Et cum ceteris non obst. et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro omnibus quatuor. O.*

Datum Florentie, quintodecimo Kalendas Maii, anno tertio.

358

1420, Abril 17

D. Fernando Guerra, arcebispo de Braga, tendo contraído dívidas com os seus estudos nas Universidades de Bolonha e de Pádua e enquanto seguiu a Cúria, pede certas facilidades na visita da arquidiocese.

Reg. Suppl. 141, fl. 35v-36.

Beatissime Pater. Exponitur S. V. pro parte humilis et [fl. 36] devote creature vestre Fernandi, archiepiscopi Bracharensis (1), quod, cum ipse Bononie et Padue studeret, pro continuatione studii sui in locis prefatis necnon Romanam sequens Curiam multa debita contraxit, quibus adhuc gravatur et propter que ad solutionem ratione sue promis-

sionis (2) de ecclesia Bracharensi, de qua eadem S. sibi providit, se fore reputat impotentem, nisi eidem eadem S. succurrat de remedio oportuno et nisi idem dominus archiepiscopus se ad dictam ecclesiam Bracharensem cum parva reducat familia et ibi per aliqua tempora resideat, et cum, Pater Beatissime, tertia pars iurium seu reddituum ad ipsum dominum archiepiscopum, ratione dicte ecclesie, pertinentium, quasi in procurationibus, que sibi ratione visitationis debentur, consistat, quam visitationem propter potentes et nobiles, in diocesi Bracharensi et sua provintia commorantes, dicto domino archiepiscopo, ob defensionem libertatis iurium dicte sue ecclesie Bracharensis, infestos, nonnisi manu armata et cum maxima comitiva ac magnis sumptibus et expensis, quibus propter eius inopiam et premissa debita ut prefertur, parcere vellet, personaliter exercere non possit, supplicat igitur S. V. devotus dominus archiepiscopus quatinus, pie premissis attentis, ut ecclesias, monasteria et alia beneficia seu loca ecclesiastica eorumque personas civitatis et diocesis ac provincie Brachareñ, in quibus sibi visitationis officium competit de consuetudine vel de iure, per aliquam seu alias aliquas personam seu personas, quam seu quas ad hoc duxerit deputandam seu deputandas, visitare possit, etiam priusquam ecclesiam Bracharensem eiusque capitulum aut suas proprias civitatem et diocesim in toto, ut prefertur, visitaverit vel pro presenti et procurationes ratione visitationis huiusmodi sibi debitas ab eisdem ecclesiis, monasteriis et aliis locis ac personis taliter visitatis in peccunia numerata recipere moderatas, sibi concedere dignemini, cum non obstañ ac clausulis oportunis. — *Fiat in forma. O.*

Datum Florentie, decimo quinto Kalendas Maii, anno tertio.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 35.

(2) No ms. *promotionis*, com sinal de erro.

359

1420, Abril 19

Martinho Esteves, cónego do Porto, pede a igreja colegiada de S. Martinho de Cedofeita da diocese do Porto, a vagar pela consecução dum benefício incompatível com a dita igreja da parte de Álvaro Martins.

Reg. Suppl. 141, fl. 126v.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. humilis et devotus vester Martinus Stephani, canonicus Portugalensis, quatinus sibi de seculari et collegiata ecclesia sancti Martini de Cedoffecta Portugalensis diocesis, que dignitas principalis curata et electiva est in eadem ecclesia de Cedoffecta, cuius fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, cum vacabit per assecutionem alterius beneficii curati, sive alias incompatibilis cum dicta parrochiali ecclesia, per quemdam Alvarum Martini, nunc dicte ecclesie sancti Martini de Cedoffecta rectorem, sive premisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona seu [per] constitutionem *Execrabilis* ad presens vacet,

etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa existat, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod idem Martinus prebendam in ecclesia Portugalensi, cuius fructus, etc., quinquaginta librarum dicte monete secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, obtineat, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 127]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus quatuor. O. Fiat.

Datum Florentie, tertiodecimo Kalendas Maii, anno tertio.

360

1420, Abril 20

Afonso Domingues, sacerdote, porcionário da igreja colegiada de S. Salvador de Coimbra, pede a confirmação dessa igreja, por duvidar do valor da provisão e tomada de posse anteriores.

Reg. Suppl. 135, fl. 275v-276.

Beatissime Pater, vacante collegiata ecclesia sancti Salvatoris Colimbrieñ per obitum ipsam ultimo possidentis, extra Romanam Curiam defuncti, devotus orator vester Alfonsus Dominici, presbyter, ipsius ecclesie portionarius, eamdem ecclesiam, vigore certe gratie expectative, acceptavit et de illa sibi provideri ac possessionem obtinuit, prout obtinet de presenti. Et quia idem A[lfonsus] dubitat acceptationem, collationem, provisionem, possessionem huiusmodi et quecumque inde secuta viribus non subsistere, supplicat igitur S. V. idem Alfonsus quatinus, omnia et singula premissa rata habentes et grata, sibi de dicta ecclesia, cuius fructus, etc., quadraginta importat. et sexaginta in ea residendo et divinis interessendo librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alias quovis modo, vel ex alterius cuiuscumque persona vacet, et generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa sit, de novo dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod idem Alfonsus quamdam perpetuam portionem sine cura, [fl. 276] cuius fructus viginti quinque librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, in eadem ecclesia obtinet. Et cum aliis clausulis et non obst. oportunis.

... ...

Concèssum ut petitur pro utroque.

[Datum] Florentie, duodecimo Kalendas Maii, anno tertio (1).

(1) No Reg. Suppl. 114, fl. 106, na margem esquerda do texto, encontramos as seguintes palavras: *Cass. quia expectativa*, palavras alusivas ao texto seguinte: «Supplicat S. V. devotus orator vester Alfonsus Dominici, perpetuus portionarius collegiate et secularis ecclesie sancti Salvatoris Colimbriensis, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, vacante vel vacaturo».

361

1420, Abril 24

Gil Esteves, clérigo da diocese de Lisboa, pede a confirmação da igreja paroquial de S. Pedro de Canaveses da diocese do Porto.

Reg. Suppl. 141, fl. 252-252v.

Beatissime Pater, nuper devotus vester Egidius Stephani, clericus Ulixbonensis diocesis, parrochialem ecclesiam sancti Petri de Canaveses Portugalensis diocesis, causa permutationis cum quodam alio, in manibus Ordinarii facte (1) extitit assecutus, quam quidem assecutionem et provisionem timet certis de causis viribus non subsistere. Supplicat igitur S. V. prefatus Egidius quatinus, huiusmodi provisionem et assecutionem ac quecumque inde secuta rata habentes et grata, [fl. 252v] sibique de eadem ecclesia, cuius fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, aut alio quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona seu [per] constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa existat, de novo dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 253]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus tribus. O.

Datum Florentie, octavo Kalendas Maii, anno tertio.

(1) No ms. *factam.*

362

1420, Abril 26

João Fernandes, sacerdote da diocese de Lamego, pede a faculdade de obter e permutar benefícios.

Reg. Suppl. 141, fl. 201.

Beatissime Pater. Olim cum devoto vestro Johanne Fernandi, presbytero Lamecensis diocesis, super defectu natalium, quem patitur de soluto genitus et soluta, ad omnes sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, obtinere valeret, fuit auctoritate apostolica dispensatum. Supplicat igitur S. V. dictus Johannes quatinus secum ut quatuor alia beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, si

invicem compatientia, etiam si canonicatus et prebende in metropolitañ aut aliis cathedralibus seu collegiatis ecclesiis fuerint, recipere et retinere, illaque simpliciter seu ex causa permutationis, quotiens voluerit, dimictere et, loco dimissi vel dimissorum, aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiasticum vel ecclesiastica, quinque dumtaxat compatibilia, etiam recipere et retinere libere et licite valeat, dignemini misericorditer dispensare. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Florentie, sexto Kalendas Maii, anno tertio.

363

1420, Abril 26

Álvaro Peres, sacerdote da diocese de Braga, provocado por seu irmão Gonçalo, feriu-o, o qual veio a morrer. Duvidando ter incorrido em alguma irregularidade, pede a absolvição.

Reg. Suppl. 143, fl. 213v-214.

Beatissime Pater. Cum olim humilis et devotus vester Alvarus Petri, presbyter Bracharensis diocesis, cum quodam fratre suo Gundissalvo (1) Petri, laico dicte diocesis, ratione cuiusdam parrochialis ecclesie sue, quam tunc obtinebat, vellet certum frumentum decimare, tamen quia dictus frater suus frumentum (2) absque suo consensu et, ipso presbytero absente, decimabat, superveniens dixit: Quare, me absente, hoc facis? Scis bene quod hoc non est moris. Respondit autem laicus et dixit eidem presbytero: Ego hoc faciam, si vellis aut nollis, et ad tuum despectum. Et in tantum devenit cum dicto presbytero ad verba iniuriosa, dicto presbytero hoc non premeditante et ipso non cogitante, quia frater suus carnalis, impetuose principaliter ad prefatum presbyterum adhesit taliter quod fugam ab eo facere non potuit et in sinistro brachio dictus laicus eum percussit et ex percussione magna quoddam lignum in duas partes fregit, hoc non contento, sed mala malis accumulando, ipsum presbyterum per capillos recepit subitus seducens conabaturque eum ad terram proicere, causa ipsum interficiendi, et cum auxilio aliorum, quos in sua custodia secum habebat, in loco ubi hoc fuit, sua uxore presente, presbyter vero prefatus causa evitandi [fl. 214] mortem cum quodam gladio, quem penes se habebat, dictum laicum in tibiis percussit seu vulneravit, afigit sic infra quinquaginta dies ut creditur et dicitur in partibus non ex dictis vulneribus sed ex nimio dolore quem erga uxorem suam tenebat, que pro tunc ex fluxu ventris infirmabatur, etiam propter malam suam gubernationem et curam, quia mulier infirmabatur et non erat persona que (3) de eo curaret, expiravit, de quo summe doluit, prout dolet de presenti. Supplicat igitur S. V. dictus presbyter quatinus, premissis attentis, ipsum ex eo quod primo non fuit principalis in dicto errore, etiam mortem evitare non poterat ut prefertur, ut in partibus probabitur, propterea irregularitatem minime incurrisse declarare et cum eo dispensare vel saltem ipsum super huiusmodi reatu ad cautelam dispensare ac in suis susceptis ordinibus ministrare libere

et licite valeat ipsumque ad pristinum statum restituere dignemini seu aliter saltem alicui prelato in partibus illis committere et mandare quod de premissis sufficienter se informet et, si per sufficientes probationes illius terre repererit prefatum presbyterum aliter vitam suam evadere non posse et premissa esse vera, declaret ipsum irregularitatis maculam minime incurrisse, seu saltem ad cautelam cum eo auctoritate apostolica super petitis dispenset. Cum non obstañ et clausulis oportunis, maxime cum, Pater Sancte, dictus laicus, ut probabit in partibus, et multa (4) alia, erat homo litigiosus multum et male conditionis et incendiarius, quia posuit ignem ad domus meas, secundum famam terre, etiam intentu incomparabili secundum opera. — *Fiat et committatur. O.*

Datum Florentie, sexto Kalendas Maii, anno tertio.

---

(1) No ms. Gundissalvi.
(2) No ms. *frumentu*, com sinal de erro.
(3) No ms. *qui*, com sinal de erro.
(4) No ms. sinal de erro.

364

1420, Abril 29

Gil Afonso Leitão, clérigo da diocese de Silves, obtinha a perpétua porção da igreja de Santa Maria de Faro, que se esperava viesse a vagar pelo matrimónio do possuidor, pelo que Álvaro Martins, bacharel em leis e deão de Braga, pede-a para si.

Reg. Suppl. 141, fl. 136.

Beatissime Pater, cum quedam perpetua portio sine cura parrochialis ecclesie sancte Marie de Faarom Silvensis diocesis, quam devotus vester Egidius Alfonsi Leitom, clericus eiusdem diocesis, obtinet, vacare speretur per contractum matrimonii, per eumdem contrahendum, supplicat S. V. devotus vester Alvarus Martini, in legibus bacallarius, decanus ecclesie Bracharensis, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, de dicta perpetua portione sine cura ecclesie sancte Marie de Faarom (1), cuius fructus, [etc.], septuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, cum per huiusmodi contractum matrimonii aut liberam resignationem, per dictum Egidium de ea fiendam, vacare contigerit, etiam si actu alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona, aut si reservata, devoluta seu litigiosa existat generaliter vel specialiter, eamdemque portionem ex nunc sibi conferendam reservare et de illa providere. Non obstañ quod idem decanus decanatum, qui dignitas electiva et curata ac maior post pontificalem in eadem Bracharensi ecclesia, cum canonicatu et prebenda, necnon secularem et collegiatam ecclesiam sancti Martini de Cedoficta Portugalensis diocesis ex dispensatione apostolica ad certum tempus obtinet et nuper eadem S. sibi de parrochiali ecclesia de Trasmires (2) Bracharensis diocesis, tunc certo modo vacante, provideri concessit, quorum omnium fructus, etc., quadringentarum librarum dicte monete secun-

dum predictam extimationem valorem annuum non excedunt. Constitutionibus apostolicis ac aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, et cum clausulis oportunis.

... ...

[fl. 136v]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus tribus. O.

Datum Florentie, tertio Kalendas Maii, anno tertio.

---

(1) No ms. *du Faarom*, com sinal de erro.

(2) No ms. *Trasmiros*, com sinal de erro.

365

1420, Maio 1

D. Fernando, arcebispo de Braga, incorporou à igreja paroquial de S. Pedro de Carção as igrejas de Santa Maria de Serapicos e a de S. Nicolau de Penela, cuja incorporação o reitor da sobredita igreja paroquial de S. Pedro, João André, pede ao papa seja confirmada.

Reg. Suppl. 141, fl. 140-140v.

Beatissime Pater, olim devota creatura vestra Fernandus, archiepiscopus Bracharensis (1), attendens exilitatem ac diminutionem fructuum parrochialis ecclesie sancti Petri de Carçom Brachaıensis diocesis, qui in quindecim librarum Turonensium parvorum secumdum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ex quibus rector existens pro tempore commode se sustentare non poterat ac sibi incumbentia onera supportare, parrochiales ecclesias beate Marie de Çerapicos, cuius quindecim, et sancti Nicolai de Penella, certo modo vacantes, et que non remote a dicta ecclesia sancti Petri distant, et cuius fructus, etc., quatuor librarum dicte monete secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, eidem ecclesie sancti Petri auctoritate ordinaria in perpetuum annexavit, univit et incorporavit, cuius annexionis vigore, etc., humilis et devotus vester Johannes Andree, rector memorate ecclesie sancti Petri, earumdem possessionem apprehendit easque ex tunc tenuit et possedit, prout tenet et possidet de presenti [fl. 140v]. Supplicat igitur S. V. dictus Johannes quatinus, pie premissis attentis, annexationem, incorporationem et unionem ecclesiarum predictarum, ut premittitur factas, ratas habentes et gratas, ac auctoritate apostolica ad maioris roboris firmitatem confirmare dignemini, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, cum clausulis et non obstañ oportunis. — *Fiat in forma. O.*

Datum Florentie, Kalendis Maii, anno tertio.

---

(1) D. Fernando Pires da Guerra. Cf. nota 1 do n.º 35.

366

1420, Maio 1

Fernando Álvares de Morais, sacerdote e reitor da igreja de S. Genésio de Parada, da diocese de Braga, desejando entrar nos Cistercienses, pede a graça de obter, depois da profissão, uma abadia principal da Ordem, apesar do impedimento de ilegitimidade.

Reg. Suppl. 141, fl. 140v.

Beatissime Pater. Cum humilis et devotus vester Fernandus Alvari de Moaraẽs, presbyter et rector parrochialis ecclesie sancti Genesii in Parada dInfancores Bracharensis diocesis, quam quidem ecclesiam ex dispensatione apostolica, non obstante defectu natalium, quem patitur de soluto genitus et soluta, canonice obtinet, ex nimio devotionis fervore cupiat in ordine Cisterciensi perpetuo Domino famulari, supplicat igitur prefatus Fernandus quatinus secum, si et postquam prefatum ordinem intraverit ac professionem per monachos seu fratres eiusdem ordinis emitti consuetam emiserit, abbatiam principalem, dignitatem in eodem ordine, etiam si electiva existat, si sibi alias canonice conferatur, dicto defectu non obstante, libere recipere et licite retinere valeat, dignemini misericorditer dispensare. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Florentie, Kalendis Maii, anno tertio.

367

1420, Maio 1

Súplica do mestre da Ordem de S. Tiago da Espada, a favor de seu filho Lourenço.

Reg. Suppl. 141, fl. 226v-227.

Reformatio Laurentii Sugerii de Figueiroa super dispensatione defectus natalium (1).

Beatissime Pater, dignetur S. V. litteras super petitione, cuius copia prescribitur, por devoto vestro Laurentio Sugerii de Figueroa, nato cuiusdam Laurentii de Figueroa, magistri militie sancti Jacobi [fl. 227] de Spata, conficiendas ad omnia petita in eadem, videlicet ad quecumque, quotcumque et qualiacumque beneficia, etiam [si] canonicatus et prebende ac dignitates, etc., ut in eadem supplicatione vel petitione est petitum, ac etiam cum clausula ad omnes sacros ordines promoveri valeat, expediri mandare, attento quod dictus Laurentius, etc., alias ex magnorum nobilium et militie genere procreatus existit. Cum aliis clausulis oportunis.

... ...

Fiat pro utroque. O.

Datum Florentie, Kalendis Maii, anno tertio (2).

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

(2) Embora se trate dum espanhol, porque, à primeira vista, poderia pensar-se num suplicante português e, no tempo, estar ainda muito viva a questão da isenção de certas Ordens militares em Portugal em relação com os mestres de Castela, registamos aqui esta súplica. A súplica, a que esta alude, encontra-se em Reg. Suppl. 140, fl. 70-70v; tem a data: *Datum Florentie, quintodecimo Kalendas Aprilis, anno tertio.*

368

1420, Maio 1

Petição de indulgências para os visitantes da igreja colegiada de S. Martinho de Cedofeita, da diocese do Porto, e capela de Santa Margarida, pertencente à mesma colegiada.

Reg. Suppl. 141, fl. 292v.

Beatissime Pater. Cum ad secularem et collegiatam ecclesiam sancti Martini de Ceddoffecta Portugalensis diocesis necnon ad capellam sub vocabulo sancte Margarite, in claustro eiusdem ecclesie sitam, christifidelium multitudo concurrat, dignetur igitur S. V. illis qui in festo eiusdem [sancti] Martini necnon sancte Margarite ac in festis et octavis per cancellariam dari consuetis ad dictam ecclesiam confluxerint annuatim ac pro reparatione capelle et ecclesie predictarum manus porrexerint adiutrices, aut inibi pias elemosinas erogaverint, viginti annos et totidem quadragenas, perpetuis temporibus duraturas, concedere, cum non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 293]

... ...

Fiat in forma pro utroque. O.

Datum Florentie, Kalendis Maii, anno tertio.

369

1420, Maio 2

Afonso Domingues, porcionário da igreja colegiada de S. Salvador de Coimbra, pede a confirmação da aceitação da mesma igreja, de cujo valor duvidava.

Reg. Suppl. 135, fl. 297.

Beatissime Pater, vacante collegiata ecclesia sancti Salvatoris Colimbrieñ per obitum ipsam ultimo possidentis, extra Romanam Curiam defuncti, devotus vester orator Alfonsus (1) Dominici, presbyter, ipsius ecclesie portionarius, eamdem ecclesiam, vigore certe gratie expectative, acceptavit et de illa sibi provideri ac possessionem obtinuit, prout obtinet de presenti. Et quia idem A[lfonsus] dubitat acceptationem, collationem, provisionem, possessionem huiusmodi et quecumque inde secuta viribus non subsistere, supplicat igitur S. V. idem Alfonsus (1) quatinus, omnia et singula rata habentes et grata, sibi de dicta ecclesia, cuius fructus, etc., quadraginta importat. et sexaginta in ea residendo et divinis interessendo librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alias quovis modo, vel ex alterius cuiuscumque persona vacet, et generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa sit, de novo

dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod idem Alfonsus (1) quamdam perpetuam portionem sine cura, cuius fructus viginti quinque librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, in eadem ecclesia obtinet. Et cum aliis clausulis et non obst. oportunis.

... ...

[fl. 297v]

... ...

Concessum ut petitur pro utroque.

[Datum] Florentie, sexto Nonas Maii, anno tertio.

---

(1) No ms. *Alfoncius*, com sinal de erro.

370-371

1420, Maio 3

Petições de recepção e permuta de benefícios, apresentadas respectivamente por Lourenço Anes, reitor da igreja paroquial de S. Tiago de Óbidos, e por Pedro Afonso, clérigo da diocese de Lisboa.

Reg. Suppl. 141, fl. 199v-200.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. devotus vester Laurentius Johannis, rector parrochialis ecclesie sancti Jacobi de Obidos Ulixbonensis diocesis, cum quo alias super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad minores et beneficium ecclesiasticum sine cura ordinaria primo et deinde ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, obtinere valeret, apostolica fuit auctoritatibus dispensatum, vigore cuius quidem dispensationis dictam parrochialem ecclesiam extitit assecutus, quatinus secum ut quatuor alia beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, se invicem compatientia, etiam si canonicatus et prebende in metropolitañ aut aliis cathedralibus seu collegiatis ecclesiis fuerint, recipere et retinere illaque et dictam parrochialem ecclesiam simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens voluerit, dimictere et, loco dimissi vel dimissorum, aliud vel alia, simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiasticum vel ecclesiastica, quinque dumtaxat invicem compatibilia, etiam recipere et retinere libere et licite valeat, dignemini misericorditer dispensare, cum non obst. et clausulis oportunis.

371. Beatissime Pater. Supplicat S. V. devotus vester Petrus Alfonsi, clericus Ulixbonensis diocesis, cum quo alias super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad minores et beneficium ecclesiasticum sine cura ordinaria primo et deinde ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, obtinere valeret, apostolica fuit auctoritatibus dispensatum, quatinus secum ut quatuor alia beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, se invicem compa-

tientia, etiam si canonicatus et prebende in metropolitañ aut aliis cathedralibus seu collegiatis ecclesiis fuerint, recipere et retinere illaque simpliciter [seu] ex causa permutationis, quotiens voluerit, dimictere et, loco dimissi vel dimissorum, aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiasticum vel ecclesiastica, quinque dumtaxat invicem compatibilia, [fl. 200] etiam recipere [et] retinere libere et licite valeat, dignemimi misericorditer dispensare, cum non obstañ et clausulis oportunis.

Fiat pro utroque. O.

Datum Florentie, quinto Nonas Maii, anno tertio.

372

1420, Maio 6

Resignando Vasco Martins, reitor ou abade da igreja paroquial de S. Romão de Arões, da diocese de Braga, a esta igreja por meio do seu procurador, Álvaro Gil, clérigo da diocese de Lamego, pede a provisão da mesma a seu favor.

Reg. Suppl. 141, fl. 286.

Beatissime Pater. Cum devotus vester Valascus Martini senior, rector, abbas nuncupatus, parrochialis ecclesie sancti Romani de Aronis Bracharensis diocesis, eamdem ecclesiam, quam obtinet, per suum procuratorem sponte et libere ex nunc in manibus S. V. resignet, supplicat S. V. devotus vester Alvarus Egidii, clericus Lamecensis diocesis, quatinus resignationem huiusmodi admictentes, de eadem ecclesia, que de iure patronatus laicorum, quorum etiam ad id accedit assensus, existit et cuius fructus, etc., quadraginta sex florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si specialiter vel alias generaliter reservata vel devoluta ac litigiosa sit, eidem Egidio dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de consensu. O.*

Datum Florentie, pridie Nonas Maii, anno tertio.

373

1420, Maio 6

Por morte de seu esposo Gomes Anes, leigo da diocese de Braga, Leonor Gonçalves pede a confirmação do arrendamento de certas possessões que lhe fizeram o prior e convento do mosteiro de Santa Maria de Oliveira, da mesma diocese e da Ordem de Santo Agostinho.

Reg. Suppl. 144, fl. 246v-247.

Beatissime Pater. Olim devoti vestri prior et conventus monasterii beate Marie de Uliveyra ordinis sancti Augustini, per priorem soliti gubernari, Bracharensis diocesis, attendentes commodum et utilitatem dicti monasterii, nonnullas possessiones et bona immobilia ad dictum monasterium pertinentia ac in dicta diocesi consistentia quondam Gometio Johannis, laico dicte diocesis, et eius uxori Leonori Gunsalvi, sub certa annua pensione, in vita ipsorum cuiuslibet, concesserunt, prout in contractu desuper confecto, quem S. V. dignetur hic pro sufficienter expresso habere, plenius continetur, que quidem concessio etiam auctoritate ordinaria extitit confirmata defunctoque dicto Gometio, eadem Leonor in eisdem bonis, vigore concessionis huiusmodi, successit et ea possedit, prout possidet de presenti. Supplicat igitur eidem S. prefata Leonor quatinus concessionem huiusmodi ad maioris sui roboris firmitatem auctoritate apostolica confirmare dignemini, supplentes omnes defectus, si qui intervenerint in eadem, cum clausulis et non obstañ oportunis [fl. 247]. —*Fiat in forma.* O.

Datum Florentie, pridie Nonas Maii, anno tertio.

374

1420, Maio 8

Cristóvão Afonso, perpétuo beneficiado na igreja de Lisboa, pede a perpétua vigararia da igreja paroquial de S. Pedro de Pederneira, da diocese de Lisboa, vacante por morte de João Anes.

Reg. Suppl. 141, fl. 274-274v.

Beatissime Pater, vacante perpetua vicaria parrochialis ecclesie sancti Petri de Pederneyra Ulixbonensis diocesis per obitum quondam Johannis Johannis, extra Romanam Curiam defuncti, devotus vester Cristoforus Alfonsi, perpetuus beneficiatus in ecclesia Ulixbonensi, vigore quarumdam litterarum apostolicarum dictam vicariam, sic ut premittitur vacantem, credens sub dicta gratia sua expectativa cadere, infra tempus debitum acceptavit et de eadem sibi provideri obtinuit, vigore quarum quidem acceptationis et provisionis, possessionem eiusdem extitit assecutus, quam ex tunc tenuit et possedit, prout tenet et possidet de presenti, fructus [fl. 274v] ad valorem quindecim florenorum de camera percipiens ex eadem. Et quia, Pater Beatissime, repperitur dictam vicariam sub dicta gratia expectativa non cadere, nec ad illam se extendere, supplicat igitur S. V. dictus Cristoforus quatinus sibi de dicta vicaria, que curata est et cuius fructus, etc., viginti duarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, premisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona seu constitutione *Execrabilis* vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa existat, dignemini misericorditer providere, non obstañ quod dictus Christoforus quoddam perpetuum breneficium sine cura, quartanaria nuncupatum, in dicta Ulixbonensi ecclesia, cuius fructus, etc., quinquaginta librarum dicte monete secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, obtinet, ac dicta gratia expectativa et defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, cum dispensatione in cancellaria exprimenda, et cum aliis clausulis et non obstañ oportunis—*Fiat ut petitur pro omnibus.* O.

Datum Florentie, octavo Idus Maii, anno tertio.

375

1420, Maio 8

João Fernandes, sacerdote da diocese de Lamego, renova e completa súplica sobre a dispensa do impedimento de ilegitimidade para obtenção de benefícios.

Reg. Suppl. 142, fl. 4.

Reformatio Johannis Fernandi, presbyteri Lamecensis diocesis, super dispensatione defectus natalium (1).

Beatissime Pater, dignetur S. V. litteras conficiendas super supplicatione, cuius copia superius est inserta, et quam eadem S. V. pro Johanne supranominato per *Fiat ut petitur* gratiose signavit, in cancellaria S. eiusdem expediri mandare cum clausula inibi petita, videlicet etiam si huiusmodi beneficia canonicatus et prebende in metropolitañ vel aliis cathedralibus ecclesiis fuerint, de gratia speciali, regulis cancellarie et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac quadam habilitatione inhabilitatis et infamie macule, per ipsum Johannem contracte, per S. V. nuper facta, in cancellaria, si expediat, exprimenda, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque.

... ...

[fl. 5]

... ...

Fiat pro omnibus quatuor. O.

Datum Florentie, octavo Idus Maii, anno tertio.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

376

1420, Maio 10

Luís Peres, clérigo do Porto, de descendência nobre, pede a igreja paroquial de Tresminas da diocese de Braga, que Fernando Vasques ocupava injustamente.

Reg. Suppl. 141, fl. 186.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Ludovicus Petri, clericus Portugalensis, de nobili genere procreatus, quatinus sibi de parrochiali ecclesia de Tresmiras Bracharensis diocesis, cuius fructus, etc., ducentarum quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, que de iure patronatus laicorum existit et tanto tempore vacavit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam est legitime devoluta, sive premisso, aut alio quovis modo et ex quacumque persona seu constitutione *Execrabilis* vacet,

etiam si generaliter vel specialiter reservata et litigiosa existat, dignemini misericorditer providere secumque super defectu natalium, [quem patitur] de soluto genitus et soluta, dispensare, cum non obstañ et clausulis oportunis. Non obstañ quod dicta ecclesia ad presens iniuste per quemdam Fernandum Valasci, pro rectore eiusdem se gerentem, ex confirmatione Ordinarii occupetur. —*Fiat ut petitur pro omnibus quatuor, et pro primo de consensu. O.*

Datum Florentie, sexto Idus Maii, anno tertio.

377

1420, Maio 10

O Infante D. Pedro solicita indulgências para os visitantes da capela de S. Pedro, mártir, existente na igreja do convento de S. Domingos de Guimarães.

Reg. Suppl. 142, fl. 30.

Beatissime Pater. Cum ad capellam sub vocabulo et ad honorem beati Petri martiris, in ecclesia monasterii beati Dominici confessoris et in opido seu villa Vimaranensi Bracharensis diocesis sitam, christifidelium multitudo concurrat propter multa miracula que ibidem [cotidie] Deus operatur, supplicat S. V. humilis [et] devotus filius eiusdem S. Petrus secundo genitus regis Portugalie et dux Colimbriensis, quatinus illis qui in festo eiusdem Petri martiris [annuatim] ad dictam capellam confluxerint et pro reparatione capelle ac monasterii prefati manus porrexerint adiutrices, aut inibi pias elemosinas erogaverint, viginti annos et totidem quadragenas, perpetuis temporibus duraturas, concedere dignemini, cum clausulis et non obstañ opportunis (1).

... ...

[fl. 30v]

... ...

Fiat pro omnibus in forma. O.

Datum Florentie, sexto Idus Maii, anno tertio.

(1) A seguir vem repetida a mesma súplica.

378

1420, Maio 10

O prior e convento do mosteiro dos frades de S. Jerónimo, com a regra de Santo Agostinho, de S. Pedro ad Vincula, *que o cardeal de Lisboa D. João de Azambuja designou para o serviço da*

basílica que devia conservar o título cardinalício de S. Pedro ad Vincula, *mediante aprovação de João XXIII, pedem a confirmação de quanto estabelecera o cardeal português e o papa concedera, inclusive quanto aos privilégios, isenções e imunidades dos mosteiros da Ordem.*

Reg. Suppl. 142, fl. 60-60v.

Beatissime Pater. Dudum felicis recordationis domino Baldassario, tunc pape Jo[hanni] xxiii.° (1), pro parte bone memorie domini Johannis tt. sancti Petri ad Vincula sancte Romane Ecclesie presbyteri cardinalis Ulixboñ vulgariter nuncupati (2), exposito quod ecclesia sancti Petri ad Vincula de Urbe, que tit. sui cardinalatus existebat, personis ydoneis ad cultum divinum in ea peragendum necessariis adeo erat destituta ac in suis edificiis et domibus collapsa quod vix quatuor vicibus in anno canonicorum ipsius ecclesie, quorum sex sunt numero, presentia consolaretur, ymo clausis foribus quodammodo interdicta post mensis augusti principium, raro aut numquam humano visitaretur accessu et quod ipse cardinalis, premissa precogitans ac de sui tituli reformatione et pro divini cultus augmento sollicite pertractans, ad id etiam canonicorum dicte ecclesie capitulariter congregatorum accedente consensu, quosdam religiosos viros fratrum sancti Jeronimi, sub regula sancti Augustini viventium, in domibus et edificiis dicte ecclesie collocari et monasterium cum claustro et aliis officinis necessariis secundum morem dicti ordinis pro dictis fratribus, inibi Domino perpetuo servituris erigere ipsamque ecclesiam, inibi tamen remanente titulo cardinalatus, pro divinis officiis per fratres eosdem et eorum in dicto monasterio successores in eadem ecclesia celebrandis assignare et de bonis suis sibi a Deo collatis certos annuos census pro dote eiusdem monasterii assignare proponeret, ita quod, cedentibus vel decedentibus simul, successive canonicis predictis vel eorum canonicatus et prebendas (3) quomodolibet dimittentibus, iidem canonicatus eo ipso sint suspensi ac bona prebendarum et ecclesie huiusmodi in usus fratrum predictorum converterentur, ipsi domino Baldassario, tunc Jo[hanni] xxiii, supplicato ut premissis robor apostolice [fl. 60v] confirmationis adnectere (4) sibique illa adimplendi ac dilectis filiis priori generali et fratribus dicti ordinis domos et edificia huiusmodi pro dicto monasterio inibi erigendo ac ecclesiam pro divinis officiis celebrandis recipiendi et perpetuo retinendi licentiam concedere ac in prefatis domibus monasterium erigere de benignitate apostolica dignaretur. Qui tunc dominus Johannes papa sic gesta rata habentes et grata, ea auctoritate apostolica confirmavit ac in eisdem domibus et edificiis ad laudem omnipotentis Dei et beate Virginis gloriose necnon Petri et Pauli et sancti Jeronimi predictorum monasterium erexit ac monasteriis insigniis, iure tamen presbyteri cardinalis eiusdem tit. sancti Petri ad Vincula pro tempore existentis semper salvo, decoravit, ita quod de cetero monasterium dicti ordinis censeretur ipsamque ecclesiam, dicto tamen cardinalatus titulo inibi remanente, pro divinis officiis celebrandis prefatis fratribus predictis in dicto monasterio pro tempore moraturis prefata auctoritate assignavit. Et nichilominus prefato domino Jo[hanni] cardinali alia circa premissa necessaria faciendi et priori et fratribus predictis monasterium ipsum cum claustro, domibus, officinis et pertinentiis recipiendi plenam licentiam concessit. Et nichilominus dictis priori et fratribus eadem auctoritate concessit quod fratres eiusdem domus, qui in dicto monasterio morabuntur pro tempore, omnibus et singulis gratiis, privilegiis, libertatibus, indulgentiis, immunitatibus et exemptionibus uti et gaudere possint et debeant, quibus alii fratres dicti ordinis in eorum monasteriis seu locis eiusdem ordinis gaudent seu quomodolibet potiuntur, prout in litteris apostolicis inde confectis ple-

nius continetur. Qui dominus Johannes, tunc cardinalis, vigore litterarum huiusmodi et de consensu canonicorum tunc dicte ecclesie, premissa executioni demandans, certos priorem et fratres in dicto monasterio recepit, quibus ecclesiam et alia premissa assignavit et eos posuit in possessionem, recepto ab eis iuramento de observando regulam, etc., prout in instrumento inde confecto plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, predicti prior et fratres sint in pacifica possessione premissorum et ne imposterum per aliquos vexari valeant, supplicant eidem S. V. quatinus premissa omnia et singula auctoritate apostolica confirmare et approbare dignemini, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in premissis, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.—*Fiat. O.*

Datum Florentie, sexto Idus Maii, anno tertio.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 8.
(2) Cf. nota 1 do n.º 149.
(3) No ms. *prebende*, com sinal de erro.
(4) No ms. *adiucte*.

379

1420, Maio 13

Gonçalo Pereira, cavaleiro da diocese de Braga, pede a confirmação do arrendamento do Couto de Ervededo, a confinar com o reino de Castela e Leão, que o arcebispo D. Martinho, com o deão e cabido, lhe fizeram, vendo a inutilidade dessas terras para o arcebispado.

Reg. Suppl. 142, fl. 50-50v.

Beatissime Pater. S. V. exponitur pro parte humilis et devoti vestri Gundissalvi Pereyra, militis laici Bracharensis diocesis, quod, cum olim bone memorie Martinus, archiepiscopus Bracharensis (1), necnon decanus et capitulum, canonici et persone ecclesie Bracharensis, attendentes quod Coutum, vulgariter dictum Hervededo, et quedam domus turris, que prope ipsum consistit, eo quod in confinibus regnorum Castelle, Legionis et Portugalie existit, propter guerras valde sumptuosa et inutilis prefato archiepiscopo, capitulo et personis ecclesie predicte redderetur, ad sonum campane capitulariter congregati, ut moris est, ac in unum convenientes, precedente tra[cta]tu (2) sollempni et iurisdictio *(sic)* Coutum et turrim prefatos antedicto Gundissalvo Pereyra in imphiteosim ac sub annuo censu, pro se suisque successoribus per rectam lineam descendentibus, ita quod ipse Gundissalvus annuatim quadraginta librarum monete antique in partibus currentis et duas marchas argenteas, que omnia summam viginti duarum coronarum auri de Francia non excedunt in valore, ipsis archiepiscopo, capitulo et personis persolvend. et nonnullis aliis pactis, conditionibus inter ipsos appositis, perpetuo concesserunt et tradiderunt, prout hec et alia latius in quodam instrumento inde (3) confecto continetur, cuius seriem et tenorem hic habere dignemini pro sufficienter expressis. Verum, Pater Sancte, cum pro subsistentia firmiori huiusmodi contractus seu annui census robur confirmationis apostolice sedis sit utilis et necessarius, idcirco supplicat S. V. prefatus Gundissalvus Pe-

reira quatinus committere et mandare dignemini alicui probo viro, in Romana Curia residenti, quod de premissis summarie se informet et, si premissa vera esse repererit, contractum, annuum censum, emphiteosim (4), conventionem, firmationem, ratificationem et approbationem predictas omniaque alia et singula inde secuta recte processisse invenerit, auctoritate apostolica approbet pariterque confirmet eaque faciat inviolabiliter observari. Constitutionibus, ordinationibus apostolicis, statutis et consuetudinibus dicte ecclesie contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat in forma. O.*

Datum Florentie, tertio Idus Maii, anno tertio.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 19.
(2) No ms. *tractu* e *iurisdictio*, com sinal de erro.
(3) No ms. segue repetida a palavra *latius*, mas com sinal de erro.
(4) No ms. *imphiteosim*, com sinal de erro.

380

1420, Maio 13

Vasco Fernandes Coutinho, nobre, ofereceu o seu filho Gonçalo Vasques Coutinho à Ordem de Cristo, tendo-o aceitado o então mestre da Ordem D. Lopo de Sousa que o admitiu à profissão e lhe conferiu a preceptoria maior de Ega da diocese de Coimbra, vacante por morte de Pedro Botelho. Atendendo a suas qualidades e proveito da Ordem, o Infante D. Duarte, herdeiro do reino, bem como o prior e freires da Ordem, pedem ao papa a confirmação de quanto fora feito.

Reg. Suppl. 142, fl. 88v-89.

Reg. Suppl. 142, fl. 88v-89. Publicada por SOUSA COSTA, A. D. DE, O *Infante D. Henrique na Expansão portuguesa, Documentos*, n. VIII, p. 133-134.

Beatissime Pater. Cum in ordine militie Jesu Christi, in regno Portugalie et Algarbii consistente, pro regula habeatur et servetur quod si quis de nobili stipite procreatus filium suum parve etatis in ipso ordine causa voti profiteri voluerit eumque magistro ipsius ordinis existenti pro tempore presentaverit, cum promissione ac iuramento quod numquam eum ex ordine predicto ammoveat, sed in eodem vite sue cursum religiose persolvere teneatur, tunc talem convenit seu decet magistro et conventui in socium et fratrem recipere eumque habitum dicti ordinis induere. Quibus attentis, Pater Beatissime, devotus vester nobilis et magnificus vir Valascus Fernandi Coutinho quemdam Gunsalvum Valasci Coutinho, filium suum, in quinto sue etatis anno constitutum, ob servitium et reverentiam Dei et ordinis prefati sub regula Cistercieñ degentem magistro ipsius ordinis sub promissione antedicta ac iuramento obtulit, quem, Pater Clementissime, bone memorie Lopus de Sousa, magister dicti ordinis, cum promissione et iuramento, ut prefertur, admisit habitumque sibi contulit ac professionem idem Gunsalvus per fratres milites dicti ordinis emitti consuetam emisit et eam ab eodem prefatus magister recepit et deinde, [fl. 89] vacante maiori dicti ordinis et de Ega Colimbriensis diocesis preceptoria

per obitum quondam Petri Botello, ipsius preceptorie ac dicti ordinis maioris preceptoris, extra Romanam Curiam defuncti, dictus Lopus magister prefato Gunsalvo Valasci bone indolis preceptoriam memoratam, sic ut premittitur vacantem, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis contulit et de illa sibi providit eumque in preceptorem maiorem dicti ordinis instituit et confirmavit ac in possessionem eiusdem induxit. Supplicatur igitur S. V. pro parte humilis et devoti filii eiusdem S. Eduardi primogeniti regis Portugalie et heredis necnon devotorum oratorum vestrorum prioris, militum, fratrum et conventus eiusdem ordinis, quatinus, cum per ipsum G[unsalvum] magnam utilitatem, defensionem et profectum dicte religioni tam in presenti quam in futurum speretur evenire, et ut scrupulus dubitationis de valore professionis, institutionis, confirmationis et inductionis huiusmodi, qui moveri poterit, ammoveatur ac litibus, scandalis et aliis iurgiis, que ex premissis oriri possint, obvietur, professionem, institutionem, confirmationem et inductionem ac alia predicta ex certa scientia dignemini confirmare et defectus, si qui intervenerint in eisdem, supplere necnon cum eodem G[unsalvo] ut huiusmodi preceptoriam et alias dignitates etiam maiores dicti ordinis retinere libere et licite valeat et etiam, si expediat, sibi de dicta preceptoria de novo providere dignemini de gratia speciali, dicto etatis defectu ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat de commenda ad beneplacitum nostrum. O.*

Datum Florentie, tertio Idus Maii, anno tertio.

381

1420, Maio 13

D. João I, rei de Portugal, pede ao papa benefícios para o chantre da sua capela Arias Gomes, clérigo da diocese de Évora, já dispensado do impedimento de ilegitimidade.

Reg. Suppl. 144, fl. 290-290v.

Beatissime Pater. Olim cum devoto vestro Aria Gometii, clerico Elborensis diocesis, ut, non obstante defectu natalium, quem patitur de soluto genitus et soluta, ad minores ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum sine cura obtinere valeret, auctoritate ordinaria extitit dispensatum, vigore cuius quidem dispensationis, ad minores ordines fuit promotus. Supplicat igitur S. V. devotus filius eiusdem S. serenissimus princeps Johannes, rex Portugalie, quatinus cum dicto Aria, cantore in capella sua, ut, dicto defectu non obstante, quatuor alia beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, se invicem compatientia, etiam si canonicatus et prebende in metropolitañ aut aliis cathedralibus seu collegiatis ecclesiis, fuerint, si sibi alias canonice conferantur, recipere et retinere illaque simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens voluerit, dimittere et, loco dimissi vel dimissorum, aliud vel alia simile vel dissimile [fl. 290v] aut similia vel dissimilia beneficia ecclesiastica, invicem compatibilia, etiam recipere et retinere, et ad omnes sacros ordines promoveri valeat, dignemini misericorditer dispensare, cum non obstant. et clausulis opportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Florentie, tertio Idus Maii, anno tertio.

382

1420, Maio 17

Leonor Gonçalves pede a confirmação do arrendamento de certas possessões do mosteiro de Santa Maria de Oliveira da Ordem de Santo Agostinho que lhe fizeram a ela e a seu falecido marido Gomes Anes, leigo da diocese de Braga, o prior e convento do mosteiro.

Reg. Suppl. 142, fl. 148.

Beatissime Pater, olim devoti vestri prior et conventus monasterii beate Marie de Ulveyra ordinis sancti Augustini, per priorem soliti gubernari, Bracharensis diocesis, attendentes commodum et utilitatem dicti monasterii, nonnullas possessiones et bona immobilia, ad dictum monasterium pertinentia ac in dicta diocesi consistentia, quondam Gometio Johannis, laico dicte diocesis, et eius uxori Leonori Gunsalvi, sub certa annua pensione in vita ipsorum cuiuslibet, concesserunt, prout in contractu desuper confecto, quem S. V. dignetur hic pro sufficienter expresso habere, plenius continetur, que quidem concessio etiam auctoritate ordinaria extitit confirmata, defunctoque dicto Gometio, eadem Leonor in eisdem bonis, vigore concessionis huiusmodi, successit et ea possedit, prout possidet de presenti. Supplicat igitur V. S. prefata Leonor quatinus concessionem huiusmodi ad maioris sui roboris firmitatem auctoritate apostolica confirmare dignemini, supplendo omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eadem, cum clausulis et non obstañ opportunis. — *Fiat in forma.* O.

Datum Florentie, sextodecimo Kalendas Junii, anno tertio.

383

1420, Maio 20

Vasco Martins, acólito da diocese de Braga, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede vários benefícios.

Reg. Suppl. 142, fl. 107-107v.

Beatissime Pater. Dudum cum devoto vestro Valasco Martini, acolito Bracharensis diocesis, ut, non obstante defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad omnes minores et beneficium ecclesiasticum sine cura, ordinaria (1) primo et deinde, postquam ad omnes huiusmodi ordines rite promotus fuerat, ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, obtinere posset, apostolica extitit auctoritatibus dispensatum. Supplicat igitur S. V. dictus Valascus quatinus secum ut quatuor alia beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, etiam si parrochiales ecclesie vel archipresbyteratus [fl. 107v] rurales, etiam si canonicatus et prebende vel personatus vel officia, similiter cum cura vel sine cura et etiam electiva (2)

in metropolitañ [aut] aliis cathedralibus vel collegiatis ecclesiis, recipere et retinere illaque omnia simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens sibi expedierit, dimittere, et loco dimissi vel dimissorum, aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficia ecclesiastica, viii tantum invicem compatibilia, similiter recipere et retinere libere et licite valeat, predicto defectu ac Pictavensis concilii et quibuscumque aliis constitutionibus apostolicis ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, dignemini misericorditer dispensare. Non obst. etiam gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda. Et cum ceteris non obst. et clausulis oportunis. — *Fiat.* O.

Datum Florentie, tertiodecimo Kalendas Junii, anno tertio.

---

(1) No ms. vem a seguir a palavra *et.*

(2) No ms. *electus*, com sinal de erro.

384

1420, Maio 24

João Gonçalves, subdiácono de Compostela, acusa Antão Martins, possuidor da igreja paroquial de S. João da Foz, da diocese do Porto, de concubinário e outros defeitos, pedindo a dita igreja para si.

Reg. Suppl. 142, fl. 284v-285.

Beatissime Pater, cum quidam Antonius Martini, possessor ecclesie parrochialis ecclesie sancti Johannis de Foze Portugalensis diocesis existens, tam eo quod pluribus sententiis, tam pro re quam contumacia, auctoritate ordinaria irretitus, se divinis immiscuit ac etiam quia plures ex parrochianis ipsius ecclesie absque confessione sacerdotali ob factum et culpam ipsius Antonii ab humanis decesserunt, quam ex eo quod focariam publice tenendo, etiam de presenti, cum filiabus suis spiritualibus incestum commisit, necnon et aliis suis per fidedignos illico probabilibus ymo notoriis et manifeste criminosis demeritis populum notorie scandalizantibus, eadem parrochiali ecclesia reddiderit se indignum, supplicat igitur S. V. humilis et devotus orator vester Johannes Gundissalvi, subdiaconus Compostellanus, quatinus alicui probo viro in partibus committere et mandare dignemini ut se summarie, simpliciter et de plano de premissis (1) informet et, si premissa repererit veritate fulciri, ac dictum Antonium fuisse et esse excommunicatum et se divinis (2) immiscuisse ac in excommunicatione existentem celebrasse (3), eadem parrochiali ecclesia privet et privatum declaret ipsamque ecclesiam, sive ut premittitur, aut alias quovis modo et ex cuiuscumque alterius persona sive per constitutionem *Execrabilis*, aut per renuntiationem in partibus coram Ordinario vel notario et testibus per eumdem Antonium sponte factam vel fiendam vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio apud sedem apostolicam iuxta Lateranensis statuta concilii legitime sit devoluta, seu si ipsa ecclesia dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservata, affecta aut inter aliquos in Romana Curia vel extra eam litigiosa existat, cuius litis statum hic habere dignemini pro expresso, cuiusque fructus, etc., importat. triginta et residendo supra locum, oneribus suppor-

tatis, secundum [fl. 285] communem extimationem sexaginta ducatorum auri annuatim non excedunt, eidem Johanni Gundissalvi auctoritate apostolica et vestra conferat et assignet ac provideat etiam de eadem. Non obstañ gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria exprimenda, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis.—*Fiat ut petitur in forma iuris et inscribat se. O.*

Datum Florentie, nono Kalendas Junii, anno tertio.

---

(1) No ms. segue-se repetida a palavra *se*, com sinal de erro.
(2) No ms. vem repetida a seguir a palavra *se*, com sinal de erro.
(3) No ms. segue-se a palavra *ab*, com sinal de erro.

385

1420, Maio 25

D. João I, rei de Portugal, pede a administração do mestrado da Ordem de Cristo para o Infante D. Henrique, vacante por morte de Lopo Dias.

Reg. Suppl. 143, fl. 2v-3. Publicado em *Monumenta Henricina*, II, n. 179, p. 366--367. Cf. SOUSA COSTA, OFM, A. D. DE, *O Infante D. Henrique na Expansão portuguesa*, pp. 72-76, notas 216, 220.

Pro filio regis Portugalie (1).

Beatissime Pater. Cum olim per serenissimos reges Portugalie et Algarbii ad impugnationem inimicorum crucis Christi pro defensione fidelium fuerit fundatus et dotatus castris, villis et aliis possessionibus ordo militie Christi, qui per magistrum est solitus gubernari, et proh dolor temporibus nostris qui magistratui illi prefuerant potius redditus et proventus ipsius magistratus ad usus illicitos exposuerunt quam ad id ad quod fundatus fuerat magistratus ipse, devotusque filius V. S. Johannes, predictorum regnorum rex, quodammodo assidue contra [fl. 3] perfidos Saracenos guerram faciat, de quorum manibus etiam suffragante gratia divina arripuerit nobilem civitatem Cepte, in Affrica existentem, et religioni christiane subiugavit, pro cuius custodia etiam continue magna expensarum onera cogitur subire, supplicat S. V. quatinus dictum magistratum iam vacantem per obitum Lopi Didaci, extra Romanam Curiam defuncti, dignemini carissimo eius filio infanti Henrico, tertio genito, concedere regendum et gubernandum, etc., ut contra eosdem Saracenos pro augmento christiane religionis et in alios suos usus fructus expendere valeat de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. —*Fiat ut petitur ad beneplacitum nostrum. O.*

Datum Florentie, octavo Kalendas Junii, anno tertio.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

386

1420, Maio 27

João Rodrigues, reitor da igreja paroquial de S. Félix de Ferreira, da diocese de Braga, renuncia a esta igreja e pede ao papa a conceda a João Anes, clérigo da dita diocese, após a renúncia por meio de seu procurador Martinho Lopes, cónego de Coimbra.

Reg. Suppl. 142, fl. 268.

Beatissime Pater, cum humilis et devotus vester Johannes Roderici, rector parrochialis ecclesie sancti Felicis de Ferreyra Bracharensis diocesis, certis de causis, animum suum moventibus, dictam ecclesiam in manibus S. V. resignare seu renuntiare proponat, supplicat igitur S. V. prefatus Johannes quatinus resignationem seu renuntiationem, quam ex nunc de dicta ecclesia in manibus eiusdem S. per Martinum Lupi, canonicum Colimbriensem, procuratorem suum ad hoc legitime constitutum, facit, admittere et, ea admissa, devoto vestro Johanni Johannis, clerico dicte diocesis, de dicta ecclesia, que de iure patronatus laicorum existit, cuius fructus, etc., viginti quatuor librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona seu [per] constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa existat, si ad illud accedat dictorum patronorum consensus, dignemini misericorditer providere, cum clausulis et non obstañ oportunis.—*Fiat ut petitur. O.*

Datum Florentie, sexto Kalendas Junii, anno tertio.

387

1420, Maio 28

Petição de indulgências para os visitantes da igreja paroquial de Santa Maria de Alvarelhos da terra da Maia, diocese do Porto, a qual estava em ruínas.

Reg. Suppl. 142, fl. 267-267v.

Beatissime Pater, cum fructus, redditus et proventus parrochialis ecclesie sancte Marie de Alverelles terre de Maya Portugalensis diocesis, que in et ad honorem gloriosissime Virginis Marie fundata et instituta existit, propter guerrarum turbines et mortalitatum pestes, que in illis partibus proh dolor viguerunt et adhuc vigere non cessant, sint quamplurimum diminuti, ipsaque parrochialis ecclesia nimia vetustate cogente undique ruinam patiatur ita et in tantum quod ipsi fructus ad sustentationem vite rectoris eiusdem, deductis et supportatis oneribus, minime sufficere possunt et propterea premissa sine christifidelium helemosinis minime reparari et sustentari possunt, idcirco dignetur S. V. omnibus et singulis christifidelibus qui eamdem ecclesiam devote visitaverint et de bonis a Deo sibi

collatis grata caritativa subsidia pro reparatione et augmentatione fructuum et reddituum ecclesie predicte pie erogaverint et pro manutentione [fl. 267v] eiusdem manus porrexerint adiutrices, tres annos et totidem quadragenas indulgentiarum quolibet die festivitatis Assumptionis beate Marie Virginis perpetuo duraturas, concedere dignemini de gratia speciali, cum non obstañ et clausulis oportunis.—*Fiat in forma.* O.

Datum Florentie, quinto Kalendas Junii, anno tertio.

388

1420, Maio 29

Lourenço Esteves, perpétuo porcionário da igreja paroquial de S. Tiago de Montemor-o--Novo, pede ao papa mande privar Estêvão Peres, sacerdote que teria matado um leigo, da perpétua porção e capelania da igreja paroquial de Santa Maria de Açougues de Montemor-o-Novo, diocese de Évora, e dá-las a ele suplicante.

Reg. Suppl. 143, fl. 5v-6.

Beatissime Pater. Cum quidam Stephanus Petri, presbyter, proprie salutis immemor, quemdam Johannem Galecum, laycum, inhumaniter interfecit, et deinde, nulla super huiusmodi homicidio dispensatione obtenta, [fl. 6] se divinis immiscuit officiis, ea publice celebrando, ymmo verius prophanando (1), et propterea perpetua portione sine cura parrochialis ecclesie sancte Marie de Accugeis Elborensis diocesis ac capella in dicta ecclesia, quas obtinet, se redd[di]dit indignum, supplicat igitur S. V. devotus orator vester Laurentius Stephani, perpetuus portionarius parrochialis ecclesie sancti Jacobi [in] Montemaiori Novo, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, alicui probo viro in partibus committere et mandare dignemini ut super premissis summarie, etc., se informet et, si invenerit premissa veritate fulciri, eumdem Stephanum portione ac capellania predictis auctoritate apostolica privet et sententialiter amoveat ab eisdem necnon, cum per amotionem seu privationem huiusmodi vacaverint, predicto Laurentio conferat et provideat de eisdem, sive premisso, aut alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona vacent, et generaliter vel specialiter reservate, devolute ac litigiose sint, auctoritate eadem sibi misericorditer provideat, quarum fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt. Non obstañ quod obtinet perpetuas portiones sine cura, unam in sancti Jacobi predicti et aliam in sancte Marie de Accugeis castri predicti, quam ultimam paratus est dimittere, dum, etc., quarum fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum [eadem extimatione valorem annuum] non excedunt. Et cum aliis non obst. et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur, in forma iuris, et inscribat se.* O.

Datum Florentie, quarto Kalendas Junii, anno tertio.

---

(1) No ms. *prophanandi*, com sinal de erro.

389

1420, Maio 29

João Pais, estudante de direito canónico no Estudo de Lisboa, sacerdote e reitor da igreja paroquial de S. Tiago de Antas da diocese de Braga, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede a pluralidade de benefícios.

Reg. Suppl. 143, fl. 219.

Supplicat S. V. humilis et devotus orator vester Johannes Pelagii, presbyter, in Studio Ulixboñ in iure canonico studens, rector parrochialis ecclesie sancti Jacobi de Hantiis Bracharensis diocesis, cum quo alias super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ut, eo non obstante, ad omnes ordines posset promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, obtinere posset, auctoritate apostolica dispensatum extitit, prout in litteris super hoc pro eodem Johanne confectis, cuius *(sic)* tenorem hic habere dignemini pro expresso, plenius continetur, post que eidem Johanni de dicta parrochiali ecclesia sancti Jacobi, tunc certo modo vacante, auctoritate ordinaria legitime provisum extitit, vigore quarum provisionis et dispensationis, ipse Johannes expost eamdem ecclesiam obtinuit, prout et adhuc obtinet, quatinus, dicto defectu natalium, quem patitur, non obstante, unum, duo, tria aut plura, etiam si alterum ipsorum curatum, aliud canonicatus et prebenda aut quodcumque aliud beneficium (1) in ecclesia cathedrali et tertium sine cura beneficia ecclesiastica, sibi canonice conferenda, existat, libere obtinere illaque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, dimittere et, loco dimissi vel dimissorum, alia beneficia ecclesiastica similia vel dissimilia, duo tamen invicem compatibilia, licite retinere possit et valeat, auctoritate apostolica dignemimi misericorditer cum eo dispensare de gratia speciali, dicto defectu necnon Pictavensis concilii ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis et regulis cancellarie ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat. O.*

Datum Florentie, quarto Kalendas Junii, anno tertio.

---

(1) No ms. sinal de erro.

390

1420, Maio 29

João Pais, reitor da igreja paroquial de S. Tiago de Antas da diocese de Braga, pede a perpétua porção da igreja de S. Miguel de Aveiro da diocese de Coimbra, vacante por morte de Afonso Anes.

Reg. Suppl. 144, fl. 259v-260.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. devotus vester Johannes Pellagii, rector parrochialis ecclesie sancti Jacobi de Anters *(sic)* Bracharensis diocesis, quatinus, sibi gratiam facientes specialem, de perpetua portione sine cura in ecclesia sancti Michaelis de Avero Colimbriensis diocesis, per obitum quondam Alfonsi Johannis, ultimi eiusdem portionis rectoris, apud sedem apostolicam et in Romana Curia defuncti, vacante, cuius fructus, viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione, distributionibus cotidianis simul computatis, [fl. 260] valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si alias specialiter vel generaliter dispositioni dicte sedis reservata fuerit, eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Non obstañ predicta parrochiali ecclesia, quam obtinet, cuius etiam fructus, etc., totidem librarum Turonensium parvorum simili extimatione valorem eumdem (1) non excedunt, ac defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, super quo dudum auctoritate apostolica extitit dispensatum, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Florentie, quarto Kalendas Junii, anno tertio.

(1) No ms. *eandem*, com sinal de erro.

391

1420, Maio 31

António Domingues, sacerdote da diocese de Braga, pede ao papa mande privar Vasco Martins, possessor da igreja paroquial de Santa Ovaia ou Santa Eulália de Oliveira da diocese de Braga, acusado de várias irregularidades, da dita igreja, a seu favor.

Reg. Suppl. 143, fl. 25v-26.

Beatissime Pater. Cum quidam Valascus Martini, possessor ecclesie parrochialis sancte Ovahe d'Oliveire Bracarensis (1) diocesis existens, tam propter inhabilitatem ipsius Valasci, qui de presbytero monacho et soluta genitus existit, ac etiam cum ex eo pluribus sententiis, tam pro re quam contumacia, auctoritate ordinaria irretitus, se divinis immiscuit, missas celebrando et pluribus personis ecclesiastica sacramenta ministrando, irregularitatis maculam incurrendo, quam etiam aliis suis per fidedignos illico probabilibus, ymmo notoriis et manifeste criminosis demeritis, populum notorie [fl. 26] scandalizantibus, eadem parrochiali ecclesia reddiderit se indignum, supplicat igitur S. V. humilis et devotus orator vester Antonius Dominici, presbyter eiusdem Bracarensis (1) diocesis, quatinus alicui probo viro in partibus committere et mandare dignemini ut summarie, simpliciter et de plano se informet et, si premissa reppererit veritate fulciri dictumque Valascum defectum natalium de monacho et soluta pati et ipso sic illegitimo dictam ecclesiam parrochialem absque dispensatione legitima detinere et possidere ac modo premisso fuisse et esse excommunicatum et se in divinis immiscuisse et in excommunicatione existentem celebrasse, iure quod in dicta parrochiali ecclesia habere pretendit privet et ipsum privatum declaret ipsamque ecclesiam, sive premisso, aut alias quovis modo et ex cuius-

cumque alterius persona, sive per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio apud sedem apostolicam iuxta Lateranensis statuta concilii legitime sit devoluta, seu si ipsa ecclesia dispositioni apostolice specialiter vel alias generaliter reservata, affecta aut inter aliquos in Romana Curia vel extra litigiosa existat, cuius litis statum hic habere dignemini pro expresso, cuiusque fructus, etc., importat. viginti et residendo supra locum, oneribus supportatis, triginta librarum Turonensium parvorum secundum extimationem valorem annuum non excedunt, eidem Antonio Dominici auctoritate apostolica et vestra conferat et assignet et de eadem provideat, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur in forma iuris.* O.

Datum Florentie, pridie Kalendas Junii, anno tertio.

---

(1) No ms. *Bracariensis*, com sinal de erro.

392

1420, Maio 31

Frei Rodrigo Lourenço de Varela, dominicano do convento de Coimbra, pede o indulto de se transferir para outra Ordem.

Reg. Suppl. 143, fl. 30-30v.

Supplicat S. V. devotus orator vester frater Rodericus Laurentii de Varela, presbyter expresse professus ordinis fratrum Predicatorum conventus Colimbriensis, quatinus sibi ad alium [fl. 30v] ordinem paris vel arctioris observantie regularis, de mendicantibus dumtaxat, se transferre valeat, cum in dicto ordine ex certis iustis et rationabilibus causis cum quiete animi sui et sana conscientia remanere nequeat, licentiam dignemini misericorditer impertiri, constitutionibus apostolicis et statutis seu consuetudinibus predicti ordinis, aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis, de gratia speciali. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Florentie, pridie Kalendas Junii, anno tertio.

393

1420, Junho 3

Vasco Martins, acólito da diocese de Braga, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede a pluralidade de benefícios.

Reg. Suppl. 145, fl. 42v-43.

Beatissime Pater, dudum cum devoto vestro Valasco Martini, acolito Bracharensis diocesis, ut non obstañ defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad omnes minores et beneficium ecclesiasticum sine cura ordinaria primo et deinde, postquam ad omnes huiusmodi ordines rite promotus fuerat, ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, obtinere posset apostolica extitit auctoritatibus dispensatum. Supplicat igitur S. V. dictus Valascus quatinus secum ut ad quatuor alia beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, etiam si parrochiales ecclesie vel archipresbyteratus rurales, etiam si canonicatus et prebende, personatus vel officia similiter cum cura vel sine cura et etiam electiva in metropolitana [seu] aliis cathedralibus vel collegiatis ecclesiis et in ecclesiis, in quibus genitor suus beneficiatus fuerit, existant, dummodo simul pater et filius in eadem [fl. 43] ecclesia beneficiati non sint, et etiam si genitor ipse beneficia huiusmodi seu eorum aliquod mediate obtinuerit, recipere et retinere illaque omnia simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens sibi expedierit, dimictere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia beneficia ecclesiastica uni tantum invicem compatibilia similiter recipere et retinere libere et licite valeat, predicto defectu ac Pictavensis concilii et quibuscumque aliis constitutionibus apostolicis ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, dignemini misericorditer dispensare. Non obstañ etiam gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Florentie, tertio Nonas Junii, anno tertio.

394

1420, Junho 12

D. João I, rei de Portugal, pede a pluralidade de benefícios, a favor do seu familiar e comensal Arias Gomes, clérigo da diocese de Évora.

Reg. Suppl. 143, fl. 226.

Beatissime Pater, supplicat S. V. humilis et devotus filius vester serenissimus princeps Johannes, Portugalie et Algarbii rex, quatinus sibi in personam dilecti familiaris sui continui commensalis Arie Gometii, clerici (1) Elborensis diocesis, cum quo alias ut, non obstante defectu natalium, quem patitur de soluto genitus et soluta, ad minores ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum sine cura obtinere valeret, auctoritate ordinaria extitit dispensatum, gratiam facientes specialem, quatinus cum dicto Aria, dicto defectu non obstante, quatuor alia beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, se invicem compatientia, etiam si canonicatus et prebende in metropolitañ cathedralibus seu collegiatis ecclesiis fuerint, si sibi alias canonice conferantur, recipere et retinere illaque simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens voluerit, dimittere et, loco dimissi vel dimissorum, aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficia ecclesiastica, quinque tantum invicem compatibilia, libere recipere et licite retinere et ad omnes sacros ordines

promoveri valeat, dignemini misericorditer dispensare, cum clausulis et non obstañ oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Florentie, pridie Idus Junii, anno tertio.

(1) No ms. *clerico.*

395

1420, Junho 12

Petição de João Anes, prior do mosteiro de S. Salvador de Grijó, da diocese do Porto, sobre a confirmação da sua eleição para prior do mosteiro.

Reg. Suppl. 143, fl. 226v.

Reformatio Johannis Johannis super prioratu conventuali monasterii sancti Salvatoris de Ecclesiola ordinis sancti Augustini canonicorum regularium Portugalensis diocesis (1).

Beatissime Pater, cum ab aliquibus dubitetur quod cancellarie apostolice presidentes super monasterio, de quo agitur in petitione per S. V. signata, cuius copia premittitur, et cuius fructus, etc., ducentorum florenorum auri communi extimatione valorem annuum non excedunt, absque alia eiusdem S. iussione expedire recusabunt, ne devotus vester Johannes supranominatus, qui in illius priorem, ut premittitur, electus extitit, ulterioribus propterea agitetur laboribus vel expensis, dignetur eadem S. litteras apostolicas super dicta petitione per huiusmodi presidentes expediri mandare, etiam cum expressione quod ipsius confirmatio electionis infra tempus debitum petita non extitit, et cum non obstañ et clausulis, in dicta petitione contentis, ac aliis oportunis. — *Fiat ut petitur de novo. O.*

Datum Florentie, pridie Idus Junii, anno tertio.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

396

1420, Junho 14

Frei Rodrigo Lourenço, dominicano, transitou à Ordem de S. Bento, pensando não lhe ser necessária alguma licença especial, e passou ao mosteiro de S. Pedro de Pedroso, só com a licença do seu superior, e já aí levava quatro anos de vida beneditina. Ao tomar conhecimento da necessidade da licença apostólica, pede a requerida dispensa para passar a uma Ordem mendicante.

Reg. Suppl. 143, fl. 234-234v.

Beatissime Pater. Exponit S. V. devotus orator vester frater Rodericus Laurentii, presbyter expresse professus ordinis fratrum Predicatorum, quod ipse, credens sibi hoc licere, de licentia sui superioris, tamquam simplex et iuris ignarus, ad ordinem sancti Benedicti et monasterium sancti Petri de Petroso Portugalensis diocesis se transtulit et ibidem professus fuit ac per spatium quatuor annorum et ultra in dicto monasterio et ordine laudabiliter vixit, nunc autem ad aures ipsius noviter est deductum quod predictam translationem absque licentia sedis apostolice minime facere potuit et quod propterea excommunicationis sententiam, apostasiam seu inhabilitatis maculam incurrit. Verum, Pater Sancte, cum ex constitutione apostolica in dictis monasterio et ordine sancti Benedicti remanere [non] (1) potest et ad ordinem fratrum Predicatorum in quo, ut prefertur, prius professus expresse extiterat, cum quiete animi sui se transferre et in eodem remanere cum quiete animi (2) sui et sana conscientia nequeat, supplicat igitur eidem S. V. prefatus exponens quatinus a sententia excommunicationis et apostasie, [fl. 234v] quam, premissorum occasione, incurrit, ipsum absolvi mandare et ad unum alium ordinem de mendicantibus dumtaxat se transferre valeat, licentiam misericorditer impertiri dignemini et super irregularitate seu inhabilitate, si quam ex eo quod premiss. sic existeñ divina officia celebrando et imiscendo (3) se eisdem contraxit, secum, quantum indigeat, dignemini misericorditer dispensare de gratia speciali. — *Fiat ut petitur et habilitamus.* O.

Datum Florentie, decimo octavo Kalendas Julii, anno tertio.

---

(1) No ms. sinal de erro, a indicar a omissão da palavra *non*.
(2) Sinal de erro, talvez por se repetirem as palavras *cum quiete animi*.
(3) No ms. *intermicendo*, com sinal de erro.

397

1420, Junho 14

Leonor Domingues, esposa, sucedeu ao marido Pedro Afonso, cidadão de Lisboa, no contrato de arrendamento com Brásio Martins, reitor da igreja paroquial de S. Tomé de Lisboa, sobre o casal de Pinhel e outras possessões do lugar de Vila Longa da diocese lisbonense, aprovado pelo Ordinário, contrato que ela e Gonçalo Caldeira pedem seja aprovado pelo papa.

Reg. Suppl. 143, fl. 237.

Beatissime Pater, quondam Blasius Martini, rector tunc parrochialis ecclesie sancti Thome Ulixboneñ, attendens commodum et utilitatem dicte ecclesie, quoddam casale de Pinhel nuncupatum et nonnullas alias possessiones in loco de Villa Longua Ulixbonensis diocesis consistentia ac ad dictam ecclesiam iusto titulo pertinentia quondam Petro Alfonsi, civi Ulixbonensi ac eius uxori Leonori Dominici cunctisque successoribus suis postea venientibus sub certa annua pensione seu certo annuo censu cum certis clausulis et conditionibus, imperpetuum concessit, prout in instrumento contractus desuper confecto, plenius continetur, que quidem concessio auctoritate ordinaria extitit confirmata, defunctoque dicto Petro, prefata Leonor (1), vigore dicti contractus, in eisdem bonis successit,

que etiam postea cum devoto vestro Gunsalvo Caldeyra matrimonium contraxit per verba legitima de presenti. Supplicant igitur S. V. Gunsalvus et Leonor coniuges prefati [quatinus] (2), concessionem huiusmodi ad maioris roboris firmitatem ratam habentes et gratam, [eam] (3) cum omnibus inde secutis [confirmare dignemini], supplentes omnes defectus, si qui intervenerint in eadem, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat in forma. O.*

Datum Florentie, decimo octavo Kalendas Julii, anno tertio.

---

(1) Ver n.º 421, correspondente, mas com variantes no que diz respeito aos suplicantes.
(2) No ms. sinal de erro, a indicar omissão de palavra.
(3) No ms. sinal de erro, a indicar omissão de palavra.

398

1420, Junho 17

Leonor Pereira, sub-prioressa do mosteiro de Arouca, diocese de Lamego, pede dispensa do impedimento de ilegitimidade para ascender aos ofícios e administrações da Ordem.

Reg. Suppl. 143, fl. 292.

Supplicat S. V. devota vestra Leonor Pereyra, monialis expresse professa ac subpriorissa monasterii sancti Salvatoris de Arauca Cisterciensis ordinis Lamacensis diocesis, quatinus cum ea super defectu natalium, quem patitur de nobili viro milite coniugato genita et soluta, ut, huiusmodi defectu non obstante, officia, administrationes seu dignitates ordinis et monasterii predictorum, etiam si electiva fuerint, libere recipere et licite retinere valeat, dignemini misericorditer dispensare de gratia speciali. Constitutionibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus synodalibus et provincialibus ac ordinis et monasterii predictorum et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Florentie, quintodecimo Kalendas Julii, anno tertio.

399

1420, Junho 17

Álvaro Gonçalves de Ataíde, cavaleiro e embaixador d'el rei de Portugal ao concílio de Constança, pede a faculdade de eleger um sacerdote que celebre missa e outros divinos ofícios na leprosaria instituída no lugar de Alfena da diocese do Porto.

Reg. Suppl. 144, fl. 11v-12.

Beatissime Pater, olim nonnulli christifideles de propria salute cogitantes cupientesque terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio commutare, in loco de Alfena Portugalensis diocesis, quamdam leprosariam instituerunt, in qua aliqui leprosi seu lepra percussi reciperentur, assignando dicte leprosarie nonnulla bona pro sustentatione ac recreatione eorumdem leprosorum et licet antiquis temporibus voluntas dictorum instituentium observaretur, tamen iam a multis temporibus propter malam gubernationem provisorum bonorum dicte leprosarie ac etiam guerras, sterilitates mortalitatumque pestes et alia inconvenientia que non in modicum partes illas afflixerunt, bona prefata quasi in totum devenerunt ad ruinam et adeo dilapidata existunt quod pia voluntas dictorum instituentium nullo modo adimpleri potest. Supplicat igitur S. V. humilis et devotus vester nobilis vir Alvarus Gunsalvi de Atayde, miles qui ad sacrum generale Constantiense concilium pro parte serenissimi principis et domini Johannis, regis Portugalie, destinatus extitit et qui piam voluntatem dictorum instituentium iuxta facultatem reddituum bonorum predictorum adimplere desiderat et huiusmodi onus [fl. 12] subire tenetur, quatinus sibi ut aliquem presbyterum secularem eligere possit et valeat, qui pro animabus instituentium predictorum in eadem leprosaria missam et alia divina officia celebrare valeat, licentiam concedere dignemini, cum clausulis et non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat sine preiudicio. O.*

Datum Florentie, decimo quinto Kalendas Julii, anno tertio.

400

1420, Junho 21

João Rodrigues, cónego do Porto, renuncia à igreja paroquial de Santa Maria de Olival, da diocese do Porto, e pede que seja dada a Rodrigo Anes, sacerdote da diocese de Tui.

Reg. Suppl. 144, fl. 97v.

Beatissime Pater. Cum humilis et devotus vester Johannes Roderici, canonicus Portugalensis, ex certis rationabilibus causis, animum suum moventibus, parrochialem ecclesiam beate Marie de Ulvar Portugalensis diocesis, quam obtinet, in manibus S. V. resignare seu renuntiare proponat, supplicat igitur S. V. prefatus Johannes quatinus resignationem seu renuntiationem, quam ex nunc de dicta ecclesia in manibus S. V. facit, admittere, et, ea admissa, devoto vestro Roderico Johannis, presbytero Tudensis diocesis, de eadem ecclesia, cuius fructus, etc., viginti quatuor librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, per huiusmodi resignationem seu renuntiationem vacante, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu [per] constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa existat, dignemini misericorditer providere, cum clausulis et non obstañ oportunis. — *Fiat ut petitur pro utroque. O.*

Datum Florentie, undecimo Kalendas Julii, anno tertio.

401

1420, Julho 3

Vasco Martins, sacerdote da diocese de Évora, capelão do Infante D. Pedro, duque de Coimbra, pede o canonicato e prebenda do Porto, vacantes pela renúncia de Vasco Rodrigues, chantre de Braga, que outrora os possuíra.

Reg. Suppl. 144, fl. 254-254v.

Supplicat S. V. devotus vester Valascus Martini, presbyter Elborensis diocesis, devoti filii eiusdem S. Petri, ducis Colimbrie, secundigeniti regis Portugalie capellanus, quatinus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Portugalensis, quos quondam devotus vester Valascus Roderici, cantor ecclesie Bracharensis (1), in eadem Portugalensi ecclesia obtinebat, qui tanto tempore vacaverunt et vacent ad presens quod eorum collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam est legitime devoluta, sive premisso, vel alio quovis modo, seu per renuntiationem prefati Valasci Roderici, in manibus cuiuscumque, ad id potestatem habentis vel non habentis, factam et per obitum cuiuscumque persone vacent, [fl. 254v] ac generaliter vel specialiter reservati et litigiosi existant, dignemini misericorditer providere, quorum fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt. Non obstañ defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, super quo secum ut ad minores et unum sine cura, ordinaria primo, et deinde, postquam ad minores fuit promotus, ut ad omnes sacros ordines promoveri et certa beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, se invicem compatientia, etiam si canonicatus et prebende in metropolitañ, cathedralibus seu collegiatis et aliquod eorum dignitas, personatus vel officium, cum cura vel sine cura, in eisdem metropolitañ seu cathedralibus aut collegiatis ecclesiis forent, et dignitas in metropolitana seu cathedrali maior post pontificalem aut in collegiata ecclesia principalis ac electiva existeret, si sibi alias canonice conferretur, vel assumeretur ad illam, recipere et retinere valeret, apostolica auctoritatibus extitit dispensatum vigoreque dicte ultime dispensationis parrochialem ecclesiam beate Marie de Barbacena dicte diocesis, tunc certo modo vacantem, canonice sibi collatam, fuit assecutus et ad omnes sacros ordines promotus, quam quidem parrochialem ecclesiam postea simpliciter dimisit, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 256]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus quatuor, pro secundo autem quod recipiat ordines in primis temporibus et habilitamus.

Datum Florentie, quinto Nonas Julii, anno tertio.

---

(1) Cf. n.º 417.

402

1420, Julho 4

Súplica de Diogo de Sande sobre a expedição das letras apostólicas, relativas à igreja paroquial de S. Tomé de Caldelas da diocese de Braga.

Reg. Suppl. 144, fl. 256.

Reformatio Didaci de Sande super parrochiali ecclesia sancti Thome de Caldellas Bracharensis diocesis (1).

Beatissime Pater, dignetur S. V. litteras apostolicas pro devoto vestro Didaco de Sande, clerico Bracharensis diocesis, super petitione, cuius copia superius describitur, conficiendas, in cancellaria eiusdem S. cum narratione qualiter cum eodem Didaco ut, non obstante defectu natalium [quem patitur] de presbytero et soluta, ad minores ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum sine cura obtinere valeret, auctoritate ordinaria extitit dispensatum, expediri mandare, cum ex inadvertentia fuit omissum poni per extensum in originali supplicatione.

... ...

[fl. 256v]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus tribus. O.

Datum Florentie, quarto Nonas Julii, anno tertio.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

403

1420, Julho 8

Álvaro Martins, deão de Braga e bacharel em direito civil, pede todos os direitos à igreja colegiada de S. Martinho de Cedofeita, sobre a qual litigaram na Cúria o arcebispo de Braga D. Fernando e João Rodrigues, mestre-escola de Lisboa, o qual resignara nas mãos do arcebispo a seus direitos.

Reg. Suppl. 144, fl. 235v.

Beatissime Pater, olim devoto vestro Alvaro Martini, decano ecclesie Bracharensis, bachalario in iure civili, secularem et collegiatam ecclesiam sancti Martini de Cedofeita Portugalensis diocesis, tunc certo modo vacantem, auctoritate apostolica extitit assecutus, super qua in vestro palatio apostolico, lite inter reverendum patrem et dominum Fernan-

dum, archiepiscopum Bracharensem (1) et quemdam Johannem Roderici, scolasticum ecclesie Ulixbonensis indecisa pendente, prefatus Johannes liti et cause ac omni iuri sibi in dicta ecclesia de Cedofeita quomodolibet competenti in manibus eiusdem domini archiepiscopi simpliciter resignavit, licet de facto. Supplicat igitur S. V. dictus Alvarus quatinus huiusmodi resignationem seu renuntiationem ratam habentes et gratam, necnon auditori cause committere ut prefatum Alvarum in iure et ad omne ius prefato Johanni in dicta ecclesia de Cedofeita quomodolibet competente seu [quod] competere poterat, surroget ac ad prosecutionem huiusmodi cause in illo statu, in quo pendet, admittat, cuius quidem ecclesie fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt. Non obstañ etiam quod idem Alvarus decanatum dicte ecclesie Bracharensis, qui dignitas curata electiva ac maior post pontificalem existit, ac canonicatum et prebendam in eadem Bracharensi ecclesia obtinet, et nuper S. V. sibi de parrochiali ecclesia beate Marie de Tresmiras Bracharensis diocesis necnon de perpetua portione sine cura in parrochiali ecclesia beate Marie de Faarom Silvensis diocesis, quorum omnium fructus, etc., ccc. librarum dicte monete secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, concessit provideri, ac dispensatione ad incompatibilia, in cancellaria exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 236v]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus quatuor. O.

Datum Florentie, octavo Idus Julii, anno tertio.

(1) Cf. nota 1 do n.º 35.

404

1420, Julho 8

Martinho Esteves, cónego do Porto, pede a igreja paroquial de Santo André de Vila Boa de Quires, da diocese portuense, cuja colação pertencia à Santa Sé.

Reg. Suppl. 145, fl. 64-64v.

Beatissime Pater, supplicat S. V. devotus vester Martinus Stephani, canonicus Portugalensis, quatinus sibi de parochiali ecclesia sancti Andree de Villabona de Queriz eiusdem Portugalensis diocesis, que tanto tempore vacavit quod eius collatio ad sedem apostolicam est legitime devoluta, [fl. 64v] que de iure extat patronatus laicorum, vel per renuntiationem de ea simpliciter ad hoc potestatem habentis in manibus factam, seu si generaliter vel specialiter devoluta, reservata et litigiosa extiterit, vel alio quovis modo et causa vacet, non obstant. quod iniuste per quemdam Petrum Gonsalvi (1), ex confirmatione sibi de ea facta (2), ad id potestatem non habentis, occupatur, cuius fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, dignemini misericorditer providere, non obstant. dictis (3) canonicatu et pre-

benda, quos in dicta ecclesia Portugalensi obtinet, quorum fructus, etc., septuaginta librarum eiusdem monete et simili extimatione valorem annuum non excedunt et cum aliis non obstant. et clausulis opportunis. — *Fiat ut petitur pro omnibus quinque. O.*

Datum Florentie, octavo Idus Julii, anno tertio.

---

(1) No ms. *Gli*, com sinal de erro.
(2) No ms. *facte*, com sinal de erro.
(3) No ms. *dicto*, com sinal de erro.

405

1420, Julho 10

Vasco Martins, reitor da igreja paroquial de Miranda, da diocese de Coimbra, trocou o canonicato e prebenda de Lamego com Diogo Martins, clérigo da diocese de Braga, pela perpétua capela de S. Brás, situada na igreja de Lamego, pelo que o dito Diogo Martins pede os mencionados canonicato e prebenda.

Reg. Suppl. 144, fl. 238v.

Sanctissime Pater, olim vacantibus canonicatu et prebenda ecclesie Lamecensis, in quibus devotus vester Valascus Martini, rector parrochialis ecclesie de Miranda Colimbriensis diocesis, pretendebat ius habere, causa permutationis cum devoto vestro Didaco Martini, clerico Bracharensis diocesis, pro quadam perpetua capella sancti Brasii, in dicta Lamecensi ecclesia sita, in manibus Ordinarii facte, prefatus Didacus dictos canonicatum et prebendam, vigore permutationis huiusmodi, extitit assecutus, timetque assecutionem huiusmodi viribus non subsistere. Supplicat igitur S. V. prefatus Didacus quatinus sibi de dictis canonicatu et prebenda, quorum fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona vacent, ac generaliter vel specialiter reservati, devoluti et litigiosi existant, dignemini misericorditer providere. Cum non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 240]

... ...

Fiat ut [fl. 240v] *petitur pro omnibus quatuor. O.*

Datum Florentie, sexto Idus Julii, anno tertio.

406-407

1420, Julho 10

João Esteves, reitor da igreja paroquial de Santo André de Canidelo, da diocese do Porto, pede ao papa admita a sua renúncia a esta igreja e a conceda a João Peres, clérigo do Porto. João

Fernandes, reitor da igreja paroquial de S. Félix de Belinho, da diocese de Braga, pede a igreja paroquial de Santa Cruz da diocese do Porto.

Reg. Suppl. 145, fl. 105v-106.

Beatissime Pater, cum humilis et devotus vester Johannes Stephani, rector parochialis ecclesie sancti Andree de Canidello Portugalensis diocesis, certis de causis animum suum moventibus dictam ecclesiam, quam obtinet, resignare seu renuntiare proponat, supplicat igitur S. V. prefatus Johannes quatinus resignationem seu renuntiationem, quam ex nunc de dicta ecclesia [fl. 106] in manibus S. V. per procuratorem suum ad hoc legitime constitutum facit, admittere et, ea admissa, devoto vestro Johanni Petri Pexeca, clerico Portugalensi, de eadem ecclesia, cuius fructus, etc., viginti duarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet et generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa existat, dignemini misericorditer providere, cum clausulis et non obstant. opportunis. — *Fiat.*

407. Beatissime Pater, supplicat S. V. devotus vester Johannes Fernandi, rector parochialis ecclesie sancti Felicis de Belinho Bracharensis diocesis, quatinus sibi de parochiali ecclesia sancte Crucis Portugalensis diocesis, cuius fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante ex eo quod Rodericus Gundissalvi, archidiaconus ecclesie Portugalensis dictam parrochialem ecclesiam sancte Crucis una cum archidiaconatu ipsius Portugalensis ecclesie, qui dignitas in eadem existit, insimul nulla canonica dispensatione obtenta, per nonnullos annos obtinuit, prout obtinet de presenti, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet ac generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa existat, dignemini misericorditer providere. Non obstant. quod idem Johannes dictam ecclesiam sancti Felicis, cuius fructus, etc., triginta librarum dicte monete secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, obtinet, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda et cum aliis non obstant. et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro omnibus tribus et de utroque pro primo. O.*

Datum Florentie, sexto Idus Julii, anno tertio.

408-409

1420, Julho 12

Estêvão Anes, sacerdote da diocese de Braga, pede a confirmação da capelania da igreja de S. Martinho de Manhente, antigamente mosteiro beneditino, vacante essa capelania por morte de Antão Fernandes que exerceu a cura de almas por algum tempo até que D. Fernando, arcebispo de Braga, confirmou a provisão da igreja e cura de almas feita a Gonçalo Martins, disposições estas a confirmar também pelo papa. Gonçalo Anes, reitor da igreja paroquial de S. Salvador de Tamel, da diocese de Braga, pede os direitos do sobredito Estêvão Anes, à igreja paroquial de S. Miguel de Arcozelo da dita diocese.

Reg. Suppl. 145, fl. 114v-115.

Sanctissime Pater, cum in sancti Martini de Manhente, tunc monasterio ordinis sancti Benedicti, nunc in parrochialem ecclesiam Bracharensis diocesis, auctoritate apostolica reducto foret et esset perpetuus cappellanus, presbyter secularis, qui curam animarum parrochianorum in eodem monasterio gereret et de eadem parrochiali ecclesia sit, ut prefertur, de monasterio in ecclesiam reducta, devoto vestro Gunsalvo Martini eadem auctoritate cum cura animarum parrochianorum eiusdem et administratione sacramentorum esset provisum et devoto vestro Stephano Johannis, presbytero dicte diocesis de cappellania in eadem ecclesia, tunc per obitum quondam Antonii Fernandi, extra Romanam Curiam defuncti vacante, auctoritate ordinaria fuerit provisum, qui per nonnulla tempora curam animarum parrochianorum eiusdem parrochialis ecclesie exercuit in eadem, donec reverendus pater et dominus Fernandus, modernus archiepiscopus Bracharensis ([1]), attendens quod prefatus Gunsalvus rector curam animarum parrochianorum ipsius parrochialis ecclesie exercere teneretur, immo ad ista ratione confirmationis rector ipsius parrochialis ecclesie esset obligatus, decrevit ex tunc prefatum Gunsalvum rectorem parrochianorum curam exercere necnon quod diebus dominicis ac festivis, prefatus vero Stephanus per septimanas, missas celebrare et horas recitare in eadem teneretur. Supplicat igitur S. V. devotus Stephanus quatinus omnia et singula ut prefertur per dictum dominum Fernandum archiepiscopum [fl. 115] facta rata habentes et grata et insuper de eadem cappellania, cuius fructus, etc., duodecim librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet et generaliter vel specialiter reservata, devoluta existat, dignemini misericorditer providere. Non obstant. quod prefatus Stephanus super parrochiali ecclesia sancti Mametis de Arcuzello dicte diocesis, cuius fructus etc., duodecim librarum Turonensium similium secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, litigat, cuius possessionem non habet ac gratia expectativa in cancellaria exprimenda et cum aliis non obstant. et clausulis oportunis.

409. Sanctissime Pater, cum ius quod devotus vester Stephanus Johannis, presbyter Bracharensis diocesis, in parrochiali ecclesia sancti Mametis de Arcuzello dicte diocesis obtinet vacare speretur per assecutionem alterius curati beneficii per prefatum Stephanum assequendum, supplicat igitur S. V. devotus vester Gunsalvus Johannis,rector parochialis ecclesie sancti Salvatoris de Tamel dicte diocesis, quatinus ipsum in iure et ad omne ius quod prefato Stephano in eadem ecclesia sancti Mametis competit seu quomodliobet competere poterit et ad eius possessionem, si illam interim assequatur, surrogare sibique de eadem, cuius fructus, etc., duodecim librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, cum per huiusmodi assecutionem vacabit, preterquam per dicti Stephani obitum sive alio quovis modo vacet et generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa existat, providere dignemini. Non obstant. quod dictus Gunsalvus prefatam ecclesiam sancti Salvatoris obtinet, quam paratus est dimittere, dum, etc., et cum aliis non obstant. et clausulis oportunis.

Fiat ut petitur pro omnibus tribus. O.

Datum Florentie, quarto Idus Julii, anno tertio.

([1]) Cf. nota 1 do n.º 35.

410

1420, Julho 17

Frei Diogo Domingues, cónego de Santo Antão da Ordem de Santo Agostinho de Vienne, tendo recebido afrontas do ministro da casa de Santarém da Ordem da Santíssima Trindade, onde professara, e do provincial Frei Gomes, com licença de Frei Fernando, vigário do provincial, passou ao mosteiro de Santo Antão de Lisboa, da Ordem de Santo Agostinho, pedindo agora ao papa dispensa para aí permanecer.

Reg. Suppl. 145, fl. 203-203v.

Beatissime Pater, exponitur S. V. pro parte oratoris vestri fratris Didaci Dominici, canonici monasterii sancti Antonii ordinis sancti Augustini Viennensis diocesis, quod olim, cum ipse in monasterio sive domo sancte Trinitatis castri Sanctaranensis ordinis sancte Trinitatis sub regula sancti Augustini Ulixbonensis diocesis non mendicantium, licet pro redemptione captivorum elemosinas querat, professionem inibi per fratres emitti consuetam emisisset regularem et inibi aliquandiu sub regulari habitu honeste conversatus fuisset ac tandem fratres Dominicus minister domus et Gometius provincialis ordinis sancte Trinitatis predictorum odium seu rancorem contra eum concepissent ipsumque exponentem qui cappellanus sedis apostolice erat, prout est, certis bonis suis spoliassent seu illa sibi abstulissent et nichilominus eum donec etiam ab ipso certam pecunie quantitatem extorsissent, carceribus secularis potestatis mancipassent et propterea dictus exponens in domo et ordine sancte Trinitatis predictis cum animi sui quiete et sana conscientia remanere nequiret, idem exponens, petita et obtenta ad hoc licentia a fratre Fernando, vicario dicti provincialis de domo et ordine sancte Trinitatis predicte transiens ac domum sancti Anthonii extra muros Ulixboneñ dicti ordinis sancti Augustini ingrediens, professionem per canonicos dicti monasterii sancti Antonii, qui etiam ordo sancti Antonii elemosinas [fl. 203v] querit pro se et suis hospitibus, emitti consuetam in manibus preceptoris eiusdem domus sancti Antonii emisit regularem ac inibi ex tunc fore per biennium sub dicto ordine sancti Augustini et illius habitu honeste et laudabiliter extitit conversatus, dubitat tamen prefatus exponens eumdem preceptorem ad recipiendam ab eo professionem huiusmodi potestatem non habuisse, sed illam in manibus abbatis dicti monasterii sancti Antonii fieri debuisse; ut igitur ipse exponens anime sue saluti salubrius consulere valeat nec ubi forsan alias culpa non est eum condempnet conscientia scrupulosa, supplicat S. V. prefatus exponens quatinus professionis emissionem per eum in manibus dicti preceptoris, ut prefertur, factam, ratam habentes et gratam ac supplentes defectus, si qui forsan in ea et licentia huiusmodi ac aliis premissis intervenerint, decernentes ipsam deinceps in omnibus et per omnia valere ac si in manibus dicti abbatis facta et per eum recepta et admissa fuisset et etiam si ipsiusmet provincialis licentia, si forsan expedit, ad hoc specialiter et expresse accessisset, concedentes nichilominus eidem Didaco (1) exponenti ut in dicto ordine sancti Augustini perpetuo remanere et quecumque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura per dictos canonicos et fratres regi et gubernari consueta, etiam si preceptorie, domus, dignitates vel quecumque alie administrationes vel officia, etiam curata et electiva, fuerint, si alias sibi canonice conferantur, recipere et quoad vixerit retinere libere et licite valeat et insuper inquantum expedit omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam per ipsum, premissorum occasione contractam, penitus abolere

et ab excommunicatione et quibusvis aliis sententiis et penis, si quas propter premissa incurrerit, absolvere ac secum super irregularitate, si quam, huiusmodi sententiis ligatus missas et alia officia celebrando divina seu illis, non tamen in contemptum clavium, se immiscendo quomodolibet incurrerit, misericorditer dispensare, constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutis quoque et consuetudinibus monasterii, domuum et ordinum predictorum et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat de novo et absolvatur. O.*

Datum Florentie, sextodecimo Kalendas Augusti, anno tertio.

(1) No ms. *Dico*, com sinal de erro.

411-412

1420, Julho 19

O arcebispo de Braga D. Fernando pede licença de fazer testamento e de poder reconciliar por outrem os lugares sagrados da diocese violados.

Reg. Suppl. 145, fl. 179-179v.

Beatissime Pater, supplicat S. V. devota creatura vestra Fernandus, archiepiscopus Bracharensis (1), quatinus sibi et de bonis quibuscumque ad eum pertinentibus, cuiuscumque quantitatis seu valoris extiterint, etiam si illa ex proventibus ecclesiasticis ac sue ecclesie Bracharensis vel quibuscumque aliis ecclesiis provenerunt et provenient in futurum, testandi, ordinandi et disponendi licentiam concedere dignemini, cum clausulis opportunis. — *Fiat in forma. O.*

412. [fl. 179v] Item, Beatissime Pater, cum sepe contingat ecclesias et cimiteria aliaque loca ecclesiastica civitatis et diocesis Brachareñ per effusionem sanguinis vel seminis aut alias violari, que dictus dominus archiepiscopus commode per se reconciliare non potest, supplicat igitur S. V. idem dominus archiepiscopus quatinus sibi ut huiusmodi ecclesias, cimiteria et loca per aliquem sacerdotem ydoneum quem ad hoc duxerit eligendum, quotiens oportunum fuerit, reconciliare valeat, licentiam concedere, cum non obstant. et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Florentie, decimo quarto Kalendas Augusti, anno tertio.

(1) Cf. nota 1 do n.º 35.

413

1420, Julho 26

Gonçalo Anes e Leonor Gonçalves, cônjuges da diocese do Porto, pedem dispensa de impedimento que ignoravam, quando casaram, e de poderem continuar no matrimónio.

Reg. Suppl. 145, fl. 240v.

Beatissime Pater, dudum devoti vestri Gundissalvus Johannis et Leonor Gundissalvi, coniuges Portugalensis diocesis, ignorantes aliquod impedimentum inter eos existere quominus possent invicem matrimonialiter copulari, matrimonium inter se per verba legitime de presenti publice iuxta morem patrie contraxerunt illudque carnali copula consumarunt et per plures annos insimul cohabitantes, prolem procrearunt. Verum, Pater Sancte, coniuges predicti in matrimonio predicto, sine sedis apostolice speciali licentia, remanere non possunt ex eo quod quedam Catherina Johannis, quondam coniux predicti Gundissalvi Johannis, quemdam filium prefate Leonoris de sacro fonte levavit, non rogata nec vocata a patre nec a matre predicti pueri, sed sua propria mera voluntate interfuit; propter quod inter eosdem coniuges cognatio (1) spiritualis est contracta, verum (2) si divortium fieret inter eos, possent exinde plura scandala verisimiliter suboriri. Supplicatur igitur S. V. pro parte predictorum coniugum quatinus ipsos a sententia excommunicationis in (3) quam propter premissa incurrerunt et reatu incestuali ac excessibus huiusmodi absolvere et in matrimonio licite remanere valeant, dignemini misericorditer dispensare, cum non obstant., clausulis opportunis, prolemque exinde susceptam et suscipiendam legitimam decernendo. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Florentie, septimo Kalendas Augusti, anno tertio.

---

(1) No ms. *cognitio*, com sinal de erro.
(2) No ms. *Vuerum*, com sinal de erro.
(3) Sinal de erro por cima da palavra *in*.

414

1420, Julho 26

O Infante D. Pedro, duque de Coimbra, pede ao papa a pluralidade de benefícios para o seu capelão Vasco Martins, sacerdote da diocese de Évora, bacharel em direito canónico, já dispensado do impedimento de ilegitimidade.

Reg. Suppl. 145, fl. 260-260v.

Beatissime Pater, dudum cum devoto vestro Valasco Martini, presbytero Elborensis diocesis, bacallario in iure canonico, ut, non obstante defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad minores et unum sine cura ordinaria primo, et deinde postquam ad dictos minores fuit promotus, ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri et tria beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, se invicem compatientia, etiam si canonicatus et prebende in metropolitana, cathedralibus aut collegiatis et aliquod eorum dignitas, personatus vel officium cum cura vel sine cura in eisdem metropolitana, cathedralibus aut collegiatis ecclesiis forent, necnon dignitas huiusmodi in metropolitana seu cathedrali maior post pontificalem aut in collegiata ecclesia principalis et electiva existeret, si sibi alias canonice conferretur vel assumeretur ad illa, libere recipere et licite retinere valeret, apostolica auctoritatibus extitit dispensatum vigoreque dicte dispensationis parrochialem ecclesiam beate Marie de Barbacena dicte diocesis, tunc certo modo

vacantem, extitit assecutus et ad omnes sacros ordines promotus, quam quidem ecclesiam beate Marie postea dimisit. Supplicat igitur [fl. 260v] S. V. humilis et devotus filius eiusdem S. Petrus, dux Colimbrie, serenissimi principis domini Johannis regis Portugalie natus, quatinus sibi in personam dicti Valasci, cappellani sui, uberiorem gratiam facientes dictusque Valascus ut, eo non obstante defectu, quatuor alia beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, se invicem compatientia, etiam si canonicatus et prebende in metropolitana, cathedralibus seu collegiatis ecclesiis fuerint, ultra illa que vigore dispensationum superius enarratarum obtinere potest, si sibi alias canonice conferantur, recipere et retinere istaque et alia simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens voluerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficia ecclesiastica, octo dumtaxat invicem compatibilia, libere recipere et licite retinere valeat, secum dignemini misericorditer dispensare. Non obstant. gratia expectativa in cancellaria exprimenda et cum aliis non obstant. et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Florentie, septimo Kalendas Augusti, anno tertio.

415-416

1420, Julho 26

Rafael Palestrelo, reitor da igreja paroquial de Santa Marinha de Lisboa, bacharel em ambos os direitos, pede a meia canonia lisbonense, vacante por morte de Gonçalo Lourenço. João Álvares, sacerdote da diocese de Lisboa, pede a perpétua porção da igreja de Santa Maria de Torres Vedras, vacante por morte de João Afonso Salvado.

Reg. Suppl. 145, fl. 273-273v.

Beatissime Pater, supplicat S. V. humilis et devotus vester Raphael Palastrelus, rector parrochialis ecclesie sancte Marine Ulixboñ, bacalarius utriusque iuris, quatinus sibi de perpetuo beneficio sine cura, media canonia nuncupato in ecclesia Ulixbonensi, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante per obitum quondam Gunsalvi Laurentii, extra Romanam Curiam defuncti, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservatum, devolutum, et litigiosum existat, dignemini misericorditer providere. Non obstant. quod quidam Gunsalvus Johannis eum detineat indebite occupatum et non obstant. quod idem Raphael dictam parrochialem ecclesiam et quoddam perpetuum beneficium sine cura in parrochiali ecclesia sancti Michaelis de Turribus Veteribus Ulixbonensis diocesis, quorum fructus, etc., centum librarum dicte monete secundum eamdem extimationem obtinet, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda et cum aliis non obstant. et clausulis oportunis.

416. Supplicat S. V. devotus vester Johannes Alvari, presbyter Ulixboñ [fl. 273v] diocesis, quatinus sibi gratiam facientes specialem, [de perpetua] portione in ecclesia beate Marie loci de Turribus Veteribus dicte diocesis, cuius fructus, etc., viginti quinque flore-

norum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante per obitum Johannis Alfonsi Salvato, extra Romanam Curiam defuncti, sive premisso sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata vel devoluta aut litigiosa sit, eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Non obstan. quadam perpetua portione in parrochiali ecclesia sancti Petri dicti loci, cuius fructus, etc., viginti quinque florenorum similium dicta extimatione valorem annuum non excedunt, quam obtinet, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda, cum aliis non obstant. et clausulis opportunis.

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus quatuor. O.

Datum Florentie, septimo Kalendas Augusti, anno tertio.

417

1420, Agosto 21

Vasco Martins pede a expedição das letras apostólicas sobre o canonicato e prebenda do Porto, que vagavam por renúncia de Vasco Rodrigues e não por morte.

Reg. Suppl. 146, fl. 99v-100.

Reformatio Valasci Martini super canonicatu et prebenda ecclesie Portugalensis (1).

Beatissime Pater, cum canonicatus et prebenda ecclesie Portugalensis, de quibus in supplicatione, cuius copia suprascribitur, non per obitum dicti Valasci Roderici, sed per renuntiationem ipsius vacent, et tanto tempore vacaverint quod eorum collatio iuxta Lateranensis statuta concilii est ad sedem apostolicam legitime devoluta, supplicat igitur S. V. prefatus Valascus Martini quatinus litteras [fl. 100] super dicta supplicatione conficiendas sub prima data expediri mandare dignemini, tamquam de vacantibus per renuntiationem dicti Valasci Roderici, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro omnibus quatuor. O. et de utroque pro tertio. O.*

Datum Florentie, duodecimo Kalendas Septembris, anno tertio (2).

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

(2) Cf. n.º 401.

418

1420, Agosto 28

Martinho Palo, clérigo da diocese do Porto, tendo possuído a igreja paroquial de Santa Marinha de Avanca, da diocese do Porto, sem receber Ordens sacras, como devia, pede para ser habilitado a reter essa igreja e alcançar outros benefícios.

Reg. Suppl. 146, fl. 47v-48.

Beatissime Pater, vacante olim parrochiali ecclesia beate Marine de Avanca Portugalensis diocesis, per obitum quondam Martini Johannis, extra Romanam Curiam defuncti, devotus vester Martinus Pallo, clericus Portugalensis diocesis, dictam ecclesiam, sic ut premittitur vacantem, auctoritate ordinaria extitit assecutus, quam ex tunc tenuit et possedit, prout tenet et possidet de presenti, sed prefatus Martinus Paullo *(sic)*, legitimo impedimento cessante nullaque canonica dispensatione obtenta, memoratam ecclesiam per annum et ultra pacifice possidens, se non fecit ad aliquem sacrum ordinem promoveri, fructus percipiens ex eadem, ad summam quindecim florenorum auri de camera, dicte ecclesie oneribus supportatis. Quare supplicat S. V. prefatus Martinus Paullo *(sic)*, qui adhuc in minoribus ordinibus constitutus existit, quatinus ipsum ad huiusmodi ecclesiam et quecumque alia ecclesiastica beneficia habilitare sibique de dicta ecclesia, cuius fructus, etc., viginti quatuor librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per huiusmodi non promotionem ad sacros [ordines] (1), seu obitum prefati Martini Johannis, aut alio quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona seu [per] constitutionem *Execrabilis* vacet, ac generaliter vel specialiter reservata, devoluta et litigiosa existat, dignemini misericorditer providere, cum non obstañ et clausulis oportunis. —*Fiat ut petitur*, [fl. 48] *si fecerit se promoveri in primis temporibus et habilitamus. O.*

Datum Florentie, quinto Kalendas Septembris, anno tertio.

---

(1) No ms. sinal de erro, a indicar a omissão da palavra *ordines*.

419-420

1420, Agosto 28

Pedro de Góios, escolar da diocese de Braga, pede a graça de ascender às preceptorias, ofícios e administrações da Ordem de S. João do Hospital, depois de ingressar nela. Pede a mesma graça Fernando de Góios, escolar da diocese de Viseu.

Reg. Suppl. 146, fl. 149v.

Beatissime Pater. Cum humilis et devotus vester Petrus de Goyos, scolaris Bracharensis diocesis, ad regularis observantie iugum zelo directus ingenti, sub regulari habitu ordinis sancti Johannis Jherosolimitani virtutum Domino desideret perpetuo famulari, supplicat igitur S. V. prefatus Petrus quatinus secum ut post[quam] ordinem ipsum sancti Johannis ingressus fuerit et professionem regularem per fratres milites dicti ordinis emitti consuetam emiserit, quecumque officia, preceptorias, prioratus et administrationes dicti ordinis, per eosdem fratres gubernari consueta, non obstante defectu natalium, quem patitur de milite professo memorati ordinis genitus et soluta, si sibi alias canonice conferantur, libere recipere et licite retinere valeat, dignemini misericorditer dispensare, cum non obstañ et clausulis opportunis.

420. Item similem gratiam facientes, devoto vestro Fernando de Goyos, scolari Visensis diocesis, de fratre milite professo dicti ordinis sancti Johannis Jherosolimitani in omnibus et per omnia, ut supra in prima supplicatione.

... ...

[fl. 150].

... ...

Fiat pro omnibus tribus. O.

Datum Florentie, quinto Kalendas Septembris, anno tertio.

421

1420, Outubro 8

Gonçalo Caldeira e Branca, filha de Leonor Domingues e de Pedro Afonso, cidadão de Lisboa, com os quais Brás Martins, reitor da igreja paroquial de S. Tomé da mesma cidade fez um contrato de arrendamento do casal de Pinhel e outras possessões do lugar de Vila Longa, da diocese de Lisboa, pedem confirmação do dito contrato.

Reg. Suppl. 147, fl. 201-201v.

Beatissime Pater, quondam Blasius Martini, rector tunc parrochialis ecclesie sancti Thome Ulixbonensis, actendens commodum et utilitatem dicte ecclesie, quoddam casale de Pinhel nuncupatum et nonnullas alias possessiones in loco de Villalonga Ulixbonensis diocesis consistentia et ad dictam ecclesiam iusto titulo pertinentia quondam Petro Alfonsi, civi Ulixbonensi, ac eius uxori Leonori Dominici ceterisque successoribus suis sub certa annua pensione seu certo annuo censu cum certis clausulis et conditionibus in perpetuum concessit, prout in instrumento contractus desuper confecto, plenius continetur, que quidem concessio auctoritate ordinaria extitit confirmata; post vero dicti Petrus et Leonor Blanche (1) utriusque nate casale et possessiones predictas vigore predicti contractus concesserunt, que dicta Blancha cum devoto vestro Gunsalvo Caldeyra matrimonium contraxit per verba legitima de presenti. Supplicant igitur S. V. Gunsalvus et Blancha coniuges prefati [quatinus] concessionem huiusmodi ad maioris roboris firmitatem confirmetis, etiam rat. habentes [fl. 201v] et grat. cum omnibus inde secutis, supplentes omnes defectus, si qui intervenerint in eadem, cum non obstan. et clausulis oportunis. — *Fiat in forma iuris et committatur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, octavo Idus Octobris, anno tertio (2).

(1) No ms. *Blanchs*, com sinal de erro.

(2) Cf. n.º 397, nota 1.

422

1420, Outubro 11

João Rodrigues, escolar da diocese de Tui, dispensado do impedimento de ilegitimidade,

o qual estudou direito canónico durante dois anos, pede benefícios eclesiásticos, além da igreja paroquial de Santa Eulália de Refojos da diocese de Tui.

Reg. Suppl. 147, fl. 3v.

Beatissime Pater, alias cum devoto vestro filio Johanne Roderici, scolare Tudensis diocesis, de canonico regulari ordinis sancti Augustini et presbytero genitus et soluta, ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri ac beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura obtinere posset auctoritate apostolica fuit dispensatum, vigore cuius dispensationis ad omnes ordines etiam presbyteratus se fecit promoveri, et parrochialem ecclesiam sancte Eolalie de Refoyos dicte Tudensis diocesis, cuius fructus, etc., duodecim coronarum auri secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, extitit assecutus. Supplicat igitur S. V. dictus Johannes Roderici, qui per biennium in iure canonico studuit, quatinus sibi uberiorem gratiam facientes, secum ut, non obstante dicto deffectu, quodcumque seu quecumque beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebenda, dignitas, personatus vel officium in cathedrali metropolitana et collegiata ecclesiis seu monasterium collegiatum fuerit, ad que quis per electionem consuevit assumi, obtinere ipsaque semel vel pluries invicem permutare et dimittere possit, et loco dimissi aut dimissorum aliud seu alia assequi et retinere possit et valeat misericorditer dispensare, cum ceteris non obstañ et clausulis opportunis, ut in forma. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quinto Idus Octobris, anno tertio.

423

1420, Outubro 14

João Anes, cónego regrante de Santa Cruz de Coimbra, pede uma perpétua porção na igreja paroquial de Santa Maria de Leiria da diocese de Coimbra.

Reg. Suppl. 147, fl. 29-29v.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Johannes Johannis, presbyter canonicus monasterii sancte Crucis ordinis sancti Augustini extra muros Colimbriensis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de quadam perpetua portione in parrochiali ecclesia beate Marie de Leyrea Colimbriensis diocesis, etiam si in eadem beate Marie seu in quacumque alia dicti loci ecclesia consistat portio predicta, vacans ad presens per contractum matrimonii cuiusdam Roderici Stephani, sive premisso sive alio quovis modo et per quamcumque aliam personam [fl. 29v] vacet aut per ipsius Roderici simplicem resignationem etiam coram notario et testibus in Romana Curia vel extra eamdem factam vel fiendam, seu si tanto tempore vacaverit, quod eius collatio ad sedem apostolicam iuxta Lateranensis statuta concilii legitime devoluta vel alias generaliter vel specialiter reservata sive litigiosa existat, cuius fructus, etc., viginti quinque librarum Turonensium parvorum secundum

communem extimationem valorem annuum non excedunt, eidem Johanni dignemini misericorditer providere, quadam gratia expectativa in cancellaria declaranda seu quod huiusmodi portio per clericos seculares sit solita obtineri non obstan. et cum ceteris non obstan. et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro omnibus quatuor.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, pridie Idus Octobris, anno tertio.

424-427

1420, Outubro 16

Lourenço Anes, reitor da igreja paroquial de S. Tiago de Óbidos, da diocese de Lisboa, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede a pluralidade de benefícios. Pedro Afonso, clérigo da diocese de Lisboa, também dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede idêntica graça. Álvaro da Guarda, monge de Alcobaça e esmoler de D. João I, rei de Portugal, pede dispensa para ascender às dignidades abaciais da Ordem, e a remissão dos seus pecados uma vez na vida e em artigo de morte.

Reg. Suppl. 147, fl. 71v-72v.

Beatissime Pater, supplicat S. V. devotus vester Laurentius Johannis, rector parochialis ecclesie sancti Jacobi de Obidis Ulixbonensis diocesis, cum quo alias super defectu natalium quem patitur de presbytero [fl. 72] genitus et soluta ad minores et beneficium ecclesiasticum sine cura ordinaria primo, et deinde ut ad omnes, etiam sacros, ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, obtinere valeret, apostolica fuit auctoritatibus dispensatum, vigore cuius quidem dispensationis dictam parrochialem ecclesiam extitit assecutus et omnes sacros ordines promotus, quatinus secum ut quatuor alia beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura se invicem compatientia, etiam si canonicatus et prebende in metropolitana aut aliis cathedralibus seu collegiatis ecclesiis fuerint, recipere et retinere illaque et dictam parrochialem ecclesiam simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens voluerit, dimittere, et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiasticum vel ecclesiastica, quinque duntaxat invicem compatibilia, etiam recipere et retinere libere et licite valeat, dignemini misericorditer dispensare, cum non obstañ et clausulis oportunis.

425. Beatissime Pater, supplicat S. V. devotus vester Petrus Alfonsi, clericus Ulixbonensis diocesis, cum quo alias super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad minores et beneficium ecclesiasticum sine cura ordinaria primo, et deinde ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, obtinere valeret, apostolica fuit auctoritatibus dispensatum, quatinus secum ut quatuor alia beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, se invicem compatientia, etiam si canonicatus et prebende in metropolitana aut aliis cathedralibus seu collegiatis ecclesiis fuerint, recipere et retinere, illaque simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens voluerit, dimittere, etc., ut supra continetur.

426. Beatissime Pater, dudum cum devoto vestro Alvaro de Guarda, monacho expresse professo monasterii sancte Marie de Alcobachia ordinis [Cistercieñ] Ulixbonensis diocesis super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta ut, eo non obstante, ad quecumque dignitates, administrationes et officia per monachos dicti ordinis regi consueta alias rite promoveri, illaque, dummodo tamen dignitates huiusmodi abbatiales non forent, recipere et retinere valeret, apostolica extitit auctoritate [fl. 72v] dispensatum, prout in cancellaria S. eiusdem plenius exprimetur (1). Supplicatur igitur S. V. pro parte eiusdem Alvari, qui fidelissimi et devotissimi S. eiusdem ac sancte Romane ecclesie filii Johannis Portugalie et Algarbii regis ele[e]mosinarius existit, quatinus secum ut etiam ad quascumque dignitates abbatiales predicti ordinis monasteriorum promoveri, postulari, eligi seu alias assumi, illisque prefici et preesse, illarumque curam, regimen et administrationem in spiritualibus et temporalibus gerere et exercere, necnon munus benedictionis recipere libere et licite valeat, predicto defectu ac Pictavensis concilii et quibuscumque aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus monasteriorum et ordinum huiusmodi, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, de uberioris dono gratie dignemini misericorditer dispensare et cum clausulis oportunis.

Fiat pro omnibus tribus. O.

427. Item, Beatissime Pater, ut ipsius Alvari anime saluti salubrius consulatur, supplicatur S. V. pro parte eiusdem quatinus sibi plenam remissionem omnium peccatorum suorum, de quibus corde contritus et ore confessus fuerit, semel in vita et etiam in mortis articulo concedere dignemini de gratia speciali. — *Fiat in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimo septimo Kalendas Novembris, anno tertio.

---

(1) No ms. *exprimitur* com sinal de erro.

428

1420, Outubro 16

Pedro Lourenço, reitor da igreja paroquial de S. Julião de Laje da diocese de Braga, pede a confirmação da isenção do tributo imposto pelo arcebispo D. Lourenço à igreja, isenção essa feita pelo arcebispo D. Martinho.

Reg. Suppl. 147, fl. 104-104v.

Beatissime Pater, exponitur S. V. pro parte devoti oratoris vestri Petri Laurentii, rectoris parrochialis ecclesie beati Juliani de Lagea diocesis Bracharensis, quod cum olim Laurentius, archiepiscopus Bracharensis bone memorie (1), tempore predecessoris sui Martini Johannis, imposuisset dicte ecclesie novam impositionem viginti librarum, ratione visitationis, antique monete, que valent quinque floreñ auri de camera annuatim, propter odium quod idem archiepiscopus eidem abbati predecessori suo habebat; quos quidem viginti librarum dictus predecessor solvit contra iuris rationem dum vixerit. Postmodum

vero, Pater Sancte, dictus Petrus successit in dicta ecclesia, etiam solvit dictos viginti librarum dicto archiepiscopo (2). Et mortuo dicto archiepiscopo, successit dominus Martinus in dicto archiepiscopatu per aliquos annos; et etiam idem Petrus exponens solvit eidem Martino archiepiscopo per aliquos annos illos viginti librarum bone monete. Postmodum vero dictus dominus Martinus archiepiscopus super dictam impositionem inquisivit diligenter, et per certam informationem invenit quod dicta impositio fuerat imposita dicte ecclesie noviter et contra ius. Et quia etiam invenit quod dicta ecclesia non solverat nec solvere debebat archiepiscopo Bracharensi annuatim ab antiquo nisi quinque modia milii per mensuram antiquam vel tria modia milii et viginti (3) et unum alquer. et tertium per novam mensuram, quod quidem milium valet annuatim [fl. 104v] viginti librarum dicte monete et ultra. Et dictus Martinus archiepiscopus, condolens de anima sui predecessoris et sua et de paupertate dicte ecclesie, quia erat nimis grava[ta], dictam ecclesiam a dicta impositione viginti librarum in perpetuum liberavit et relaxavit, prout in litteris suis exinde confectis, sigillo suo pontificali munitis et manu sua subscriptis plenius et seriosius continetur. Supplicat igitur S. V. dictus Petrus exponens quatinus dictas litteras, liberationem et relaxationem dicti Martini archiepiscopi reformare et auctenticare in forma consueta. — *Fiat et committatur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimo septimo Kalendas Novembris, anno tertio.

---

(1) D. Lourenço Vicente, cónego de Lisboa, bacharel em leis, nomeado arcebispo de Braga por Gregório XI em Dezembro de 1373. Sucedeu-lhe por morte D. Martinho, bispo de Coimbra, transferido para Braga em Junho de 1398 por Bonifácio IX. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 144.

(2) No ms. *archiepiscopi*, com sinal de erro.

(3) No ms. *viginta*, com sinal de erro.

429

1420, Outubro 18

Luís Anes, sacerdote da diocese da Guarda, expõe uma série de atropelias cometidas pelo falecido monge de S. João de Alpendurada, João Vasques, contra o abade, monges e outras pessoas, contra o qual tiveram de se defender, inclusive o suplicante que o feriu gravemente, vindo esse monge foragido a morrer, pelo que Luís Anes pede a absolvição, tanto mais que as autoridades eclesiásticas do lugar, depois de examinarem o caso, declararam tratar-se de homicídio involuntário, ocorrido em defesa própria.

Reg. Suppl. 147, fl. 70-71v.

Beatissime Pater, S. V. pro parte devoti oratoris vestri Ludovici Johannis, presbyteri Egitaniensis diocesis, exponitur humiliter et dicitur, quod quondam Johannes Valasci, monachus monasterii sancti Johannis de Pendorada expresse professus (1) ordinis sancti Benedicti Portugalensis diocesis, dum viveret in humanis et per plures annos ante diem obitus sui habitum sui ordinis derelinquendo, per mundum habitu incessit seculari, omni

postposita devotione, crebro divinis se immiscens, apostatavit, nonnullos vitiosos et gravissimos excessus committens in diversis partibus, querens prelia, gladio pugnando, incarceratos de cathenis et carceribus regiis liberando, contra Deum et regularem observantiam sui ordinis quam plures vulneravit et mutilavit et de facto interfecit. Et signanter dudum de anno Domini millesimo quadringentesimo quartodecimo idem Johannes [fl. 70v] Valasci quondam cum nonnullis suis satalitibus *(sic)* ad villam inter Ambos Rios Portugalensis diocesis vulgariter nuncupatam, in noctis silentio veniens, certum suum amicum carceribus mancipatum seu cathenis regiis colligatum voluit ab eisdem carceribus et cathenis manu violenta et armata extrahere et liberare. Iudex ville tumultum et strepitum audiens per eos commissum, quemdam familiarem suum misit ad vicum ad investigandum quid ageretur et ad eos applicans, verbis curiosis eos redarguit, dicens quod in bona hora recederent; cuius ob causam prefatus Johannes Valasci, sue proprie salutis immemor, dictum familiarem iudicis hostiliter invadens, nequiter interfecit, et se sentiens vulneratum, clamorem emisit ut sibi succurreretur. Iudex domum propriam exiens, volens prebere auxilium familiari, similiter et per dictum Johannem Valasci fuit percussus, quem etiam interfecisset, nisi se ad domum retraxisset. Cuius occasione idem Johannes Valasci ab Ordinario loci captus et carceribus fuit mancipatus, quibus demum effractus fugens per mundum, ut prefertur, apostatavit. Deinde, Pater Beatissime, post duos annos elapsos, nulla a sede apostolica obtenta dispensatione, de qua saltem posset constare, ad monasterium suum predictum rediens, priorem et monachos monasterii per modum comminationis quod eum reciperent et portionem ei, sicud uni ex ipsis porrigerent elato spiritu requisivit; ad hoc ei respondentes dixerunt quod eum recipere et portionem exhibere sine eorum abbatis consensu, cum hoc abbas haberet, facere minime possent exhibere vel recipere; furore igitur mali spiritus accensus, eos comminabatur sigillatim interficere quodque crebro continuavit in tantum quod monachi monasterii vix audebant monasterium exire. Postremo, Pater Beatissime, cum quodam consodali suo ad monasterium accedens, predictum abbatem animo superbo omnique reverentia postposita, ipsum abbatem verbis comminativis quod eum mandaret in monasterio recipi, quemadmodum fuerat per priora tempora et portionem, sicud uni ex aliis monachis et fratribus exhibere, cum indignatione maxima requisivit. Abbas ei respondens, dixit quod pluries sibi dedisset pro responso quod nisi dispensationem ab apostolica sede obtentam super apostasia et irregularitate, etc., ostenderet, quod minime eum reciperet, attento quod vi et violentia recipi [fl. 71] vellet. Hoc audiens, in faciem abbatis hec verba protulit: nisi vos portionem meam mihi dederitis et in fratrem recipiatis, animam vobis de corpore extraham et spiritum vestrum suffocabo. Respondebat abbas, patienter in se contumeliam suscipiens, quod iret in pace; ideo depravato animo magis quam per prius abbati comminabatur; familiares autem domini abbatis, tunc astantes et presentes, videntes eumdem quondam Johannem Valasci quasi insensatum, eum gratiose monebant quatinus recederet et quod domino eorum non iniuriaretur, tum ex eo quod supremus suus esset, tum etiam quod valens magister in theologia et vir valde provecte etatis et notabilis prelatus existeret, quia ex talibus multum reputaretur apud homines et mundum, inscius et redactus in reprobum sensum similia committendo; et sic monitus, vix potuit se continere, quod non irrueret in eos. Attamen multitudinem eorum dubitans, tractim derelicto abbate discessit a monasterio, eisdem familiaribus comminando, et uno ex huiusmodi familiaribus sic eundo, loquente ad dictum Johannem Valasci, dixit: ammiror de vobis quod superbo et spiritu temerario sepissime ad monasterium, dominum meum offendendo cum fratribus et ceteris familiaribus suis, venistis, et novissime dicitis vos et iactatis eum velle

interficere et totum residuum monasterii, nulla previa ratione, recedatis in bona hora, tunc magis commotus respondit dicto familiari: iam multis elapsis temporibus cordi te habui et desideravi dies tuos finire; ad optatum tempus perveni. Et evaginando gladium in exitu porte monasterii, Deum abnegando cum sanctis suis, ictu vehementissimo in dictum Lodovicum exponentem irruit, qui ipsum Johannem Valasci multum timens, simili modo gladium suum evaginavit et ictum dicti Johannis reverberavit quantum potuit; sed cum tanta vehementia et furore percussit, quod eumdem exponentem enormiter et magno vulnere in capud vulneravit; ipseque exponens sentiens se vulneratum et dictum Johannem tam hostiliter eum invadere, quantum potuit se defendit et ipsum Johannem Valasci (2) in capud percussit, ex qua percussione diem suum clausit extremum. Quoniam, Pater Beatissime, nisi (3) dictus exponens viriliter se opponendo eidem Johanni opposuisset pro sui corporis defensione et eumdem Johannem repellendo, exponentem, abbatem et monachos proculdubio quantum sibi fuisset possibile omnes sigillatim interfecisset, sicut imaginari potest, per opera et excessus per ipsum Johannem Valasci assidue perpetratos, quia in patria in tantum fuerat dubitatus, [fl. 71v] propter temeritatem et inordinatum modum vivendi quod unusquisque ei studebat complacere. Super quibus omnibus et singulis vicarius tunc loci Ordinarii summariam fecit informationem, et per informationem ipsam reperit homicidium per prefatum exponentem perpetratum pro defensione sui corporis et ultima necessitate urgente fore commissum. Supplicat igitur S. V. idem exponens humiliter et devote quatinus venerabili viro domino priori monasterii Villebone per priorem soliti gubernari Portugalensis diocesis loco Ordinarii, cum non sit de presenti qui officium Ordinarii exerceat et Ordinarius ad ecclesiam Portugalensem a S. V. promotus hucusque suam non valuit nec potuit ecclesie Portugalensis adipisci possessionem, committere et mandare dignemini ut de (4) premissis et omnibus et singulis prenarratis sufficienter informet et si per huiusmodi sufficientem informationem ita prout idem Ludovicus exponens exponit fore repererit et prefatum Johannem Valasci pro sui corporis defensione ultima cogente necessitate et non alias interfecisse, ipsum a sententia excommunicationis et penis et censuris, quas propterea incurrit, absolvere ac omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam ab eodem abolere et super irregularitate, divina, si quibus interim se immiscuit, celebrando, non tamen in contemptum clavium, occasione etiam premissorum contractam, secum dispensare et ipsum habilitare ut in sacris ordinibus per eumdem exponentem susceptis etiam presbyteratus ordinibus ministrare et ut quecumque beneficia ecclesiastica, etiam si dignitates, etc., curata et electiva forent, que tunc obtinebat et (5) obtinet de presenti ac obtinebit in futurum, etiam ex quacumque facta collatione sive fienda et obtinenda libere et licite recipere et retinere possit et valeat auctoritate apostolica plenam et liberam facultatem eidem priori de munificentia sedis apostolice largifluam dignemini impartiri et concedere, et exponentem ad pristinum statum reducere, quibuscumque constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus in contrarium editis et facientibus non obstantibus. — *Fiat ut petitur, etiam absol*[*vetur*] *et habilit*[*etur*] *in forma iuris.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quintodecimo Kalendas Novembris, anno tertio.

---

(1) No ms. *professe expressus*, com sinal de erro.
(2) No ms. *Alfonsi*, com sinal de erro.
(3) No ms. *ne*.
(4) No ms. *se*.
(5) No ms. *de*, com sinal de erro.

430

1420, Outubro 23

Pedro Lourenço pede a confirmação das provisões e tomadas de posse do canonicato e prebenda de Braga, vacantes pela promoção de Pedro Lourenço Buval à igreja de Viseu, da igreja paroquial de S. Julião de Laje da diocese de Braga, vacante por morte de Martinho Anes, e da porção perpétua da igreja paroquial de S. Miguel de Aveiro da diocese de Coimbra, vacante por morte de Pedro Afonso.

Reg. Suppl. 147, fl. 220-220v.

Beatissime Pater, pridem canonicatu et prebenda ecclesie Bracharensis per promotionem domini Petri Laurentii Vubal (1) ad ecclesiam Visensem auctoritate apostolica factam et lapsum temporis de consecrandis episcopis, etc., necnon parrochiali ecclesia sancti Juliani de Lagea per quondam Martini Johannis ac tandem perpetua portione parrochialis ecclesie sancti Michaelis de Averio Bracharensis et Colimbriensis diocesum, per quondam Petri Alfonsi, extra Romanam Curiam defunctorum, obitus successive [fl. 220v] vacantibus, de illis videlicet de canonicatu et prebenda ac portione apostolica necnon de dicta sancti Juliani prefatis sic vacantibus ordinaria auctoritatibus devoto oratori vestro Petro Laurentii similiter successive provisum extitit, ipseque Petrus illorum possessionem assecutus, illos ex post tenuit et possedit, prout adhuc tenet pacifice et quiete. Supplicat igitur S. V. dictus Petrus quatinus collationes, provisiones ac possessionum adeptiones huiusmodi ceteraque inde secuta rata et grata habentes, eidem de canonicatu et prebenda, quorum quadraginta necnon de ecclesia sancti Juliani, cuius viginti quinque, ac de portione prefatis, cuius viginti quinque librarum Turonensium parvorum communi extimatione fructus, etc., valorem annuum non excedunt, sive premissis sive aliis quibusvis modis aut ex aliorum quorumcumque personis seu ecclesia sancti Juliani per constitutionem *Execrabilis* vacent, etiam si dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservati, devoluti ac litigiosi existant, dignemini de novo misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria declaranda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de omnibus tribus. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimo Kalendas Novembris, anno tertio.

---

(1) Como se pode ver pelo n.º 451, em Dezembro de 1420, e pelos n.os 808 e 814, em Agosto e Setembro de 1424, ainda era vivo D. João Homem, bispo de Viseu, por cuja morte, foi transferido para Viseu, em 1426, D. Garcia Rodrigues de Magalhães, bispo de Lamego. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 291, 452, 532. Cf. n.º 514.

431

1420, Outubro 25

Álvaro Peres, sacerdote da diocese do Porto, pede dispensa e absolvição da irregularidade que porventura tivesse, em virtude das igrejas paroquiais de S. Salvador de Castelões, da diocese

do Porto, e de Santa Maria das Duas Igrejas, da diocese de Braga, que possuía e das quais recebia os rendimentos, bem como do canonicato e prebenda de Braga, sem provisão apostólica.

Reg. Suppl. 147, fl. 76v-77.

Beatissime Pater, devotus orator vester Alvarus Petri, presbyter Portugalensis diocesis, cum quo dudum ut, non obstante defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, ordinaria primo, cuius vigore ad omnes minores ordines promotus et deinde ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curatum foret, si sibi alias canonice conferretur, recipere et retinere licite valeret, fuit apostolica auctoritatibus dispensatum, parrochialem ecclesiam sancti Salvatoris de Castellaaos dicte diocesis, tunc certo modo extra Romanam Curiam vacantem, canonice sibi collatam auctoritate ordinaria extitit assecutus, deinde credens sibi licere aliam loco dicte ecclesie ac postmodum reliquam post dictam aliam et successive post dictam reliquam in cancellaria S. V. exprimend., sancte Marie de Duabus Ecclesiis nuncupatam, Bracharensis diocesis quam obtinet parrochiales ecclesias per resignationem ex causa permutationis extra dictam Curiam factam, ac canonicatum et prebendam ecclesie Bracharensis per mortem quondam Alfonsi Martini extra dictam Curiam vacantes sibi collatos extitit assecutus, fructus precipiens ex eisdem, bona tamen fide. Et quia dictus Alvarus postmodum informatus quod premissorum vigore ecclesiam sancte Marie ac canonicatum et prebendam predictos canonice obtinere nequit, nisi per S. V. provideatur canonice, ideo supplicat eidem S., secum misericorditer agens, quatinus quamcumque irregularitatis et infamie maculam per ipsum premissorum occasione contractam abolere ipsumque ad canonicatum et prebendam ac ecclesiam sancte Marie necnon ad alia beneficia ecclesiastica habilitare ac sibi de eisdem canonicatu et prebenda ac ecclesia sancte Marie, quorum fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive premissis sive aliis quibusvis modis aut ex aliarum [fl. 77] quarumcumque personis vel ipsa ecclesia sancte Marie per constitutionem *Execrabilis* vacent, etiam si devoluti seu litigiosi seu specialiter vel generaliter reservati existant, eidem A[lvaro] providere ac secum ad ipsorum obtentum misericorditer dispensare dignemini, dicto defectu ac quibuscumque constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et habilitamus. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, octavo Kalendas Novembris, anno tertio.

432

1420, Outubro 25

Guiomar, abadessa de Santa Clara de Coimbra, antes freira do mosteiro de Santarém, postulada ou nomeada por Frei João de Xira, mestre em teologia, com poder de provincial na província franciscana de S. Tiago, e outros comissários, a pedido de D. João I, rei de Portugal, após a renúncia de Leonor Rodrigues de Guns e Leonor Gomes Coutinha, eleitas pelas freiras, pede a

confirmação da sua nomeação, por surgirem dúvidas, em virtude de Leonor Gomes ter obtido a confirmação do geral da Ordem.

Reg. Suppl. 147, fl. 113-113v.

Beatissime Pater, nuper vacante monasterio sancte Clare Colimbrieñ ordinis dicte sancte per obitum quondam ultime ipsius monasterii abbatisse extra Romanam Curiam defuncte ac devotis eiusdem S. filiabus sororibus et conventu eiusdem monasterii pro electione future abbatisse capitulariter congregatis votisque earum in diversa divisis, cum quedam quamdam Lionorem Roderici de Guns et quedam alie ex eis, quarum maior erat pars seu numerus, quamdam Lionorem Gometii Cautina, ipsius monasterii sorores, in abbatissam dicti monasterii discorditer elegissent et propterea inter dictas electas earumque consanguineos et amicos graves dissensiones et discordie comperirentur seu verisimiliter presumerentur exoriri ac ad requisitionem devotissimi eiusdem S. et sancte Romane Ecclesie filii Johannis regis Portugalie, ne propterea maiora perturbationes et scandala in regno suo et prefato monasterio, etc., succrescerent, quantum in eo fuerat solicite precavere satagentis, prefate electe, quelibet videlicet ipsarum, huiusmodi electioni de se sponte et libere cessissent ac ipse necnon sorores prefate, ut concorditer, salubriter et utiliter eidem monasterio de abbatissa provideretur, vota sua eligendi seu preficiendi eis abbatissam huiusmodi in eumdem regem et devotum vestrum Johannem Syre ordinis fratrum Minorum, in theologia professorem, devote creature vestre Antonii de Pireto, generalis ministri dicti ordinis Minorum, in provincia sancti Jacobi generalem *(sic)*, transfudissent et in eos compromississent ipseque rex prefato Johanni et certis aliis fidelibus et devotis suis, in cancellaria si expedit nominandis, super electione, nominatione, postulatione seu prefectione future abbatisse dicti monasterii vices suas commisisset, tandem Johannes et commissarii predicti post longas et varias inquisitiones seu informationes de persona ad hoc magis habili et ydonea per eos habitas, devotam eiusdem S. filiam Guiomarem, tunc sororem monasterii Sancterenensis [fl. 113v] dicti ordinis sancte Clare Ulixbonensis diocesis, eumdem ordinem sancte Clare expresse professam et in legitima ac ad hoc sufficiente etate, veluti que tricesimum huiusmodi sue etatis annum iam diu compleverat, constitutam atque de legitimo matrimonio procreatam et inter alias sorores huiusmodi magis abilem et ydoneam in abbatissam ipsius monasterii postularunt, nominarunt, elegerunt seu prefecerunt, ipsaque Guiomaris postulationi, electioni seu prefectioni huiusmodi consentiens, illam obtinuit a prefato generali, cum prefate ipsius monasterii sancte Clare sorores et conventus secundum instituta et sub cura fratrum dicti ordinis Minorum vivere noscuntur, confirmari et deinde administrationem regiminis bonorum dicti monasterii extitit assecuta. Verum, Pater Sancte, prefata Guiomaris dubitat premissa ex certis causis et presertim ex eo quod dicta Lionor Gometti postmodum etiam, ante tamen confirmationem huiusmodi, predictam electionem de se ut premittitur factam, licet illi ut prefertur cesserit, etiam ab eodem generali confirmari obtinuerat, licet idem generalis illam in predicta ipsius Guiomaris confirmatione revocaverit seu cassaverit vel alias annullaverit, et alias viribus non subsistere seque super dicto monasterio et eius regimine et administratione huiusmodi in posterum molestari posse. Quare supplicatur S. V. pro parte dicte Guiomaris quatinus postulationem, electionem seu prefectionem et confirmationem huiusmodi de se ut premittitur factas et quecumque inde secuta rata habentes et grata, ea auctoritate apostolica ex certa scientia confirmare et approbare digne-

mini ac quantum expedit de persona sua eidem monasterio, cuius fructus, etc., quingentorum florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet et specialiter vel generaliter reservata vel devoluta fuerit, misericorditer providere eamque illi preficere in abbatissam, curam, regimen et administrationem ipsius monasterii sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, premissis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis, supplentes nihilominus omnes et singulos defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. — *Fiat ut petitur pro omnibus quinque. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, octavo Kalendas Novembris, anno tertio.

433

1420, Outubro 25

Petição de indulgências para os visitantes do oratório de Nossa Senhora de Vila Velha da diocese de Évora, que estava em ruínas.

Reg. Suppl. 147, fl. 162v-163.

Beatissime Pater, cum oratorium beate Virginis Marie situm in Villa Velha Elborensis diocesis, quod ab antiquis temporibus in partibus illis circumstantibus magna fuit in devotione et nunc maxime existat et ad quod populi multitudo confluit, propter diversas [fl. 163] conditiones adeo sit dirutum et dissipatum quod nemo ibidem residet sitque oratorium ipsum in magnum ipsius loci et beate Marie Virginis contemptum penitus inhabitatum, supplicatur S. V. pro parte quarumdam pauperum mulierum que de Yspania cum magnis laboribus et expensis limina apostolorum visitarunt, quatinus pro sua consolatione et confirmatione magne devotionis quam ad prefatum oratorium gerunt, eis necnon pro ipsius loci reparatione ac amplitudine, ne in totum corruat et hominum devotio perdatur, omnibus vere penitentibus et confessis dictum oratorium visitantibus et ad ipsius reparationem ac ampliationem manus porrigentibus adiutrices singulis diebus per cancellariam S. V. dari consuet. quinque annos de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxare dignemini. — *Fiat in forma. O.*

Et quia prefate mulieres pauperrime sunt, expediantur littere gratis pro Deo ubique. — *Fiat ubique. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, octavo Kalendas Novembris, anno tertio.

434-435

1420, Outubro 28

Martinho Esteves, clérigo da diocese de Lisboa, que fora condenado ao cárcere e a exílio

por heresia, e fora, depois, encontrado ilibado, pede a confirmação da sua restituição e da porção na igreja de Santa Maria de Torres Vedras. Hermano de Pedernach pede a tesouraria da Guarda, vacante por morte de Álvaro Martins.

Reg. Suppl. 147, fl. 168-169.

Beatissime Pater, olim devoto vestro Martino Stephani, clerico Ulixbonensis diocesis, per litteras apostolicas facta expectativa gratia et antequam ipse M[artinus] illarum ıeportaret effectum contra eum, quamvis minus culpabilem, in Curia Ulixbonensi super quibusdam heresim *(sic)* ut dicebatur sapientibus articulis ex odii potius fomite inquisitionis instituto negotio ipse M[artinus] propterea mancipatus carceribus per vicarios tunc administratores ecclesie Ulixbonensis condemnatus extitit, de certis locis tunc expressis ei per biennium exilio indicto, et adversus quam quidem condemnationem postmodum de eius iustitia (1) veritate comperta per eosdem vicarios extitit restitutus. Interim vero quadam portione in ecclesia beate Marie de Turribus Veteribus dicte diocesis per obitum quondam Johannis Alfonsi extra Romanam Curiam defuncti vacante, prefatus M[artinus] eam dictarum vigore litterarum infra tempus legitimum acceptavit et de illa sibi obtinuit provideri, licet quidam Laurentius Vincentii Mafaldo qui se gerit pro presbytero dicte diocesis etiam processibus diversas sententias continentibus contra ipsum propterea earumdem litterarum vigore habitis, sub diffugiis forsitan appellationum per ipsum ut pretendit interiectarum, parere contumaciter non curans, dictam portionem, in qua de facto se intrusit detineat indebite occupatam, ut super hiis ipsius M[artini] statui et indempnitatibus oportune consulatur, supplicat S. V. dictus M[artinus] quatinus, premissis suadentibus, restitutionem predictam et quecumque inde secuta rata habentes [fl. 168v] et grata, illa apostolica auctoritate approbantes, easdem acceptationem et provisionem, etiam cum inde secutis quibuslibet, perinde ab earum tempore ac si huiusmodi condempnatio que perperam et de facto processit, minime facta fuisset, valere suumque effectum sortiri debere decernere, ipsumque M[artinum], si et prout opus fuerit, adversus condempnationem eamdem ad statum, famam et honores pristinos restituere et reponere ac insuper sibi de dicta portione, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona vacet et generaliter vel specialiter reservata, devoluta ac litigiosa sit, etiam cum validatione, etc., adversus premissa expectative gratie sibi per eamdem S. facte, misericorditer providere dignemini, non obstan. quod idem M[artinus] perpetuam portionem parrochialis ecclesie sancti Leonardi de Atouguya dicte diocesis, cuius fructus, etc., viginti quinque librarum Turonensium similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, obtinet, necnon premissis ac constitutionibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis oportunis.

... ...

435. [fl. 169] Supplicat S. V. devotus orator vester Hernannus de Pedernach, clericus Coloniensis *(sic)*, quatinus sibi specialem gratiam facientes de thesauraria ecclesie Egitaniensis, que dignitas curata in eadem ecclesia existit, cuius fructus, etc., non residendo nihil, residendo vero octuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante per obitum Alvari Martini, eiusdem ecclesie thesaurarii, extra Romanam Curiam defuncti, sive ex eo quod Martinus

Soayrez ipsam thesauriariam dicebatur possidere, ecclesiastica se denudavit libertate, miles secularis effectus est, arma militaria deferens ac opera et facta militis publice exercendo, sive ut premittitur sive alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam per constitutionem *Execrabilis* aut c. *De multa*, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam iuxta Lateranensis statuta concilii legitime devoluta, reservata vel affecta existat, aut super ea in Romana Curia vel extra eam lis pendeat indecisa, eidem H[ermanno] de eadem misericorditer providere dignemini, gratia quadam expectativa in cancellaria S. V. exprimenda non obstan., cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro omnibus quatuor et de utroque pro secundo. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quinto Kalendas Novembris, anno tertio.

---

(1) No ms. *iustucia*, com sinal de erro.

436

1420, Outubro 30

Álvaro Fernandes, clérigo de Coimbra, pede a perpétua porção da igreja de S. Cristóvão da mesma cidade.

Reg. Suppl. 147, fl. 240.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Alvarus Fernandi, clericus Colimbriensis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de perpetua portione in ecclesia sancti Christofori eiusdem civitatis, vacante ad presens per coniugium matrimonii cuiusdam Didaci Beltrandi, quorum fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum ut asseritur valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alio quovis modo aut per quamcumque aliam personam vacaverit, cuius collatio ad sedem apostolicam iuxta Lateranensis statuta concilii legitime devoluta vel alias generaliter vel specialiter reservata existat, non obstañ quod predicta portio per dictum D[idacum] occupetur, eidem A[lvaro] dignemini misericorditer providere de gratia speciali, cum ceteris non obstant. et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Kalendas Novembris, anno tertio.

437

1420, Novembro 4

Álvaro Esteves de Ferreira, cónego de Lisboa, notário do papa, resigna ao canonicato e prebenda de Lisboa, pelo que Pedro Gonçalves, sacerdote da dita diocese, pede a provisão dos mesmos.

Reg. Suppl. 147, fl. 174-174v.

Beatissime Pater, cum devotus vester Alvarus Stephani de Ferraria, canonicus Ulixbonensis, V. S. notarius, canonicatum et prebendam ecclesie Ulixbonensis, quos obtinet, per quemdam [fl. 174v] procuratorem suum ex nunc in manibus S. V. sponte resignet, supplicat S. V. devotus vester Petrus Gunsalvi, presbyter Ulixbonensis diocesis, quatinus resignationem huiusmodi admictentes, de eisdem canonicatu et prebenda, quorum fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona vacent, etiam si specialiter vel alias generaliter reservati vel devoluti ac in Romana Curia vel extra eam litigiosi sint, eidem Petro dignemini misericorditer providere. Non obstan. quod ecclesiam parrochialem, prioratum nuncupatam, sancte Marie de Obidis dicte diocesis, cuius fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium similium secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, obtineat ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda. Et cum ceteris non obstan. et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, pridie Nonas Novembris, anno tertio.

MARTINHO V

(EL. 11 NOV., COR. 21 NOV. 1417, + 20 FEV 1431)

SÚPLICAS

ANO QUARTO

(21 NOV. 1420 – 20 NOV. 1421)

AV, REG. SUPPL., VOL. 148 A 157

438

1420, Novembro 25

Frei Pedro, superior do mosteiro da Santíssima Trindade de Santarém, acusa o provincial Frei Gomes de estar excomungado e de desviar as esmolas para a redenção dos cativos, bem como de o privar de seus bens e excomungar, e pede comissão para o prior do mosteiro de S. Vicente de Fora de Lisboa se inteirar do assunto e de privar o dito provincial da administração da Ordem, procedendo à eleição de novo provincial.

Reg. Suppl. 148, fl. 27v-28.

Beatissime Pater, humilis [ac] devotus orator vester frater Petrus, minister monasterii sanctissime Trinitatis opidi Santaren Ulixbonensis diocesis, tam [nomine] ipsius quam totius conventus predicti monasterii predicti ordinis et maioris partis eiusdem lamentabiliter eidem S. V. conquerendo, exponit quod quidam frater Gometius gerens se pro provinciali dicti ordinis, velut sue salutis immemor, sententia excommunicationis innodatus, in contemptu clavium et sancte Ecclesie se minime curavit nec curat facere se absolvi, divinis continue se immiscens, missam et alia divina celebravit et mala malis acumulando, iam a sex annis citra pias elemosinas nomine ordinis pro redemptione captivorum et in pios usus committendas *(sic)* sibi dari et largiri a christifidelibus publice procuravit, quas recipiens in malos usus et indebitos convertit et pauperibus captivis, quorum respectu dictas elemosinas recepit, nichil penitus contribuendo ac bona et redditus dicti monasterii Ulixbonensis et totius ordinis indecenter et enormiter dissipavit et dilapidavit et vitam ducens inhonestam in opprobrium et dedecus ecclesiastice religionis plurimos et enormes criminosos excessus publice committendo et perpetrando, que clarissime possent per nonnullos fidedignos probari, dictum exponentem de rebus suis spoliando iniuste et contra rigorem iuris, [fl. 28] eumdem excommunicando et alia multa gravamina et iniurias tam in rebus quam in personis inferendo. Quare supplicat eidem S. V. prefatus exponens qui se partem contra predictum provincialem facit, quoniam gra[n]dia de die in diem scandala eidem ordini occasione premissorum enormium et excessuum per predictum provincialem perpetratorem *(sic)* crebro generantur et ne bona et redditus ordinis amplius dissipentur, cum salubre sit talibus obviare, de remedio dignemini oportuno providere atque venerabili viro domino priori monasterii sancti Vincentii Ulixboneñ per priorem soliti gubernari committere et mandare ut de premissis omnibus singulis excessibus et expressis sufficienter se informet, et si per informationem huiusmodi predicta sic expressa per eumdem fratrem Gometium perpetrata et commissa ac fore vera repererit, ipsum a regimine et administratione provincialatus officii, ad quod indignum se reddit exercere, privet et amoveat et penitus destituat et exponentem expoliatum faciat restitutionem fieri et excommunicationem admovere et quem fratres monasteriorum dicti ordinis ad

huiusmodi provincialatus elegerint et assumpserint, illud exercendum auctoritate apostolica possit et valeat, confirmare plenariam facultatem de magnificentia sedis apostolice dignemini misericorditer impartiri, statutis non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur in forma iuris. O.*

Datum Rome, apud Santum Petrum, septimo Kalendas Decembris, anno quarto.

439

1420, Novembro 27

O bispo eleito de Évora D. Pedro pede a faculdade de visitar os lugares sagrados da sua diocese por pessoas idóneas.

Reg. Suppl. 148, fl. 69v.

Beatissime Pater, supplicat S. V. electus Elborensis (1) quatinus de gratia dignemini indulgere ut ecclesias et monasteria aliaque loca ecclesiastica eorumque personas civitatis et diocesis Elboreñ, in quibus sibi visitationis officium competit de consuetudine vel de iure, possit libere per aliquam seu aliquas personam seu personas ydoneas, quam vel quas ad id deputandam duxerit seu etiam deputandas, ad decennium, quotiens tempus visitationis ingruerit, etiam unum, duo, tria vel plura eadem die visitare et totidem procurationes ratione visitationis huiusmodi sibi debitas ab ecclesiis, monasteriis, locis et personis eisdem taliter visitatis in pecunia numerata recipere moderatas. Non obstantibus constitutionibus apostolicis necnon privilegiis, indulgentiis ac litteris apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quinto Kalendas Decembris, anno quarto.

(1) D. Pedro, filho de D. Afonso de Gijon, sobrinho de el-rei de Portugal D. João I, nomeado administrador da diocese de Évora por Martinho V a 11 de Janeiro de 1419 e bispo da mesma a 20 de Março de 1420. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 236. Cf. n.º 193.

440-441

1420, Novembro 29

Afonso Gonçalves, clérigo da diocese de Braga, pede a igreja paroquial de Santa Maria de Telhado da mesma diocese, vacante por Gonçalo do Vale, sacerdote e reitor dessa igreja, ter cometido simonia. Gonçalo Afonso, também clérigo da diocese de Braga, pede a igreja de Santa Maria da Portela dos Escudeiros, vacante por Gil Esteves a deter injustamente.

Reg. Suppl. 148, fl. 168-168v.

Supplicat S. V. humilis vester Alfonsus Gunsalvi, clericus diocesis Bracharensis, quatinus sibi specialem gratiam facientes de parrochiali ecclesia sancte Marie de Tegulato dicte diocesis, cuius fructus, etc., tredecim librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante ad presens per quemdam Gunsalvum de Valle presbyterum qui dictam ecclesiam indebite detinet occupatam, pro eo et ex eo quod dum permutaret et ex causa permutationis daret ecclesiam sancte Marie de Valle Scutifferorum dicte diocesis, de qua erat rector, pro dicta ecclesia de Tegulato dictus Gunsalvus commisit symoniam quia (1) solvit pro quodam Egidio Stephani, presbytero, tunc rectore sancte Marie de Tegullato, unam mediam marcham argenteam et unam dupplam de auro castellanum (2) et unum marabitinum monete antique per pactum illicitum et symoniacum pro cancellaria et confirmatione [fl. 168v] dicte ecclesie sancte Marie, eidem A[lfonso] dignemini providere misericorditer et cum omnibus non obst. et clausulis oportunis etc.

441. Supplicat S. V. humilis et devotus vester Gunsalvus Alfonsi, clericus diocesis Bracharensis, quatinus sibi specialem gratiam facientes de parrochiali ecclesia sancte Marie de Portella Scutifferorum dicte diocesis, cuius fructus, etc., duodecim librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante ad presens pro eo et ex eo quod quidam Egidius Stephani, qui dictam ecclesiam tenet indebite occupatam, est de presbytero genitus et soluta et non habuit nec habet dispensationem tale beneficium obtinendi et maxime quia habuit dictam ecclesiam ex causa permutationis, symonia mediante, eidem Gunsalvo dignemini misericorditer providere et cum omnibus non obst. et clausulis oportunis ut in forma.

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus sex et dispensamus cum quarto. O. Fiat.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Kalendas Decembris, anno quarto.

---

(1) No ms. *quod.*

(2) No ms. sinal de erro.

442

1420, Dezembro 5

Lourenço Esteves de Lagos pede ao papa designe um prelado de Portugal que inquira sobre a sua profissão religiosa, porque os Eremitas de Santo Agostinho, sobretudo do convento de Lisboa, umas vezes tinham-no como professo e outras recusavam admiti-lo como tal.

Reg. Suppl. 148, fl. 150-150v.

Beatissime Pater, cum nonnulli fratres et superiores ordinis sancti Augustini Heremitarum, presertim de conventu Ulixbonensi, devotum oratorem vestrum Laurentium Stephani de Lacubus quandoque tamquam dicti ordinis fratrem professum vendicant et quandoque se ad dictum ordinem etiam admitti voluntarie offerentem admittere et recipere denegant et recusant, in magnum ipsius exponentis scandalum et gravamen, suppli-

catur igitur eidem S. V. pro parte dicti Laurentii exponentis quatinus uni prelato in regno Portugalie, unde ipse exponens oriundus existit, committere et mandare dignemini ut si, provinciali [fl. 150v] seu quocumque alio superiore dicti ordinis et presertim ministris seu personis conventuum Ulixboneñ ac ville Delcambilis Elborensis diocesis, a quibus huiusmodi fama sive impetitio ut creditur ortum habet et aliis qui sua interesse putaverint vocatis, repperiri (1) poterit dictum exponentem ordinem ipsum tacite vel expresse fuisse professum, eum talem decernat et fratres ipsos ad recipiendum et tractandum eumdem exponentem iuxta ordinis instituta compellat, alias (2) dictos fratres ab huiusmodi impetitione et vexatione sub excommunicationis et aliis penis et censuris cessare compellat, in contrarium non obstantibus quibuscumque. — *Fiat in forma iuris. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Nonis Decembris, anno quarto.

(1) No ms. *repperi*, com sinal de erro.
(2) No ms. sinal de erro.

443

1420, Dezembro 5

Pedro Lourenço, cónego de Braga, escolar de direito canónico e reitor da igreja paroquial de S. Julião de Laje, da diocese de Braga, pede um benefício eclesiástico na igreja de S. Tiago de Guimarães e a metade da igreja paroquial de Santa Eulália de Gondoriz da diocese de Tui.

Reg. Suppl. 148, fl. 163-163v.

Supplicat S. V. humilis et devotus orator vester Petrus Laurentii, canonicus ecclesie Bracharensis, scolaris in iure canonico ac rector parrochialis ecclesie sancti Juliani de Lagia diocesis Bracharensis, quatinus sibi specialem gratiam facientes de beneficio ecclesiastico sine cura sancti Jacobi castri Vimaraniensis dicte diocesis Bracharensis, necnon de medietate parrochialis ecclesie sancte Ewadye de Gondoriz (1) diocesis Tudensis, quorum omnium fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacan. extra Romanam Curiam per mortem Garsie Santii, cursoris domini nostri pape, qui dictorum beneficiorum fuit ultimus abbas et rector, non obstañ quod quidam Alvarus Valasci qui se gerit pro clerico diocesis Bracharensis et quidam Gunsalvus Martini qui se gerit pro presbytero et abbate dicte medietatis ecclesie curate sancte Ewadye de Gundariz (1) diocesis Tudensis dicta beneficia sine cura indebite detineant occupata, vel alias quovis modo, etiam per aliam quamcumque personam vacent, etiam si tanto tempore vacaverint quod eorum collatio iuxta statuta Lateranensis concilii ad sedem apostolicam legitime sit (2) devoluta aut specialiter vel generaliter eidem sedi apostolice reservata aut super ipsis beneficiis inter aliquos lis remanserit indecisa, etiam si dicta beneficia litigiosa sint, eidem P[etro] dignemini misericorditer de dictis beneficiis providere, predictis canonicatu et prebenda Brachareñ, parrochiali ecclesia sancti Juliani de Lagea et perpetua portione, quam obtinet in parrochiali ecclesia sancti Michaelis de Averio diocesis Colimbriensis, quorum omnium fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum predicte monete valorem annuum

non excedunt, non obstan. gratia expectativa, in cancellaria exprimenda. Et cum omnibus non obst. et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro omnibus quinque et de utroque pro ultimo.* O.

[fl. 163v] Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Nonis Decembris, anno quarto.

---

(1) No ms. sinal de erro.
(2) No ms. *sint.*

444

1420, Dezembro 9

Luís Anes, capelão de D. João I, rei de Portugal, e reitor da igreja paroquial de S. Martinho de Várzea da diocese do Porto, pede a tesouraria da Guarda, vacante por morte de Álvaro Martins.

Reg. Suppl. 148, fl. 131v-132.

Supplicat S. V. devotus vester Ludovicus Johannis, humilis et devotissimi filii eiusdem S. Johannis Portugalie et Algarbi regis cappellanus, rector parrochialis ecclesie sancti Martini de Varzia Portugalensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes de thesauraria ecclesie Egitaniensis, que dignitas curata in eadem existit, cuius fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante per obitum quondam Alvarii Martini, dum viveret eiusdem thesaurarie possessoris, extra Romanam Curiam defuncti, sive ex eo quod quidam Martinus Soayres, qui ultimus dicte thesaurarie dicitur possessor, effectus est miles secularis, opera militaria exercens et arma publice deferendo, propter quod se reddidit indignum ad huiusmodi thesaurariam obtinendum, sive premisso aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona, etiam si per constitutionem *Execrabilis* vacet, aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta, affecta seu reservata existat, aut super ea in Romana Curia aut extra lis pendeat indecisa, cuius litis statum hic habentes pro sufficienter expresso, eidem L[udovico] dignemini misericorditer providere, dispensantes cum eodem ut dictam thesaurariam una cum dicta parrochiali ecclesia sancti Martini de Varzia ad decennium obtinere et interim pro simili vel dissimili vel similibus aut dissimilibus beneficio vel beneficiis, ecclesiastico vel ecclesiasticis, compatibili vel compatibilibus permutare possit et valeat, constitutionibus et ordinationibus apostolicis in contrarium facientibus ac canonicatu [fl. 132] et prebenda dicte ecclesie Egitaniensis, quorum quadraginta, et dicta ecclesia sancti Martini, cuius octuaginta, et quadam portione in ecclesia parrochiali sancti Stephani de Alenquer Ulixbonensis diocesis, cuius viginti, fructus, etc., librarum Turonensium parvorum secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, que obtinet omnia, non obstañ. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et dispensamus ad biennium.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quinto Idus Decembris, anno quarto.

445

1420, Dezembro 9

O arcebispo de Braga D. Fernando pede a confirmação do que determinara quanto à igreja paroquial de S. Salvador de Várzea, da diocese bracarense, reduzindo-a a benefício simples ou perpétua capelania, que entregou a António Domingues, sacerdote da diocese, com a incumbência de aí exercer a cura de almas.

Reg. Suppl. 148, fl. 188v-189.

Beatissime Pater, dudum cum devota creatura S. V. Fernandus, archiepiscopus Bracharensis (1), in sua diocesi visitationis exercens officium, ecclesiam sancti Salvatoris de Varzea dicte diocesis, tunc parrochialem, propter crudeles guerras et hominum strages que in partibus illis diutius viguerunt, actu parrochianis carentem et que per antea cantori ecclesie Silvensis auctoritate apostolica commendata fuerat, insigniis parrochialibus ab ea separatis, in beneficium simplex sive cappellaniam perpetuam sine cura, etiam sui capituli ad hoc accedente consensu, creavit, illam clericis secularibus in titulum beneficii ecclesiastici sine cura ex tunc in antea conferendam decrevit, ita tamen quod illum obtinens pro tempore ecclesiastica sacramenta et alia necessaria parrochianis, si qui successu temporis illic redirent, ministrare teneretur, ac tandem beneficium huiusmodi sive capella certo modo vacans, devoto vestro Antonio Dominici, presbytero dicte diocesis, contulit et providit etiam de eodem [fl. 189] cum certa parte fructuum, reddituum et proventuum eiusdem beneficii videlicet usque ad summam seu valorem quadraginta librarum de bona et antiqua moneta illius patrie, que quidem quadraginta librarum sex florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, reliquam vero partem fructuum et proventuum eiusdem beneficii cantori Silvensi, cui sic commissa fuerat, reservando, idemque Antonius beneficium supradictum seu cappellam collationis et provisionis predictarum vigore extitit assecutus, illudque ex tunc in antea obtinuit, prout obtinet et possidet de presenti pacifice et quiete. Supplicat igitur eidem S. dictus F[ernandus] archiepiscopus quatinus decretum, creationem, collationem et provisionem predictas aliaque premissa et omnia inde secuta rata et grata habentes illaque dignemini auctoritate apostolica confirmare, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, necnon predicto Antonio de ipso beneficio quomodocumque vel ex quacumque persona vacaverit, etiam si specialiter vel generaliter reservatum, seu devolutum vel litigiosum sit, de novo misericorditer providere, cum non obstant. et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et committatur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quinto Idus Decembris, anno quarto.

(1) Cf. nota 1 do n.º 35.

446

1420, Dezembro 9

Nuno Fernandes, clérigo da diocese da Guarda, pede a igreja paroquial de

S. Tiago de Sardoal da diocese egitaniense, do padroado régio, vacante por morte de João Vasques.

Reg. Suppl. 148, fl. 267-267v.

Beatissime Pater, supplicat S. V. devotus vester Nunius Fernandi, clericus Egitaniensis diocesis, quatinus sibi gratiam facientes specialem de parrochiali ecclesia sancti Jacobi de Çordoal Egitaniensis diocesis, que de iure patronatus regis existit et per obitum quondam Johannis Valasci, extra Romanam Curiam defuncti, vacat et tanto tempore vacavit quod eius collatio est ad sedem apostolicam legitime devoluta, cuiusque fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, [fl. 267v] etiam si specialiter vel generaliter reservata ac litigiosa fuerit, eidem Nunio dignemini misericorditer providere et nichilominus cum eodem Nunio ut natalium quem patitur de milite ordinis militie Jesu Christi expresse professo genitus et soluta necnon quod quadam infirmitate causante ab uno sui corporis latere adeo debilis et impotens factus est quod divinis in altari servire commode nequit, defectibus, necnon constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac generalium conciliorum ceterisque contrariis nequaquam obstant., ad omnes etiam sacros ordines promoveri ac dictam ecclesiam recipere et licite valeat, de uberioris dono gratie dispensare, non obstan. gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda; et si secum super defectibus predictis vel eorum aliquo apostolica vel alia quavis fuerit auctoritate dispensatum, hoc in cancellaria plenius exprimetur, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus sex et dispensamus cum ultimo. O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quinto Idus Decembris, anno quarto.

447

1420, Dezembro 9

Pedro Anes, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Sedielos, da diocese do Porto, de descendência nobre, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede a pluralidade de benefícios.

Reg. Suppl. 150, fl. 49v.

Beatissime Pater, olim cum devoto vestro Petro Johannis, rectore parrochialis ecclesie de Seedellos Portugalensis diocesis, ut, non obstante defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, obtinere libere et licite valeret, auctoritate apostolica extitit dispensatum, vigore cuius quidem dispensationis dictam parrochialem ecclesiam extitit assecutus et ad omnes etiam sacros ordines promotus. Supplicat

igitur S. V. dictus Petrus, de nobili genere procreatus, ut quatuor alia beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, se invicem compatientia, etiam si canonicatus et prebende aut aliquod eorum dignitas, personatus vel officium, etiam cum cura vel sine cura in metropolitana aut aliis cathedralibus seu collegiatis ecclesiis fuerint, si sibi alias canonice conferantur, recipere et retinere illaque simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens voluerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiasticum vel ecclesiastica, quinque dumtaxat invicem compatibilia, etiam libere recipere et licite retinere valeat, dignemini misericorditer dispensare. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quinto Idus Decembris, anno quarto.

448

1420, Dezembro 11

Pedro Gonçalves, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Óbidos da diocese de Lisboa, o qual estudara direito canónico em Lisboa durante cinco anos, pede a retenção e permuta de benefícios.

Reg. Suppl. 148, fl. 226.

Supplicat S. V. devotus vester Petrus Gunsalvi, rector parrochialis ecclesie sancte Marie de Obidis (1) Ulixbonensis diocesis, quatinus secum qui eamdem ecclesiam, cuius ducentarum, obtinet, et cui dudum de canonicatu et prebenda ecclesie Ulixbonensis, quorum similiter ducentarum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, fuit auctoritate apostolica concessum provideri, quique per quinque annos Ulixbone in iure canonico studuit et eamdem parrochialem ecclesiam una cum quocumque alio beneficio ecclesiastico curato seu alias cum ea incompatibili (2), aut dignitas, personatus, vel officium cum cura vel sine cura, etiam elect. et in metropolitana, cathedrali seu collegiata et dignitas ipsa in metropolitana seu cathedrali maior post pontificalem aut in collegiata ecclesia principalis fuerit, quod eum alias canonice assequi contigerit, per quinquennium retinere illaque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiasticum vel ecclesiastica, duo incompatibilia, recipere et huiusmodi durante quinquennio retinere libere et licite valeat, dispensare dignemini de gratia speciali, generalis concilii et quibuscumque aliis constitutionibus apostolicis necnon statutis et consuetudinibus ecclesiarum, in quibus beneficia huiusmodi forsan fuerint, et aliis contrariis quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Idus Decembris, anno quarto.

---

(1) No ms. *Obilis.*

(2) O corrector traçou as palavras *etiam si aliqua parrochialis ecclesia* e anotou na margem direita: *sic cassum in originali.*

449

1420, Dezembro 13

Álvaro de Ferreira, arcediago de Lisboa, notário do papa, resigna ao arcediagado por meio de procurador, e Pedro Gonçalves, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Óbidos, da diocese de Lisboa, pede-o para si.

Reg. Suppl. 148, fl. 226-226v.

Beatissime Pater, cum devotus vester Alvarus de Ferraria, archidiaconus ecclesie Ulixbonensis, V. S. notarius, archidiaconatum eiusdem ecclesie, qui dignitas, non tamen maior post pontificalem, et elect. existit et quem obtinet, per Gometium de Ferraria, procuratorem suum ad hoc specialiter constitutum, ex nunc in manibus S. V. sponte resignet, supplicat S. V. devotus vester Petrus Gunsalvi, rector prior nuncupatus parrochialis ecclesie beate Marie de Obidis (1) Ulixbonensis diocesis, quatinus resignationem huiusmodi admittentes, de eodem archidiaconatu, cuius fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, [fl. 226v] sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si specialiter vel alias generaliter reservatus vel devolutus ac litigiosus et curatus existat, eidem Petro dignemini misericorditer providere. Non obstant. quod dictam ecclesiam parrochialem, cuius ducentarum, obtinet, et dudum sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Ulixbonensis predicte, quorum etiam ducentarum librarum Turonensium similium, fructus, etc., secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, apostolica auctoritate concessum est provideri, necnon gratia expectativa, si quam habet, necnon dispensatione ad incompatibilia ad quinquennium per S. V. sibi concessa, in cancellaria exprimenda, et cum ceteris non obst. et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Idus Decembris, anno quarto.

(1) No ms. *Obilis.*

450

1420, Dezembro 16

Frei João de Barrantes, dispensado do impedimento de ilegitimidade, renova súplica anterior, por ter dito que o mosteiro de Franqueira é da Ordem de Cister, quando é da Ordem de S. Bento, do qual foi nomeado prior claustral, após a dispensa.

Reg. Suppl. 148, fl. 118.

Reformatio Johannis de Barantes super defectu natalium (1).

Pater Sancte. Cum in supplicatione, cuius copia prescribitur, per errorem fuerit

expressum quod monasterium de Franqueria ibidem nominatum, est Cisterciensis ordinis, quod tamen ordinis sancti Benedicti existit, dignetur igitur S. V. litteras apostolicas super dicta supplicatione conficiendas cum expressione videlicet quod prefatum monasterium ipsius ordinis sancti Benedicti existit, et quod frater Johannes, de quo ibidem agitur, post dispensationem, sibi ut prefertur concessam, prioratum claustralem dicti monasterii, sibi canonice collatum, extitit pacifice assecutus, expediri mandare dignemini et sub prima data. — *Fiat et sub prima data. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimo septimo Kalendas Januarii, anno quarto.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

451

1420, Dezembro 16

D. João, bispo de Viseu, pede o indulto de visitar a sua diocese por outrem.

Reg. Suppl. 148, fl. 278.

Beatissime Pater, supplicat S. V. humilis et devotus eiusdem S. filius Johannes, Visensis episcopus (1), quatinus sibi gratiam specialem facientes, dignetur eidem concedere quod possit per aliquem vel aliquos, quem vel quos ad hoc ydoneum vel ydoneos deputaverit, suam diocesim visitare et procurationes ab illis quos sic predicta visitaverint, recipere et habere ac si dictus episcopus in persona propria eos visitaret, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimo septimo Kalendas Januarii, anno quarto.

(1) D. João Homem, nomeado por Urbano VI durante o governo do Mestre de Avis, futuro D. João I. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 532. Sobre D. Pedro Lourenço Buval cf. n.os 430, 514.

452

1420, Dezembro 17

Luís Anes, sacerdote da Guarda, pede providências sobre a igreja paroquial de S. Martinho de Várzea, da diocese do Porto, vacante por morte de Martinho Anes.

Reg. Suppl. 148, fl. 284-284v.

Beatissime Pater, nuper parrochiali ecclesia sancti Martini de Varzia diocesis Portugalensis vacante per obitum quondam Martini Johannis, ipsius ecclesie, dum viveret, rectoris, extra Romanam Curiam defuncti, devoto vestro Ludovico Johannis, presbytero Egitaniensi, ipsa ecclesia auctoritate ordinaria extitit collata sibique provisum de eadem, cuius quidem collationis et provisionis vigore possessionem dicte ecclesie fuit, etc., assecutus, fructus, redditus et proventus ex eadem provenientes percipiendo; verum, Pater Beatissime, dictus exponens dubitat collationem et provisionem ac possessionis adeptionem predictas propter certum homicidium per eum ultima necessitate urgente ante tempus collationis et provisionis, etc., huiusmodi perpetratum, viribus non subsistere nec suum potuisse effectum sortiri, cuiusmodi homicidii absolutionem ac habilitationem, etc., dispensationem nuper eadem S. V. per certi tenoris litteras a cancellaria S. V. emanatas, quarum tenores hic habere dignemini pro sufficienter expresso *(sic)*, venerabili viro priori monasterii Villebone dicte Portugalensis cum informatione fienda, etc., commisit faciendam. Quapropter supplicat S. V. prefatus Ludovicus exponens humiliter et devote ut in eventum dicte absolutionis et habilitationis, etc., dispensationis [fl. 284v] sic fiende, si dictus prior ita fore repererit, prout et quemadmodum in prefatis sic emanatis litteris apostolicis pro parte ipsius exponentis plenius est expressum et continetur, quatinus ex nunc prout ex tunc et ex tunc, prout ex nunc, collationem et provisionem ac possessionis adeptionem predictas ac omnia inde secuta rata habentes et grata, ea ex certa scientia dignemini confirmare necnon prefato priori ex superhabundanti cautela committere et mandare ut ipsi Ludovico exponenti dictam gratiam, cuius fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive premisso aut alias quovis modo vel per constitutionem *Execrabilis* vacet, aut ex alterius cuiuscumque persona, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta, affecta seu reservata existat generaliter vel specialiter, aut super ea in Romana Curia vel extra eam lis pendeat indecisa, auctoritate apostolica de novo conferat sibique etiam provideat de eadem et in quantum opus est in sic adepta possessione valeat confirmare, facultatem de benignitate apostolica dignemini elargiri, canonicatu et prebenda ecclesie Egitaniensis, super quibus in partibus litigat, quorum quadraginta, ac portione perpetua in parrochiali ecclesia sancti Stephani de Alenquer Ulixboñ diocesis, cuius viginti, librarum Turonensium similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, quos et quam possidet, non obstant. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimo sexto Kalendas Januarii, anno quarto.

453

1420, Dezembro 18

João André, clérigo da diocese de Viseu, estudante de direito canónico, pede a perpétua porção na igreja paroquial de Santa Maria do Castelo de Leiria, da diocese de Coimbra, vacante pelo matrimónio de Rodrigo Esteves.

Reg. Suppl. 148, fl. 296v.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes Andree, clericus Visensis diocesis, studens in iure canonico, quatinus sibi gratiam specialem facientes, de perpetua portione in ecclesia parrochiali sancte Marie de Castello de Lerena Colimbriensis diocesis, cuius fructus, etc., quindecim florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante per contractum matrimonii cuiusdam Roderici Stephani, ultimi possessoris, que quidem perpetua portio tanto tempore vacavit quod eius collatio ad sedem apostolicam iuxta Lateranensis statuta concilii est devoluta, etiam si premisso aut alias quovis modo seu ex alterius cuiuscumque persona, facto vel obitu seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, et si alias generaliter vel specialiter dicta perpetua portio dispositioni sedis apostolice reservata, affecta aut inter aliquos in Romana Curia vel extra eam litigiosa existat, cuius litis statum hic habere dignemini pro sufficienter expresso, eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Non obstante quadam gratia expectativa in cancellaria eiusdem S. declaranda. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quintodecimo Kalendas Januarii, anno quarto.

454

1420, Dezembro 20

Estêvão Peres de Monte Rey ou de Vilaça, sacerdote da diocese de Orense, pede a confirmação da provisão feita pelo vigário do arcediagado de Baroncel na diocese de Orense, após apresentação dos padroeiros, da igreja paroquial de S. Paio de Ozo da diocese de Braga, com vários ermitérios.

Reg. Suppl. 150, fl. 10-10v.

Beatissime Pater, olim pestifero scismate in ecclesia Dei vigente, vacante parrochiali ecclesia sancti Pelagii de Ozo diocesis Bracharensis cum heremitis seu heremitagiis sanctorum Martini de Medelo et Marie de Vilela Sequa et Marie de Agrela et Thome de Calvelos et Jacobi de Villarello cum suis annexis per obitum quondam Gometii Alfonsi, ultimi rectoris eiusdem, ad huiusmodi ecclesiam infra tempus debitum per veros patronos laicos ipsius, devotus vester Stephanus Petri de Monte Rey alias de Villaça, presbyter diocesis Auriensis, extitit presentatus, cuius presentationis pretextu per vicarium archidiaconatus de Barancelle in ecclesia Auriensi, cum durante scismate predicto archidiaconus dicti archidiaconatus existens in possessione confirmandi et providendi de eadem ecclesia ad presentationem eius patronorum, dicto Stephano de eadem ecclesia fuit provisum, cuius provisionis vigore, dicte parrochialis ecclesie et etiam certe partis fructuum eiusdem ipse [possessionem] extitit assecutus illamque possidet de presenti. Verum, Beatissime Pater, quia ab aliquibus asseritur collationem et provisionem ac possessionis assecutionem huiusmodi et quecumque ex eis secuta viribus non subsistere et propterea dicta parrochialis ecclesia adhuc vacare dicatur, idcirco supplicat S. V. Stephanus predictus, quatinus presentationes ac collationem et provisionem possessionisque assecutionem huiusmodi et

quecumque ex eis secuta rata habentes et grata ipsaque ex vestri certa scientia confirmare necnon parrochialem ecclesiam [fl. 10v] predictam cum heremitis seu heremitagiis predictis et aliis suis annexis, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem ut asseritur valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alio quovis modo et per quascumque alias personas seu constitutionem Johannis pape xxii, que incipit *Execrabilis*, aut liberam resignationem etiam coram notario et testibus factam, quam admittere eadem S. dignetur, vacet aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta, etiam si alias generaliter vel specialiter dispositioni eiusdem sedis reservata existat, etiam si alias litigiosa vel etiam occupata per quemdam Gometium Laurentii, pretensum clericum diocesis Bracharensis, fuerit, eidem Stephano conferre et de eadem de novo ipsi dignemini misericorditer providere. Non obstante defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, super quo certo modo in cancellaria apostolica declarando cum eodem extitit misericorditer dispensatum et gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria apostolica declaranda et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertiodecimo Kalendas Januarii, anno quarto.

455

1420, Dezembro 28

Leonor Pereira, freira e prioressa do mosteiro de Arouca, dispensada do impedimento de ilegitimidade para receber ofícios, administrações ou dignidades no seu mosteiro ou Ordem, pede o mosteiro, vacante por morte da abadessa Leonor Anes.

Reg. Suppl. 150, fl. 155v-156.

Beatissime Pater, cum alias S. V. cum devota in Christo filia Lionor Pereyra, moniali et supperiorissa monasterii sancti Petri de Arauca Cisterciensis ordinis Lamacensis diocesis, ut ipsa, non obstante defectu natalium quem patitur de milite coniugato genita et soluta, officia, administrationes seu dignitates ordinis et monasterii predictorum recipere valeret dispensari concessit, prout in petitione desuper signata plenius continetur, supplicat eidem S. humiliter quatinus sibi de dicto monasterio vacante per obitum Lionoris Johannis, eiusdem monasterii abbatisse, extra Romanam Curiam defuncte, cuius fructus, etc., sexcentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacet ac electivum, reservatum, devolutum vel litigiosum seu exemptum sit, dignemini misericorditer providere, preficiendo eam in dicti monasterii abbatissam, curam, regimen, administrationem illius sibi plenarie committendo et si opus sit, cum ea dispensando, [fl. 156] constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur, accedente consensu maioris partis monialium et dispensamus.* O. *Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quinto Kalendas Januarii, anno quarto.

456

1420, Dezembro 30

Estêvão Trigo, cónego prebendário de Tui, que estudou direito canónico durante mais de quatro anos, pede o arcediagado de Vila Nova de Cerveira, vacante por morte de Álvaro Afonso.

Reg. Suppl. 150, fl. 133v.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Stephanus Trygo, canonicus prebendatus ecclesie Tudensis, qui per quatriennium et ultra continue studuit in iure canonico, quatinus sibi specialem gratiam facientes de archidiaconatu de Cervaria, qui dignitas curata in eadem Tudensi ecclesia existit, vacante ad presens per obitum Alvari Alfonsi, extra Romanam Curiam defuncti, etiam si premisso aut alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona vacet aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam sit devoluta aut alias dispositioni eiusdem sedis specialiter vel generaliter sit reservata, cuius fructus, etc., ducentorum florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, eidem S[tephano] dignemini misericorditer providere, canonicatu et prebenda dicte ecclesie Tudensis ac parrochiali ecclesia beate Marie de Bynzios Tudensis diocesis, quorum fructus, etc., octuaginta similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, quos obtinet, et quadam gratia expectativa in cancellaria declaranda non obstañ, dispensantes cum eodem S[tephano] ut parrochialem ecclesiam predictam una cum dicto archidiaconatu usque ad triennium retinere et pro alio beneficio seu beneficiis incompatibilibus infra idem triennium permutare valeat, constitutionibus apostolicis et regulis cancellarie ceterisque in contrarium editis etiam non obstantibus. Cum aliis non obstañ et clausulis oportunis, etiam si dictus archidiaconatus per aliquem, cuius nomen et cognomen hic habere dignemini pro expressis, indebite occupetur.

... ...

[fl. 134] *Fiat ut petitur pro omnibus quatuor et de utroque pro primo. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Kalendas Januarii, anno quarto.

457

1421, Janeiro 7

Leonor Pereira pede ao papa providências sobre a sua eleição para abadessa do mosteiro de S. Pedro de Arouca.

Reg. Suppl. 150, fl. 160.

Reformatio Lionoris Pereyra super monasterio sancti Petri de Arauca Cisterciensis ordinis Lamacensis diocesis (1).

Beatissime Pater, cum nonnulle ex monialibus prenarratis in negotio electionis abbatisse promissionibus circumvente, alie oppresse, alie vero perturbate sint adeo quod non [creditur] verisimiliter maiorem illarum partem iuxta signaturam petitionis susprascripte consensum adhibere posse, ne igitur dicta L[ionor] Pereyra concessionis gratie prenarrate frustretur effectu, dignetur S. V. litteras apostolicas super ipsa petitione conficiendas expediri mandare absque accessu consensus maioris partis monialium quodque in eisdem litteris etas ipsius L[ionoris], que in vicesimo secundo etatis sue anno vel circa constituta est, si opus sit, cum dispensatione legitima exprimatur, cum clausulis et non obstañ in ipsa petitione contentis et aliis oportunis et sub data petitionis eiusdem. — *Fiat, si constiterit quod per metum aliam electionem fecerint. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, septimo Idus Januarii, anno quarto.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

458

1421, Janeiro 8

João Rodrigues, cónego do Porto, pede o arcediagado de Santo Tirso de Meinedo.

Reg. Suppl. 150, fl. 225v.

Beatissime Pater, supplicat S. V. humilis et devotus vester Johannes Roderici, canonicus ecclesie Portugalensis, quatinus sibi de archidiaconatu sancti Tirsi de Menedo in ecclesia Portugalensi, cuius fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante ex eo quod Rodericus Gunsalvi dictum archidiaconatum ipsius Portugalensis ecclesie, qui dignitas curata, non tamen maior post pontificalem existit, una cum parrochiali ecclesia sancte Crucis Portugalensis diocesis insimul, nulla canonica dispensatione obtenta, per nonnullos annos auctoritate ordinaria obtinuit, prout obtinet de presenti, sive premisso sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet ac generaliter vel specialiter reservatus, devolutus ac litigiosus existat, dignemini misericorditer providere. Non obstañ canonicatu et prebenda dicte Portugalensis ecclesie ac parrochiali ecclesia beate Marie de Ulvar Portugalensis diocesis, quas idem Jo[hannes] Roderici obtinet, quarum fructus, etc., sexaginta librarum dicte monete secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt. Cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 227] *Fiat ut petitur pro omnibus tribus. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, sexto Idus Januarii, anno quarto.

459

1421, Janeiro 10

Gonçalo Anes, reitor da igreja paroquial de S. Cristóvão da diocese do Porto, pede a igreja paroquial de Resende da mesma diocese.

Reg. Suppl. 150, fl. 267v.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Gunsalvus Johannis, rector parrochialis ecclesie sancti Christofori Portugalensis diocesis, quatinus sibi de parrochiali ecclesia de Resende dicte Portugalensis diocesis, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum valorem annuum non excedunt, vacante per non promotionem Martini Gunsalvi, tunc temporis se pro clerico Portugalensis diocesis gerentis, sive premisso, sive quovis alio modo seu ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si devoluta vel litigiosa, cuius litis statum dignemini habere pro expresso, in Romana Curia vel extra existat, dignemini misericorditer providere, etiam si de iure patronatus laicorum existat. Non obstañ dicta ecclesia sancti Christofori, quam idem Gunsalvus Jo[hannis] obtinet, et se eamdem dimissurum respondit(?) ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria S. V. exprimenda, et defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, super quo eadem S. V. misericorditer secum dispensavit et, si opus sit, cum eodem G[unsalvo] Jo[hannis] de novo dispenset. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis ut in forma.

... ...

[fl. 268v] *Fiat ut petitur pro omnibus quinque. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto Idus Januarii, anno quarto.

460

1421, Janeiro 14

Leonor Pereira, monja, pede a expedição das letras apostólicas sobre dispensa de idade e do impedimento de ilegitimidade, apesar dos defeitos ocorridos na primeira súplica, relativa ao mosteiro de S. Pedro de Arouca.

Reg. Suppl. 150, fl. 270v.

Reformatio Lionoris Pereyra, monialis, super monasterio sancti Petri de Arauca, Cisterciensis ordinis, Lamacensis diocesis (1).

Beatissime Pater, in petitione prenarrata in eo quod ipsa Lionor in vicessimo secundo etatis sue anno fore exprimitur, cum revera in vicesimo quinto vel circa eiusdem etatis anno constituta sit, erratum est. Dignetur igitur S. V. litteras super ipsa petitione

sub prima data cum expressione debite etatis et dispensatione desuper habenda quodque fructus, etc., premissi octingentarum librarum communi extimatione valorem annuum non excedunt, ipsaque Lionor genita sit de soluto et soluta expediri mandare, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimo nono Kalendas Februarii, anno quarto.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

461

1421, Janeiro — Fevereiro 26

Nova súplica de Martinho Afonso, sacerdote da diocese do Porto, sobre graça expectativa, por ter omitido a indicação de que a perpétua capelania da igreja de S. João da Foz do Sousa pertencia à diocese portuense e tinha cura de almas.

Reg. Suppl. 157, fl. 205.

Reformatio Martini Alfonsi, presbyteri Portugalensis diocesis, super gratia expectativa (1).

Dignetur S. V. litteras apostolicas super petitione, cuius copia superius describitur, conficiendas cum expressione huiusmodi videlicet non obstañ perpetua capellania in ecclesia sancti Johannis de Foz de Sousa Portugalensis diocesis, quia (2) per inadvertentiam mentionem non fecerit quod Portugalensis diocesis ac curata existit, expediri mandare et sub data dicte petitionis et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis in dicta supplicatione contentis. — *Concessum.*

(1) Palavras na margem esquerda do texto.
(2) No ms. *que*, com sinal de erro.

462

1421, Fevereiro 28

Beatriz Anes de Almeida, freira do mosteiro de Arouca, eleita abadessa depois da morte de Leonor Anes, pede a confirmação da eleição.

Reg. Suppl. 151, fl. 3v-4.

Beatissime Pater, vacante nuper monasterio sancti Petri de Arouca Cisterciensis ordinis Lamecensis diocesis per obitum quondam Leonoris, ipsius monasterii abbatisse, extra Romanam Curiam defuncte, devote vestre conventus eiusdem monasterii, ut moris

est, pro celebranda electione convenientes in unum, devotam vestram Beatricem Johannis de Almeyda, dicti monasterii monialem, ordinem ipsum expresse professam ac de nobili genere procreatam, in earum et ipsius monasterii abbatissam concorditer elegerunt ipsaque Beatrix electioni huiusmodi consensit. Quare dignetur S. V. electionem huiusmodi et inde secuta ratam *(sic)* et gratam *(sic)* habere illamque *(sic)* auctoritate apostolica et ex certa scientia confirmare, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem et nichilominus, in quantum expediat, de persona ipsius Beatricis eidem monasterio, cuius fructus, etc., mille librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si in Curia Romana super eodem lis pendeat indecisa, cuius statum pro expresso habentes, etiam si eius provisio dispositioni apostolice reservata fuerit, providere, curam, regimen et administrationem ipsius monasterii sibi in spiritualibus [fl. 4] et temporalibus plenarie committendo, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, pridie Kalendas Martii, anno quarto.

463

1421, Fevereiro — Novembro

Pedido sobre a expedição das letras apostólicas quanto a certa graça expectativa, a favor de Diogo Afonso.

Reg. Suppl. 157, fl. 351v.

Reformatio Didaci Alfonsi (1).

Pater Sancte. Cum dubitetur quod littere apostolice super gratia expectativa per S. V. devoto vestro Didaco superius nominato, ut supra continetur, facta conficiende, ad canonicatus et prebendas ecclesie cathedralis, quamquam id in regulis cancellarie minime prohibitum reperiatur, expediri recusentur, dignetur S. V. dictas litteras etiam ad huiusmodi canonicatus et prebendas expediri concedere et mandare. Cum clausulis et non obstañ et sub prima data. — *Concessum.*

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

464

1421, Março — Abril

Motu proprio *com referências à eleição a bispo do Porto do cónego da mesma sé João Afonso.*

Reg. Suppl. 151, fl. 123v-124.

(1) Nuper ecclesia Portugalensi pastoris solatio destituta, dilecto filio Johanni Alfonsi, canonico ipsius ecclesie, de eadem ecclesia providimus ipsumque eidem ecclesie prefecimus in episcopum et pastorem, curam, regimen et administrationem ipsius ecclesie in spiritualibus et temporalibus [fl. 124] plenarie committendo, quorum possessionem, prout accepimus (2).

---

(1) Na margem esquerda do texto: *Cassatum de mandato domini pape, prout apparet in originali.*

(2) Todo o texto foi traçado, além de não estar completo. Há nele referência ao bispo eleito do Porto D. João Afonso que ainda não tinha tomado posse da diocese. Este prelado foi nomeado bispo do Porto em 26 de Janeiro de 1418 por Martinho V, tendo-lhe sucedido, após sua resignação, D. Vasco Peres, deão de Viseu e doutor em ambos os direitos, nomeado pelo mesmo papa Martinho V a 2 de Abril de 1421. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 407. Como se pode ver pelo docum. n.º 429 de 18 de Outubro de 1420, D. João Afonso até a essa altura ainda não tinha podido tomar posse da diocese.

465

1421, Março 15

Gomes Lourenço, cónego de Tui, em litígio com André Gonçalves, reitor antes da igreja paroquial de Britiande da diocese de Lamego e agora da igreja paroquial de S. Tiago de Murça, diocese de Braga, sobre o canonicato e prebenda do Porto, pede a provisão dos mesmos a seu favor.

Reg. Suppl. 149, fl. 229v-230.

Beatissime Pater, dudum vacantibus canonicatu et prebenda ecclesie Portugalensis per obitum quondam Andree Gerardi, ultimi possessoris eorumdem, extra Romanam Curiam defuncti, devotus vester Gometius Laurentii, canonicus ecclesie Tudensis, illos acceptavit et de eisdem sibi auctoritate litterarium apostolicarum provideri obtinuit, quibus acceptatione et provisione non obstantibus, quidam Andreas Gundissalvi, assertus rector tunc parrochialis ecclesie de Britiande (1) Lamecensis et nunc parrochialis ecclesie de Murça Bracharensis diocesis, in dictis canonicatu et prebenda se intrusit ac illos acceptavit, cuius occasione idem Gometius prefatum (2) Andream Gundissalvi coram venerabili viro domino Vellasco Roderici, cantore ecclesie Bracharensis, executore dictarum litterarum dicti Gometii, traxit in causam, qui quidem cantor iniuste et indebite procedens, suam iniustam et iniquam pretensam sententiam contra dictum Gometium et in favorem dicti Andree Gundissalvi protulit ipsosque canonicatum et prebendam sibi adiudicando, a qua quidem pretensa diffinitiva sententia idem Gometius ad sanctam sedem apostolicam appellavit, cui appellationi idem executor non detulit, ymo apostolos refutatorios dedit dictaque appellatione non obstante, ymo ea pendente, prefatus Andreas Gundissalvi dictos canonicatum et prebendam in quemdam Martinum Vellasci, rectorem tunc de Murça dicte Bracharensis diocesis, nunc de Britiande (1) Lamecensis diocesis, transtulit ac illos cum dicto Martino pro aliis beneficiis permutavit, in magnum preiudicium dicti Gometii, ipsum fraudando, a quibus quidem pretensis translatione [fl. 230] et permutatione idem Gometius etiam ad eamdem sanctam sedem apostolicam appellavit et causam

et causas dictarum appellationum reverendo patri domino Caupo, sacri apostolici palatii causarum auditori (3) committi obtinuit, qui quidem auditor in dicta causa ad aliquos actus processit, quos et statum totius cause hic habere dignemini pro sufficienter expressis. Verum, Pater Sancte, quia ab aliquibus asseritur dictas acceptationem et provisionem non fore iustas (4), viribus non subsistere ac neutrum dictorum Gometii et Andree et Martini litigantium in dictis canonicatu et prebenda ius habere, dignetur igitur eadem S. V. prefato auditori committere et mandare ut, si per eventum huiusmodi litis et cause ei constiterit neutrum dictorum Gometii et Andree et Martini in eisdem canonicatu et prebenda ius habere, de eisdem, quorum fructus, etc., importat. triginta, residendo vero et computatis distributionibus cotidianis, octuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, prefato Gometio auctoritate apostolica provideat. Non obstañ canonicatu et prebenda ecclesie Tudensis ac medietate parrochialis ecclesie sancti Michaelis de Çago quos obtinet et quorum fructus, etc., triginta librarum Turonensium similium secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, ac etiam non obstante defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, cum quo alias auctoritate apostolica dispensatum necnon, si opus est, ad maiorem cautelam dispens. cum eo ut dictos canonicatum et prebendam ecclesie Portugalensis predicte habere et retinere valeat, dicto defectu natalium ac omnibus aliis et singulis in contrarium facientibus non obstantibus et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Idus Martii, anno quarto.

---

(1) No ms. *Breteande,* com sinal de erro.
(2) No ms. *prefatam.*
(3) Será Jacobus de Camplo? Cf. nota 1 do n.º 5.
(4) No ms. *iustam,* com sinal de erro.

466

1421, Março 15

O Infante D. Pedro, duque de Coimbra, pede o indulto para seus capelães, chantres, sacerdotes e clérigos da sua capela, poderem dizer o Ofício divino segundo o costume da Igreja de Roma.

Reg. Suppl. 151, fl. 47.

Supplicat S. V. humilis et fidelis S. eiusdem ac sancte Romane Ecclesie filius Petrus, dux Colimbrie ac devotissimi et fidelissimi S. eiusdem et dicte Romane Ecclesie filii Johannis Portugalie et Algarbii regis secundo genitus, quatinus ut cappellani et cantores necnon alii presbyteri et clerici cappelle sue pro tempore existentes et qualiacumque beneficia obtinentes, horas canonicas iuxta morem Romane Ecclesie dicere valeant nec teneantur, si noluerint, ad morem vel ordinem alium super hiis observandum donec et quousque obsequiis ipsius ducis in dicta cappella institerint, quibuscumque consti-

tutionibus et ordinationibus necnon statutis provincialibus et synodalibus ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, duci, cappellanis, cantoribus, presbyteris et clericis eisdem de speciali gratia dignemini misericorditer indulgere. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Idibus Martii, anno quarto.

467

1421, Março 18

Pedro Lourenço, sacerdote, cónego de Braga e notário público, teria falsificado documentos, tornando-se indigno do canonicato e prebenda de Braga, bem como da igreja paroquial de S. Julião de Laje da dita diocese e da perpétua porção na igreja de S. Miguel de Aveiro, da diocese de Coimbra. Por isso, Diogo Afonso, sacerdote, perpétuo beneficiado da igreja de Silves, pede ao papa prive o dito notário desses benefícios, a seu favor.

Reg. Suppl. 149, fl. 234-234v.

Beatissime Pater, cum iniquitatis filius Petrus Laurentii, presbyter, canonicus Bracharensis, notarius publicus, sue proprie salutis immemor, nonnulla instrumenta falsa confecerit et aliqua falsificaverit ac pro falsario apud bonos et graves in regno Portugalie et partibus illis publice diffamatus existat, crimen periurii et falsitatis dampnabiliter incurrendo, in anime sue periculum, sacerdotalis dignitatis vilipendium et scandalum plurimorum, propter que canonicatu et prebenda in Bracharensi ac perpetua portione in sancti Michaelis de Avero ecclesiis necnon parrochiali ecclesia sancti Juliani de Lagia Colimbriensis et Bracharensis diocesum, quos obtinet, reddidit se indignum, supplicat igitur S. V. humiliter devotus orator vester Didacus Alfonsi, presbyter, perpetuus beneficiatus in ecclesia Silvensi, quatinus alicui probo in Romana Curia vel extra in partibus illis committere et mandare dignemini ut, vocato dicto Petro et aliis qui fuerint evocandi, de premissis simpliciter et de plano, absque strepitu et figura iudicii, sola veritate facti inspecta, se informet et si ea repererit veritate fulciri, ipsum Petrum canonicatu et prebenda, portione ac parrochiali ecclesia prefatis similiter privet et amoveat realiter ab eisdem et nichilominus canonicatum et prebendam, portionem et parrochialem ecclesiam prefatos, quorum omnium fructus, etc., centum et triginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem [annuum] non excedunt, sive actu ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque vel quarumcumque personis aut ipsa parrochialis (1) ecclesia per constitutionem *Execrabilis* vacent, seu alias specialiter vel generaliter reservati seu affecti sint et super eis seu eorum aliquo lis, cuius statum presentibus haberi placeat pro expresso, pendeat indecisa, eidem Didaco [fl. 234v] conferat et de illis etiam provideat. Non obstañ quod quoddam perpetuum beneficium sive mediam canoniam in Silvensi predicta ac unam portionem in beate Marie de Tavira, quarum fructus, etc. quadraginta librarum similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, ac unam in sancte Marie de Pharis et aliam in beate Marie de Lagos Silvensis diocesis ecclesiis cappellanias perpetuas, quas paratus est dimittere, dummodo, etc., ac gratia exspectativa, in cancellaria exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis

oportunis (2), et sint talia vel tale quod sufficiant ad eius privationem. — *Concessum in forma iuris.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimo quinto Kalendas Aprilis, anno quarto.

(1) No ms. *ipsa parrochiali*, com sinal de erro.
(2) No ms. sinal de erro.

468

1421, Março 27

Afonso Esteves, cónego de Tui, bacharel em decretos, pede o arcediagado de Vila Nova de Cerveira, vacante, por Álvaro Afonso, reitor da igreja de S. Martinho de Santarém, o deter injustamente.

Reg. Suppl. 151, fl. 106v-107.

Supplicat S. V. devotus vester Alfonsus Stephani, canonicus Tudensis, in decretis bacallarius, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de archidiaconatu de Cerveyra, qui dignitas curata, non tamen maior post pontificalem in dicta ecclesia Tudensi existit, etiam si electivus fuerit, cuius fructus, etc., trecentarum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem, ut asseritur, valorem annuum non excedunt, vacante ex eo quod quidam Alvarus Alfonsi, rector alias prior parrochialis ecclesie sancti Martini Sancteranensis alias de Sanctaren diocesis Ulixbonensis, archidiaconatum et parrochialem ecclesiam predictos aliquandiu contra constitutionem felicis recordationis Johannis pape xxii que incipit *Execrabilis* insimul detinuit, prout detinere etiam creditur de presenti, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et per quascumque alias personas aut per liberam resignationem dicti Alvari et etiam solum coram notario et testibus, quam dignetur eadem S. admittere aut alias in manibus Ordinarii [fl. 107] seu apud sedem apostolicam factam et admissam seu alias per dictam constitutionem *Execrabilis* vacet, aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta, etiam si alias generaliter vel specialiter dispositioni eiusdem sedis reservata existat, eidem Alfonso dignemini misericorditer providere. Non obstant. quod ipse quosdam canonicatum et prebendam in predicta ecclesia Tudensi ac nonnulla simplicia beneficia in diocesi Tudensi noscitur obtinere, quorum fructus, etc., sexaginta librarum similium eadem extimatione valorem annuum non excedunt, et quadam gratia expectativa, in cancellaria apostolica declaranda; paratus est dictus Alfonsus, in pacifica assecutione dicti archidiaconatus, quosdam canonicatum et prebendam ac iudicaturam ecclesie Mindoniensis, que simplex officium existit, ac nonnulla prestimonia et simplicia beneficia que in diocesi Mindoniensi obtinet, dimittere; cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, sexto Kalendas Aprilis, anno quarto.

469-470

1421, Março 28

Afonso Anes, cónego de Lamego e bacharel em decretos, pede nova provisão sobre a igreja paroquial de Santa Leocádia de Riba de Paiva, diocese de Lamego. João Gonçalves e João Anes pedem confirmação da permuta entre eles das igrejas paroquiais de S. Pedro de Várzea e de S. Cipriano, da diocese de Lamego.

Reg. Suppl. 149, fl. 297v-298v.

Beatissime Pater, nuper vacante parrochiali ecclesia sancte Leocadie de Riba de Paiva Lamecensis diocesis per obitum quondam Valasci Johannis, extra Romanam Curiam defuncti, devotus vester Alfonsus Johannis, canonicus Lamecensis, bacallarius in decretis, eamdem ecclesiam sic vacantem, vigore gratie apostolice S. V. infra tempus legitimum acceptavit et de illa sibi obtinuit providere eiusque possessionem extitit assecutus, dubitat tamen premissa ex certis causis viribus non subsistere. Supplicat igitur S. V. humiliter dictus Al[fonsus] quatinus sibi de dicta parrochiali ecclesia, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona vel per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si specialiter vel generaliter reservata, affecta vel devoluta sit, et super ea inter aliquos lis, cuius statum presentibus haberi placeat pro expresso, pendeat indecisa, dignemini misericorditer de novo providere. Non obstañ quod canonicatum et prebendam dicte ecclesie Lamecensis quorumque fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, obtinet, necnon defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, super quo secum dispensatum est, prout in confectione litterarum exprimetur, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria declaranda, et cum ceteris non obst. [fl. 298] et clausulis oportunis.

470. Beatissime Pater. Cum nuper devoti vestri Johannes Gunsalvi sancti Petri de Varzea et Johannes Johannis sancti Cypriani parrochiales ecclesias Lamecensis diocesis, quas tunc obtinebant, desiderantes illas invicem permutare ex causa permutationis extra Romanam Curiam resignarunt, et Johannes Gunsalvi sancti Cypriani et Johannes Johannis sancti Petri ecclesias predictas auctoritate ordinaria ex causa permutationis huiusmodi hinc inde ipsas collatas fuerunt assecuti, dubitant tamen pro eo premissa hinc inde viribus non subsistere quod idem Johannes Gunsalvi eamdem ecclesiam sancti Petri, dudum tunc certo modo vacantem canonice sibi collatam, per annum et ultra pacifice possidens, impedimento cessante legitimo et dispensatione super hoc canonica non obtenta, se non fecit ad sacerdotium promoveri, supplicant igitur S. V. humiliter Jo[hannes] Gunsalvi et Jo[hannes] Johannis prefati quatinus Jo[hanni] Gunsalvi de sancti Cypriani, cuius quinquaginta, et Johanni Johannis predictis de sancti Petri ecclesiis ipsis, cuius triginta, librarum Turonensium parvorum, fructus, etc., communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, et sancti Petri per non promotionem et sancti Cypriani ecclesie huiusmodi, de qua dudum tunc certo modo vacante, Ludovico Gunsalvi auctoritate apostolica provisum extitit, qui omni iuri sibi in illa competenti ex nunc in manibus S. V.

renuntiat, sive aliis quibusvis modis, aut ex aliarum quarumcumque personis vel per constitutionem *Execrabilis*, vacent, aut specialiter vel generaliter reservate, affecte vel devolute sint, et super illis inter aliquos lis sive lites, quarum omnium statum presentibus haberi placeat pro sufficienter expresso, pendeant indecise, dignemini misericorditer de novo providere, cum habilitatione, in quantum indigent, cum etiam post permutationem ex illis fructus non perceperint. Non obstañ quod Jo[hannes] Gunsalvi canonicatum et prebendam ecclesie Lamecensis, quorum fructus, etc., etiam quadraginta librarum Turonensium similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, obtinet, ac gratiis expectativis pro utroque in cancellaria declarandis et cum ceteris non obst. et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur pro utroque.*

Datum Rome, apud [fl. 298v] Sanctum Petrum, quinto Kalendas Aprilis, anno quarto.

471

1421, Março 31

O nobre João de **Tovar**, *cubiculário do papa, solicita o canonicato e prebenda de Toledo, vacantes por morte do chamado deão de Braga.*

Reg. Suppl. 149, fl. 298v-299.

Beatissime Pater, dudum vacantibus canonicatu et prebenda ecclesie Toletane ac nonnullis prestimoniis in eadem diocesi per obitum quondam decani Bracarensis nominati, extra Romanam Curiam defuncti, devotus orator vester nobilis Johannes de Tovar, eiusdem S. cubicularius, vigore gratie expectative per S. V. eidem concesse, illos et illa acceptavit et de illis sibi obtinuit provideri. Verum Pater Sancte, quia ab aliquibus asseritur collationem et provisionem predictas et omnia inde secuta aliquibus ex causis viribus non subsistere, idcirco supplicat S. V. idem Johannes quatinus de dictis [fl. 299] canonicatu et prebenda ac prestimoniis prefatis, quorum fructus, etc., supra locum residendo, distributionibus quotidianis etiam computatis, trecentarum librarum Turonensium parvorum, importat. vero triginta, communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo, aut per quamcumque personam vacent, etiam si alias generaliter vel specialiter dispositioni sedis apostolice reservat. aut devolut. seu alias litigios. inter aliquos in Curia vel extra, cuius statum presentibus dignemini habere pro expresso, existant, eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Non obstantibus canonicatibus et prebendis Ispalensis et Burgensis ecclesiarum ac nonnullis prestimoniis et prestimonialibus portionibus, que et quot sint, S. V. dignetur hic habere pro expressis, in eisdem civitate et diocesi, quorum omnium fructus, [etc.], octingentarum librarum similium valorem annuum non excedunt, ac quadam gratia expectativa, cum dispensatione retentionis duorum incompatibilium, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, pridie Kalendas Aprilis, anno quarto.

472-473

1421, Abril 2

Pedro Gonçalves, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Óbidos, da diocese de Lisboa, pede a perpétua porção na igreja paroquial de S. Tomé da dita cidade. Diogo Afonso, meio cónego da igreja de Silves, pede o canonicato e prebenda de Tui, as metades ou porções das igrejas de S. Salvador de Cabreiro, de Ázere e de Vila Fonche e o prestimónio de Valadares, da diocese de Tui, vacantes pela promoção de Garcia Rodrigues, bispo eleito e confirmado de Silves.

Reg. Suppl. 151, fl. 154-154v.

Supplicat S. V. devotus vester Petrus Gundisalvi, rector prior nuncupatus parrochialis ecclesie sancte Marie de Obidos Ulixbonensis diocesis, quatinus sibi gratiam facientes specialem, de perpetua portione sine cura in parrochiali ecclesia sancti Thome Ulixbonensis, vacante per liberam resignationem eiusdem Petri in manibus S. V. nuper factam et per eamdem S. admissam, cuius fructus, etc., quadraginta quinque librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si specialiter vel alias generaliter reservata vel devoluta aut litigiosa sit, eidem Petro dignemini misericorditer providere. Non obstañ dicta ecclesia sancte Marie, cuius fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium similium communi extimatione valorem annuum non excedunt et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat.*

473. Supplicat S. V. humilis et devotus orator vester Didacus Alfonsi presbyter, medius canonicus seu semiprebendatus ecclesie Silvensis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie Tudensis ac de sancti Salvatoris de Cabreyro et de Azer necnon de Guilhafonse medietatibus seu portionibus ecclesiarum sine cura ac archipresbyteratu rurali aut [fl. 154v] prestimonio de Valladares Tudensis diocesis, etiam si cum prestimonialibus portionibus existat, quorum omnium fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacantibus vel dum vacabunt per promotionem de persona reverendi patris Garsie Roderici, electi confirmati Silvensis (1), ad ecclesiam Silvensem per V. S. factam et munus consecrationis impensum vel impendendum eidem, aut per lapsum temporis, etc., vacaverint seu vacant ad presens, vel alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacent, et generaliter vel specialiter reservati aut devoluti aut curati et electivi litigiosique existant, eidem Didaco dignemini misericorditer providere. Non obstañ dicta dimidia canonia Silvensi et perpetua portione sine cura sancte Marie de Tavilla et duabus capellis seu cappellaniis quas obtinet, una in sancta Maria de Faarom et alia in sancta Maria de Lagos dicte diocesis Silvensis ecclesiis, quorum omnium fructus, etc., quinquaginta librarum similium communi extimatione valorem annuum non excedunt, signantes, Pater Sancte, per *Fiat ut petitur* quoad omnia in dicta supplicatione contenta, regulis, constitutionibus et ordinationibus vestre cancellarie in contrarium editis non obstantibus quibuscumque et gratia expectativa, et alia nomina seu oracula dictorum beneficiorum in cancellaria latius declaranda; paratus est autem

dimittere dictas duas cappellanias, dum, etc., et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis ut in forma. — *Fiat.*

... ...

[fl. 155] *Fiat ut petitur pro omnibus sex. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto Nonas Aprilis, anno quarto.

(1) D. Garcia Rodrigues de Magalhães, cónego de Braga, nomeado por Martinho V a 15 de Julho de 1418, tendo sucedido a João Alvares, deão de Viseu e doutor em leis, que fora nomeado por João XXIII em Junho de 1414. Foi transferido em Junho de 1421 para a sé de Lamego e para a de Viseu em Abril de 1426. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 291, 452, 532. SOUSA COSTA, OFM, A. D. DE, *Doutoramento em leis, na Universidade de Bolonha, de D. João Alvares, deão de Viseu, depois bispo de Silves*, em *Itinerarium* 4 (1958) 351-354.

474

1421, Abril 4

D. João I, rei de Portugal, e seu sobrinho, administrador da diocese de Évora, pedem ao papa a declaração de que o administrador D. Pedro não incorrera em nenhuma pena, por ainda se não ter sagrado, porque a morte de seu irmão D. João na tomada e defesa de Ceuta contra os Sarracenos dificultara-lhe a sagração episcopal.

Reg. Suppl. 151, fl. 85v-86. Publicada em *Monumenta Henricina*, III, Coimbra 1961, n. 6, pp. 10-12.

Beatissime Pater, exponitur S. V. pro parte humilimi et devotissimi eiusdem S. et sancte Romane Ecclesie filii Johannis regis Portugalie et devote creature vestre Petri electi Elborensis, eiusdem nepotis (1), quod, cum nuper civitas Secte maximi Sarracenorum Crucis Christi et christiani nominis inimicorum exercitus vi opprimeretur obsidione ac quondam Johannes, ipsius electi frater, fervidus christiane religionis zelator fideique catholice et Ecclesie Dei strenuus pugil et fortis athleta (2) cum pluribus aliis christifidelibus per eumdem regem ad liberandum civitatem ipsam et populum Dei defensandum missus, post gloriosam victoriam quam reportaverat, letaliter per infideles ipse vulneratus occubuisset in Domino, de ipsius morte fuit prefatus electus adeo doloris stimulis perpessus, quod tam gravem incidit infirmitatem quod etiam medici de eius vita desperarent, in qua etiam infirmitate tam diu laboravit quod infra tempus de consecrandis episcopis, a canonibus diffiniti, ad debitos ordines promoveri et se consecrari atque interim camere apostolice de annatis, in quibus illi ratione dicte ecclesie tenebatur, satisfacere nequivit. Eapropter idem electus, conscientia motus, dubitat iuris et etiam in quadam constitutione et statuto eiusdem S. dudum editis penas sive sententias incurrisse. Supplica[n]t igitur eidem S. humiliter rex et electus prefati quatinus decernere et declarare dignemini prefatum electum nullam propter premissa excommunicationis aut quamvis aliam penam vel sententiam incurrisse nec etiam eamdem ecclesiam Elborensem propter aliquod premissorum vacavisse aut vacare ac omnia et singula per eumdem electum et eius nomine circa regimen et administrationem dicte ecclesie tam in spiritualibus quam tem-

poralibus gesta, valida et efficacia censeri et haberi debere, statuentes et prorogantes sibi tempus et terminum ad sex menses propter longinquam distantiam eiusdem civitatis a Romana Curia, infra quod munus suscipere et annatam huiusmodi persolvere debeat et teneatur et nichilominus, inquantum expediat, ipsum ab excommunicationis et aliis sententiis et penis, si quas propterea forsan incurrit, absolvere ipsumque in [fl. 86] integrum et statum pristinum restituere, premissis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat et absolvatur in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, pridie Nonas Aprilis, anno quarto.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 439.
(2) No ms. *adletha.*

475

1421, Abril 5

Gil Vasques, sacerdote, reitor da igreja paroquial de Santa Eulália de Pedorido, da diocese de Lamego, pede outros benefícios, além dos que já possuía.

Reg. Suppl. 151, fl. 203v.

Supplicat S. V. devotus et humilis vester Egidius Valasci, presbyter, rector parrochialis ecclesie sancte Eulalie de Pidoorido (1) Lamecensis diocesis, quatinus secum ut una cum eadem parrochiali ecclesia ac aliis inferius descriptis beneficiis ecclesiasticis, que obtinet, et quamcumque aliam similiter parrochialem ecclesiam vel collegiatam seu quodcumque curatum aut alias cum ipsa ecclesia sancte Eulalie incompatibile beneficium ecclesiasticum, etiam si dignitas, personatus, administratio vel officium, etiam curatum et electivum, in cathedrali seu collegiata ecclesia fuerit, si sibi alias canonice conferatur, recipere illasque seu illa insimul quoad vixerit retinere libere et licite valeat, cum plenaria potestate illa omnia pro similibus vel dissimilibus permutandi, etc., dispensare dignemini. Non obstañ canonicatu et prebenda in Portugalensi ecclesia ac quadam perpetua portione sine cura in ecclesia collegiata sancti Petri de Ferreira dicte diocesis, quos etiam obtinet, et quorum necnon prefate ecclesie sancte Eulalie fructus, etc., nonaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, necnon defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, super quo alias secum tam apostolica quam ordinaria auctoritatibus, prout in cancellaria latius declarabitur, dispensatum extitit et super quo etiam quoad effectum presentis gratie dispensare dignemini, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ad annum ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Nonis Aprilis, anno quarto.

---

(1) No ms. sinal de erro.

476

1421, Abril 9

D. André Dias, bispo de Cidade Rodrigo, pede a comenda do mosteiro de Santa Maria da Caridade, da Ordem dos Premonstratenses.

Reg. Suppl. 151, fl. 221. Publicado por SOUSA COSTA, OFM, A. D. DE, *Mestre André Dias de Escobar, figura ecuménica do século XV, Documentos*, n. 36.

Supplicat S. V. humilis et devota creatura vestra Andreas, episcopus Civitatensis (1), qui ex fructibus et bonis mense sue episcopalis Civitatensis nichil percipit et aliquod beneficium ecclesiasticum, unde sustentari valeat, non habet, quatinus sibi, ne in obprobrium pontificalis dignitatis mendicare cogatur, de alicuius subventionis auxilio providentes, monasterium sancte Marie de Caritate Premonstratensis ordinis Civitatensis diocesis, quod impresentiarum canonicis caret, prout etiam aliquando caruit, et cuius fructus, etc., quadringentorum florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacans per obitum quondam Johannis, ipsius monasterii abbatis, extra Romanam Curiam defuncti, sive premisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona (2) vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservatum vel devolutum sit, eidem episcopo per eum quoad vixerit tenendum, regendum et gubernandum, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis commendare dignemini, curam, regimen et administrationem illius sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, ita quod ipse de eiusdem monasterii fructibus huiusmodi intromittere et de illis disponere et ordinare ac in suos usus convertere libere et licite valeat, sicut veri eiusdem monasterii abbates, qui fuerunt pro tempore, de illis disponere vel ordinare potuerunt. Non obstañ gratia expectativa, quam idem episcopus habet, et quadam pensione centum florenorum similium, super fructibus mense monasterii Cellenove ordinis sancti Benedicti Auriensis (3) diocesis, sibi ad vitam suam assignata, et quod ipse episcopus eiusdem ordinis sancti Benedicti professor existit, cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ad beneplacitum nostrum. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quinto Idus Aprilis, anno quarto.

---

(1) Cf. nota 2 do n.º 107.
(2) No ms. *persone.*
(3) No ms. *Vrgeñ*, com sinal de erro.

477

1421, Abril 10

Luís Gonçalves, clérigo de Lamego, escolar de direito canónico, pede um benefício eclesiástico da colação do bispo lamecense e do abade do mosteiro de S. João de Alpendurada.

Reg. Suppl. 157, fl. 365v.

Supplicat S. V. humiliter devotus vester Ludovicus Gunsalvi, clericus Lamecensis, scollaris in iure canonico, quatinus sibi de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, etiam si integra vel dimidia portio aut officium fuerit, vacante vel vacaturo, spectante communiter vel divisim ad collationem, etc., episcopi Lamecensis necnon decani, capituli singularumque personarum ecclesie Lamecensis ac abbatis et conventus monasterii sancti Johannis de Alpendorada ordinis sancti B[enedicti] Portugalensis diocesis, dignemini misericorditer providere. Non obstañ defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, super quo secum dispensatum est, prout in cancellaria eiusdem S. exprimetur, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto Idus Aprilis, anno quarto.

478

1421, Abril 14

Gil Vasques, sacerdote, reitor da igreja paroquial de Santa Eulália de Pedorido, da diocese de Lamego, pede novos benefícios, além dos que retinha.

Reg. Suppl. 151, fl. 97v.

Supplicat S. V. devotus et humilis vester Egidius Valasci, presbyter, rector parrochialis ecclesie sancte Eulalie de Pidwrido Lamacensis diocesis, quatinus secum ut una cum eadem parrochiali ecclesia ac aliis inferius descriptis beneficiis ecclesiasticis, que obtinet, quamcumque aliam similiter parrochialem ecclesiam vel collegiatam seu quodcumque curatum aut alias cum ipsa ecclesia sancte Eulalie incompatibile beneficium, etiam si dignitas, personatus, administratio vel officium, etiam curatum et electivum, in cathedrali seu collegiata ecclesia fuerit, si sibi alias canonice conferatur, recipere illasque seu illa insimul ad viginti annos retinere libere et licite valeat, cum plenaria potestate illa omnia pro similibus vel dissimilibus permutandi, etc., dispensare dignemini. Non obstañ canonicatu et prebenda in Portugalensi ac quadam perpetua portione sine cura in ecclesia collegiata sancti Petri de Fereyra dicte diocesis, quos etiam obtinet et quorum et necnon prefate ecclesie sancte Eulalie fructus, etc., nonaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, necnon defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, super quo alias secum tam apostolica quam ordinaria auctoritatibus, prout in cancellaria latius declarabitur, dispensatum extitit et super quo etiam quoad effectum presentis gratie dispensare dignemini. Et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimo octavo Kalendas Maii, anno quarto.

479

1421, Abril 25

João Rodrigues do Casal, perpétuo porcionário da igreja de S. Pedro de Ferreira, da dio-

cese do Porto, pede o canonicato e prebenda de Évora que D. Vasco, bispo do Porto, aceitara e estavam vacantes pela promoção do dito D. Vasco à sé portuense.

Reg. Supp. 151, fl. 232.

Beatissime Pater, dudum vacantibus canonicatu et prebenda ecclesie Elborensis per obitum quondam Johannis Johannis, extra Romanam Curiam defuncti, devota creatura vestra Valascus episcopus Portugalensis (1), tunc in minoribus constitutus, illos vigore quarumdam litterarum apostolicarum infra tempus legitimum acceptavit et de illis sibi obtinuit provideri. Supplicat igitur S. V. devotus vester Johannes Roderici de Casal, perpetuus portionarius secularis ecclesie sancti Petri de Fereira Portugalensis diocesis, quatinus sibi gratiam facientes specialem, de canonicatu et prebenda ecclesie predicte, quorum fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacantibus per promotionem dicti domini episcopi, ipsorum canonicatus et prebende possessione per eum non habita, ad ecclesiam Portugalensem et munus consecrationis eidem apud sedem apostolicam impensum, sive ut premittitur sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacent, etiam si specialiter vel alias generaliter reservati, devoluti vel litigiosi existant, eidem Johanni misericorditer providere ac secum ut non obstañ defectu natalium quem patitur de presbytero ordinis sancti Augustini professo genitus et soluta, super quo secum dispensatum est, ut in cancellaria exprimetur, dictos canonicatum et prebendam obtinere valeat, dispensare dignemini de gratia speciali. Non obstañ dicta portionaria dicte ecclesie sancti Petri ac parrochiali ecclesia sancte Ovaye de Veriz Bracharensis diocesis, cuius possessionem non tenet et super qua in partibus litigat, quorum omnium fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat.*

... ...

[fl. 233v] *Fiat ut petitur pro omnibus quatuor et dispensamus de tribus annis cum ultimo. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, septimo Kalendas Maii, anno quarto.

---

(1) D. Vasco Peres, doutor em ambos os direitos, deão de Viseu, nomeado por Martinho V a 2 de Abril de 1421, transferido em Março de 1423 para a sé de Évora. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 236, 407.

480

1421, Abril 26

Gil Vasques, sacerdote, reitor da igreja paroquial de Santa Eulália de Pedorido, da diocese de Lamego, solicita mais benefícios.

Reg. Suppl. 151, fl. 262v.

Supplicat S. V. devotus et humilis vester Egidius Valasci, presbyter, rector parrochialis ecclesie sancte Eulalie de Pidoorido Lamecensis diocesis, quatinus secum ut una cum eadem parrochiali ecclesia ac aliis inferius descriptis beneficiis ecclesiasticis que obtinet et quamcumque aliam parrochialem ecclesiam vel collegiatam seu quodcumque curatum vel alias cum ipsa ecclesia sancte Eulalie incompatibile beneficium ecclesiasticum, etiam si dignitas, personatus, administratio vel officium etiam curatum et electivum in cathedrali seu collegiata ecclesia fuerit, si alias canonice conferantur, recipere illasque seu illa insimul hinc ad decennium retinere libere et licite valeat, cum plenaria potestate illa omnia pro similibus vel dissimilibus permutandi, etc., dispensare dignemini. Non obstañ canonicatu et prebenda in Portugalensi ecclesia ac quadam perpetua portione sine cura in ecclesia collegiata sancti Petri de Ferreira dicte diocesis, quos etiam obtinet et quorum necnon prefate ecclesie sancte Eulalie fructus, etc., nonaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, necnon defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, super quo alias secum tam apostolica quam ordinaria auctoritatibus, prout in cancellaria latius declarabitur, dispensatum extitit, et super quo etiam quoad effectum presentis gratie dispensare dignemini, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur ad annum et interim permutet. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, sexto Kalendas Maii, anno quarto.

481

1421, Abril 27

Nova súplica de João Rodrigues, que estudara direito canónico durante dois anos, sobre a pluralidade de benefícios, devido a certas omissões.

Reg. Suppl. 151, fl. 177v.

Reformatio Johannis Roderici super uberiori dispensatione ad obtinenda plura beneficia (1).

Beatissime Pater. Cum ad signaturam supplicationis, cuius copia prescribitur, ut ab aliquibus asseritur, non veniant supplicanti canonicatus et prebenda, dignitas vel personatus ecclesie cathedralis, dignetur eadem S., actento quod dictus Johannes per biennium in iure canonico studuit, litteras super dicta supplicatione cum clausula videlicet etiam si canonicatus et prebenda et unum ipsorum dignitas, personatus vel officium dicte cathedralis ecclesie fuerit et per modum in suprascripta supplicatione contentum et petitum expediri mandare sub prima data. Constitutionibus apostolicis ac Pictavensis concilii ceterisque in contrarium editis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis non obstañ superius declaratis et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur, si sine scandalo.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quinto Kalendas Maii, anno quarto.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

482

1421, Abril 29

Nova súplica do arcebispo, deão e cabido de Braga, sobre a redução do número de prebendas que era de 44 e não 40, como se dizia na primeira.

Reg. Suppl. 151, fl. 97v-98.

Reformatio archiepiscopi, decani et capituli ecclesie Bracharensis super reductione prebendarum ecclesie Bracharensis (1).

Beatissime Pater, cum in suprascripta supplicatione propter errorem scribentis [fl. 98] seu formantis illam minus veram informationem erratum sit in numero prebendarum, cum videlicet prebende predicte xliiii nunc existunt, dignetur igitur S. V. litteras super premissis conficiendas cum expressione xliiii prebendarum usque ad numerum triginta diminuendarum, ita quod interim donec ad huiusmodi reducendum numerum sint redacte, archiepiscopus et capitulum ad receptionem alicuius minime teneantur et ad id compelli aut excommunicari, etc., non possint, excommunicationis et alias sententias et penas ac censuras [in] irritum revocantes, et cum clausulis oportunis. — *Fiat.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Kalendas Maii, anno quarto.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

483-486

1421, Abril 29

Leonor de Altolapide, mulher do falecido Lourenço Anes Fogaça, chanceler-mor de D. João I, rei de Portugal, pede a confirmação do seu testamento, pelo qual deixou bens para dois religiosos franciscanos dizerem missa e outros ofícios, na capela fundada na igreja dos mesmos, por sua alma, do marido, de seus progenitores, dos seus filhos e dos Sumos Pontífices, cuja capela devia ser governada por um desses religiosos. A abadessa e freiras de Santa Clara de Lisboa, cujo mosteiro se encontrava dentro dos limites da paróquia de Santo Estêvão, pedem ao papa intervenha, de modo a não serem obrigadas a pagar mais que a quarta funerária pelos funerais dos que escolherem sepultura na igreja ou cemitério das mesmas. O provincial dos Franciscanos e os frades e freiras, visto seus conventos serem isentos, como mendicantes, pedem sejam respeitados seus privilégios. João Álvares de Oliveira, senhor de Évora, pede a recuperação dos bens que foram subtraídos por barões e nobres, quando seu pai fugiu para Castela, devido à guerra entre este reino e Portugal.

Reg. Suppl. 151, fl. 266-267v.

Beatissime Pater, dudum devota filia vestra Leonor de Altolapide, uxor quondam domini Laurentii Johannis Foguaça, maioris cancellarii regni Portugalie, de propria salute recogitans ac cupiens terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio commu-

tare, inter cetera per eam in suo iam condito testamento ordinata de bonis a Deo sibi collatis quamdam capellam in ecclesia fratrum Minorum conventus Ulixbonensis antea inibi fundatam seu constructam pro sue et dicti domini Laurentii ac progenitorum et filiorum suorum necnon ob sancte sedis apostolice reverentiam pro cunctorum summorum pontificum animarum salute competenter pro duobus presbyteris divina officia ibidem singulis diebus celebraturis dotavit, volens et ordinans quod eadem capella per unum ex fratribus ipsius conventus, qui bona et redditus ipsius capelle colligat et recipiat ac in reparationem ipsius capelle et in emptionem ornamentorum ecclesiasticorum eidem capelle pro tempore necessariorum necnon alias in utilitatem eiusdem capelle convertat, regeretur, prout in dicto testamento, cuius tenorem hic habere dignemini pro sufficienter expresso, plenius continetur. Ut igitur, Pater Sancte, premissa firmiori robore subsistant, supplicat S. V. dicta Leonor quatinus illa omnia necnon etiam alia in dicto testamento contenta et eamdem capellam [fl. 266v] concernentia rata et grata habere ac ex vestra certa scientia auctoritate apostolica confirmare dignemini et nichilominus tam eidem Leonori ut hac primaria vice unum de dictis fratribus in rectorem seu gubernatorem dicte capelle eligere et nominare quam etiam eidem fratri sic eligendo, postquam electus et nominatus fuerit, necnon etiam aliis fratribus sibi in huiusmodi regimine succedentibus qui videlicet ad huiusmodi regimen taliter eligantur, quod predecessor in mortis articulo suum successorem debeat nominare atque eligere ut huiusmodi regimen et gubernationem assumere et gerere ac exercere et in ipsa capella divina officia per presbyteros de eodem conventu vel alios ydoneos, de quibus eis videbitur, celebrari facere possint et valeant, licentiam concedere dignemini et etiam facultatem. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat in forma.* O.

484. Beatissime Pater, licet abbatissa et conventus monasterii monialium inclusarum sancte Clare Ulixbonensis iam per centum annos et ultra ac tanto tempore, cuius contrarii memoria non existit, fuissent in pacifica possessione vel quasi iuris percipiendi et habendi oblationem et funeralia universa pro tempore provenientia ratione corporum fidelium defunctorum in ecclesia seu cimiterio dicti monasterii sepeliri volentium, soluta tamen quarta parte funeralium huiusmodi rectori parrochialis ecclesie sancti Stephani Ulixbonensis, infra cuius parrochiam dictum monasterium existit, tamen moderni rector et perpetui beneficiati in eadem ecclesia parrochiali de quarta parte supradicta, de qua secundum constitutiones Clementinas que incipit *Dudum, De sepulturis*, merito contentari deberent, non contenti, easdem abbatissam et moniales propter varios lacrimabiles sinistros eventus, ipsas et dictum monasterium continue affligentes, in extrema paupertate constitutas et se ac iura ipsarum defendere non valentes, super premissis et eorum occasione impresentiarum multipliciter molestare et perturbare non verentur, quapropter supplicant S. eidem humiliter abbatissa et conventus ac moniales prefate quatinus alicui probo in partibus illis committere dignemini ut, si premissa vera esse repererit, eisdem abbatisse et conventui pro earum sustentatione et onerum eis et dicto monasterio incumbentium supportatione, ut oblationem et funeralia quorumcumque defunctorum in civitate et diocesi Ulixboneñ pro tempore decedentium et in ecclesia [fl. 267] seu cimiterio dicti monasterii causa devotionis sepulturas suas eligentium, soluta tamen semper quarta parte funeralium, etc., recipere et retinere, prout hactenus a temporibus suprascriptis et de consuetudine prescripta legitime consueverunt, libere et licite valeant, auctoritate apostolica indulgeat et etiam concedat ipsosque rectorem et beneficiatos contra supradictos et quoscumque alios molestatores protegat et etiam defendat, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur in forma iuris.* O.

485. Beatissime Pater, licet devoti oratores vestri ministri provinciales et alii universi fratres Minores ubique terrarum degentes primi de ordine mendicantium existentes necnon sorores domus monasterii loca et hospitalia quecumque sub cura et regimine ordinis et fratrum predictorum existentia ac eorum gubernatores et rectores cum omnibus suis iuribus et pertinentiis suis ab omni iurisdictione, dominio, subiectione et potestate quorumlibet temporalium dominorum ac Ordinariorum et prelatorum ac personarum ecclesiasticorum necnon a solutione cuiuscumque collecte, pedagii, tallii (1), etc., ac cuiuslibet alterius generis exactionis de iure communi exempti, liberi et immunes existunt, nichilominus tamen minister provincialis ac fratres necnon sorores ac hospitalium aliquorum rectores sub cura eorumdem fratrum in regno Portugalie degentes, super premissis a diversis spiritualibus et temporalibus dominis illarum partium et eorum officialibus penas a canonibus contra tales institutas incurrere non formidantes, multipliciter molestantur et sepissime coram diversis iudicibus spiritualibus et temporalibus illarum partium propter defectum executorum exemption. et libertat. eorum huiusmodi et alias propter longam absentiam ministri provincialis dicti regni de facto ad iudicium evocantur, propter quod divinus cultus in domibus eorumdem fratrum negligitur et diminuitur et ipsorum ac incolarum dicti regni devotio continue lentescit. Quapropter supplicant S. V. humiliter minister provincialis et fratres predicti quatinus ipsis necnon sororibus, rectoribus et gubernatoribus predictis in prefato regno sub eorum cura degentibus ut eo liberius et quietius Altissimo sedulum et devotum exhibere valeant famulatum et pro eorum animi tranquillitate et pace litteras executoriales cum insertione exemptionis eorum huiusmodi contra predictos et quoscumque alios molestatores ex superhabundanti [fl. 267v] de speciali gratia concedere dignemini, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat de conservatoria in forma. O.*

486. Beatissime Pater, exponit S. V. humilis et devotus vester Johannes Alvari de Oliveyra, domicellus Elborensis, quod olim progenitores sui, volentes quod eorum bona post suam mortem remanerent indivisa, quemdam maioritatum in predio qui de Oliveyra dicitur, diocesis Elborensis, de novo fundarunt, omnia bona sua eidem maioritatui uniendo, et voluerunt quod dictus maioritatus indivisus successive remaneret propinquiori de sua parentela per lineam rectam descendenti et quod ille qui sic succederet in dicto maioritatu faceret perpetuis temporibus duas missas omni die celebrari in ecclesia Elborensi. Deinde mortuis fundatoribus ipsius maioritatus, propinqui sive consanguinei sui, iuxta ipsorum voluntatem, successerunt, prout pater ipsius exponentis successit, ipsaque bona indivisa per nonnulla tempora tenuit et possedit. Demum vigentibus guerris inter reges Portugalie et Castelle, pater ipsius propter certas partes sibi contrarias de regno Portugalie ad regnum Castelle se transtulit ibique per multa tempora moram traxit, quapropter bona ipsius maioritatus pro maiori parte per nonnullos barones et potentes de partibus illis fuerunt destructa et ab ipso maioritatu al[i]enata. Postea vero, Pater Beatissime, ipsius exponentis genitore de dicto regno Castelle ad dictum regnum Portugalie reverso et incipiente dicta bona recuperare ad ipsum maioritatum, viam universe carnis fuit ingressus ipseque exponens adeo remansit in tenera etate quod hucusque dicta bona non potuit recuperare. Cum autem ipse exponens iam factus pubes desiderat atque sperat bona mediante iustitia ad possessionem maioritatus ipsius recuperare ut misse iuxta voluntatem ipsius instituentis in ecclesia Elborensi celebrentur, supplicat S. V. exponens prefatus quatinus, pro subsidio recuperationis ipsorum bonorum missas que alienationis predicte tempore durante omisse fuerunt, sibi remittere necnon quod donec bona

predicta plene recuperaverit, nonnisi unam missam sex mensibus anni in prefata ecclesia celebrari facere non teneatur nec ad id interim a quoquam coartari valeat, concedere dignemini de gratia speciali. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat de preteritis. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Kalendas Maii, anno quarto.

---

(1) No ms. sinal de erro.

487

1421, Abril 30

Pedro Gonçalves, prior da igreja paroquial de Santa Maria de Óbidos, pede o canonicato e prebenda de Évora, vacantes pela promoção de D. Vasco à sé do Porto, sagrado na Cúria pontifícia.

Reg. Suppl. 152, fl. 76.

Beatissime Pater, dudum canonicatu et prebenda ecclesie Elborensis per obitum quondam Valasci Egidii, extra Romanam Curiam defuncti, vacantibus, ipsi canonicatus et prebenda sic vacantes fuerunt ut creditur per dominum Valascum, nunc episcopum Portugalensem (1), tunc vero in minoribus agentem, seu pro eo vigore gratie expectative sibi antea per S. V. facte infra tempus legitimum acceptati provisioque ac forsitam possessio obtente de eisdem. Cum autem, Pater Sancte, dictus dominus Valascus postmodum fuerit in episcopum Portugalensem per S. V. promotus ac tandem apud sedem apostolicam munus consecrationis susceperit, supplicat S. V. devotus orator vester Petrus Gunsalvi, prior parrochialis ecclesie sancte Marie de Obidis Ulixbonensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de dictis canonicatu et prebenda, quorum fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per promotionem et muneris susceptionem huiusmodi, aut adhuc per obitum prefati Valasci Egidii, vel alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona vacent, etiam si dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservati, devoluti ac litigiosi existant, misericorditer providere dignemini. Non obstañ prioratu dicte parrochialis ecclesie quem obtinet et cuius fructus, etc., centum quadraginta librarum Turonensium similium secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, et gratia expectativa necnon dispensatione ad duo incompatibilia usque ad quinquennium in cancellaria latius declaranda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, pridie Kalendas Maii, anno quarto.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 92, nota 1 do n.º 479.

488

1421, Maio 2

Luís Gonçalves, clérigo de Lamego e bacharel em decretos, já dispensado do impedimento de ilegitimidade para receber as Ordens sagradas e um benefício eclesiástico, pede a faculdade de poder aceitar dois, três ou quatro benefícios compatíveis.

Reg. Suppl. 151, fl. 273v-274.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Ludovicus Gunsalvi, clericus Lamacensis, bacalarius in decretis, cum quo alias super [fl. 274] defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam habeat animarum, obtinere valeret, auctoritate apostolica extitit dispensatum et litteris iam confectis, quatinus secum ut duo, tria et quatuor beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebenda ac dignitas, personatus vel officium, cum cura vel sine cura, in metropolitana vel cathedrali seu collegiata ecclesia fuerit, si sibi alias canonice conferantur, vel assumatur ad illa, recipere et retinere illaque, quotiens sibi placuerit, simpliciter vel ex causa permutationis dimittere et, loco dimissi vel dimissorum, aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica, invicem compatibilia, etiam recipere et licite retinere valeat, dignemini misericorditer de speciali gratia dispensare. Non obstañ gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria eiusdem S. exprimenda, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, sexto Nonas Maii, anno quarto.

489

1421, Maio 2

Petição de Afonso de Casaus, nobre de Sevilha, sobre algumas ilhas Canárias, que lhe concedera el-rei de Castela.

Reg. Suppl. 151, fl. 274-274v. Publicada em *Monumenta Henricina*, III, n. 8, pp. 14-16.

Beatissime Pater, dudum devota creatura eiusdem S. et sancte Romane Ecclesie filius Johannes Castelle et Legionis rex provide attendens grata plurima et diversa sibi per devotum vestrum Alfonsum de Casaus, nobilem Ispalensem, impensa servitia et que verisimiliter impendere deberet in futurum, talem (1) illi gratiam proposuit exhibere, per [fl. 274v] quam Altissimo et christiane fidei gloriam augmentaret et ipsi regi, successu temporis, maiori potentia ministraret obsequia, de Magna Canaria, de Tenerife, de la Gumera et de Palmas insularum infidelibus possessarum conquestam sub spe subiuga-

tionis et ad fidem catholicam reductionis, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis pro se et heredibus suis, sub certis modis et modificationibus tunc expressis commisit, concessit et libere donavit, prout in litteris ipsius regis inde confectis plenius continetur. Verum, Pater Sancte, ut idem Alfonsus eo (2) ferventius ad reductionem et recuperationem insularum huiusmodi animetur, quo ex hoc dono Romani pontificis sentiat se fulcitum (3), supplicatur S. V. humiliter pro parte dicti Alfonsi (4) quatinus commissionem, concessionem et donationem huiusmodi et omnia ac singula in ipsis litteris contenta confirmare et apostolici scripti munimine roborare et quantum expedit, prefatas insulas cum mero et mixto imperio ac omnibus iuribus et pertinentiis suis recuperandas prefato Alfonso pro se et heredibus ac successoribus suis in perpetuum committere, concedere et donare dignemini de gratia speciali. Constitutionibus et ordinationibus ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis, etc. — *Fiat in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, sexto Nonas Maii, anno quarto.

---

(1) No ms. *tale.*
(2) No ms. *et.*
(3) No ms. *fulsitum.*
(4) No ms. *Alfonsii.*

490

1421, Maio 2

Súplica sobre dispensa mais avantajada que a precedente, a favor de João Rodrigues, da diocese de Tui, que pede se estenda a graça também a canonicato, prebenda e dignidade em igreja catedral, por alguns pensarem que a primeira súplica era mais restrita.

Reg. Suppl. 151, fl. 276v.

Reformatio Johannis Roderici, scolaris Tudensis, super dispensatione uberiori (1).

Beatissime Pater, cum ad signaturam supplicationis, cuius copia prescribitur, ut ab aliquibus asseritur, non veniant supplicati canonicatus et prebenda, dignitas vel personatus ecclesie cathedralis, dignetur S. V., attento quod dictus Johannes per biennium in iure canonico studuit, litteras super dicta supplicatione cum clausula videlicet etiam si canonicatus et prebenda et unum ipsorum dignitas, personatus vel officium dicte cathedralis ecclesie fuerit, per modum in suprascripta supplicatione contentum et petitum, expediri mandare sub prima data. Constitutionibus apostolicis ac Pictavensis concilii ceterisque in contrarium editis non obstantibus quibuscumque et cum aliis non obstañ superius declaratis et clausulis oportunis. — *Fiat et sub prima data. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, sexto Nonas Maii, anno quarto.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

491

1421, Maio 3

Petição do bispo de Évora D. Pedro sobre a prorogação do tempo para a sua sagração.

Reg. Suppl. 151, fl. 273-273v.

Beatissime Pater. Nuper videlicet pridie Nonas Aprilis, anno quarto, S. V. ad supplicationem devotissimi eiusdem S. et sancte Romane Ecclesie filii Johannis Portugalie regis, devote creature vestre P. electo Elborensi (1), eiusdem regis nepoti, inter cetera terminum infra quem munus consecrationis suscepisse et de annatis ratione predicte ecclesie camere apostolice debitis satisfecisse teneretur, etiam cum absolutione, etc., ac confirmatione omnium gestorum per eum, etc., usque ad terminum sex mensium inde proxime secutorum gratiose duxit prorogandum, prout in supplicatione super hoc per eamdem S. signata latius continetur, sed antequam littere apostolice super dicta supplicatione conficiende in forma debita potuerint commode iuxta stilum camere ordinari, iam est elapsus unus mensis vel circiter. Eapropter, attenta (2) termini brevitate et loci distantia, dignetur S. V. litteras apostolicas super predicta conficiendas expediri mandare sub data [fl. 273v] nunc currenti et sub prorogatione sex mensium huiusmodi ex nunc in antea computandorum; cum omnibus non obstañ et clausulis in dicta supplicatione contentis et aliis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quinto Nonas Maii, anno quarto.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 439.

(2) No ms. *attento.*

492

1421, Maio 5

João Rodrigues do Casal, perpétuo porcionário da igreja de S. Pedro de Ferreira, da diocese do Porto, pede o mestre-escolado do Porto, vacante por morte de João Martins.

Reg. Suppl. 152, fl. 35v-36.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes Roderici de Cassal, [fl. 36] perpetuus portionarius in ecclesia sancti Petri de Ferreira Portugalensis diocesis, quatinus sibi gratiam facientes specialem de scolastria ecclesie Portugalensis que in illa dignitas, non tamen maior post pontificalem existit, vacante per obitum quondam Johannis Martini, extra Romanam Curiam defuncti, cuius fructus, redditus et proventus octuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per consti-

tutionem *Execrabilis* vacet, etiam si specialiter vel generaliter reservata vel devoluta ac litigiosa necnon curata et electiva existat, eidem Johanni Roderici dignemini misericorditer providere ac secum qui defectum natalium patitur de presbytero ordinis sancti Augustini expresse professo genitus et soluta, ut, eo non obstante defectu, super quo etiam secum dispensatum est, ut in cancellaria exprimetur, dictam scolastriam recipere et retinere valeat, dispensare. Non obstañ perpetua portione in dicta ecclesia sancti Petri quam obtinet et cuius fructus, etc., quindecim librarum Turonensium similium valorem annuum non excedunt, ac quod super parrochiali ecclesia sancte Marie Dencerque (1) Bracharensis diocesis, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium, etc., in partibus litigat, necnon quod nuper S. V. sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Elborensis, quorum fructus, etc., centum viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, tunc (2) certo modo vacantibus gratiose providit (3) ac gratia expectativa in cancellaria exprimenda et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis, signantes per *Fiat ut petitur et dispensamus. — Fiat ut petitur et dispensamus. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Nonas Maii, anno quarto.

---

(1) No ms. sinal de erro.
(2) No ms. *nunc* com sinal de erro.
(3) No ms. *provisit*, com sinal de erro.

493

1421, Maio 7

Gil Vasques, sacerdote, pede a igreja paroquial de S. João da Foz da diocese do Porto, a que Antão Martins se propunha resignar.

Reg. Suppl. 151, fl. 294v-295.

Beatissime Pater, cum devotus vester Antonius Martini, rector parrochialis ecclesie sancti Johannis de Foz Portugalensis diocesis, dictam ecclesiam, quam obtinet, ex certis rationabilibus causis sponte et libere resignare proponat, supplicat igitur S. V. devotus vester Egidius Valasci, presbyter, quatinus sibi de ipsa ecclesia, cuius fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, cum per huiusmodi resignationem vacaverit, etiam si actu alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vel per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si specialiter vel generaliter reservata aut devoluta existat et [fl. 295] super ea inter aliquos lis, cuius statum hic habere dignemini pro expresso, in Romana Curia vel extra eam (1) pendeat indecisa, eidem Egidio dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod parrochialem ecclesiam sancte Eulalie de Pedoorido (2) Lamecensis diocesis et canonicatum et prebendam ecclesie Portugalensis ac perpetuam portionem collegiate ecclesie sancti Petri de Ferreira (2) Portugalensis diocesis, quorum fructus, centum et viginti librarum Turonensium similium secundum predictam extimationem valorem annuum non excedunt, obtinet secumque, cum quo alias super defectu natalium

quem patitur de presbytero genitus et soluta, super quo alias secum tam apostolica quam ordinaria auctoritatibus, prout in cancellaria latius declarabitur, dispensatum extitit et ut dictam ecclesiam sancti Johannis de Foz una cum dicta ecclesia de Pedorido (2), quam obtinet, usque ad quinquennium retinere et interim dictas parrochiales ecclesias et sua beneficia aut alterum ipsorum et ipsarum pro alio vel aliis beneficiis ecclesiasticis compatibilibus permutare libere et licite valeat, dispensare dignemini de gratia speciali, defectu predicto ac constitutionibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur et dispensamus ad annum. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Nonis Maii, anno quarto.

(1) No ms. *etiam.*
(2) No ms. sinal de erro.

494

1421, Maio 7

Álvaro Gonçalves Alcoforado pede a absolvição por ter professado na Ordem militar de S. João do Hospital, sendo ilegítimo, e ter recebido uma preceptoria na diocese do Porto.

Reg. Suppl. 151, fl. 295-295v.

Beatissime Pater, dudum devotus vester Alvarus Gunsalvi Alcoforado, tacito per eum de defectu natalium quem patitur de milite soluto genitus et soluta, habitum per fratres Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani gestari solitum assumpsit ac professionem per eosdem fratres emitti consuetam iuxta morem et consuetudinem dicti Hospitalis alias tamen rite emisit regularem ac successive preceptoriam sive commendatoriam dicti Hospitalis de Moutamorta Portugalensis diocesis, tunc per obitum quondam Johannis Alfonsi, extra Romanam Curiam defuncti, [fl. 295v] vacantem per priorem prioratus regni Portugalie dicti Hospitalis alias sibi collatam apprehendit illamque ex tunc tenuit et possedit, prout tenet [et] possidet de presenti, fructus, etc., percipiendo ex eadem. Supplicat igitur S. V. dictus Alvarus quatinus sibi in premissis pie consulentes, omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam per eum premissorum occasione contractam penitus abolentes, ut eamdem preceptoriam sive commendatoriam seu quascumque alias preceptorias sive commendatorias fuerint dicti Hospitalis, alias sibi canonice conferendas (1) recipere [et] retinere illasque (2) regere et gubernare ac illarum (3) curam exercere libere et licite valeat de uberiori dono [gratie] (4) dignemini misericorditer dispensare, Pictavensis et generalis conciliorum constitutionibus et ordinationibus ac statutis et stabili[mentis] dicti ordinis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque.—*Fiat ut petitur et dispensamus. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Nonis Maii, anno quarto.

(1) No ms. *conferendos*, com sinal de erro.
(2) No ms. *illosque*, com sinal de erro.
(3) No ms. *illorum*, com sinal de erro.
(4) No ms. sinal de erro depois de *dono*, a indicar omissão de palavra.

495

1421, Maio 7

João Fernandes, bacharel em decretos, renova a petição sobre a igreja de Santa Cruz da diocese do Porto, devido à omissão de que pertencia ao padroado de leigos.

Reg. Suppl. 152, fl. 43.

Reformatio Johannis Fernandi super parrochiali ecclesia sancte Crucis Portugalensis diocesis (1).

Beatissime Pater, cum per errorem in petitione prenarrata quod prenominata ecclesia sancte Crucis de iure patronatus laicorum existat quodque illa, ut prefertur, vacaverit et tanto tempore quod ad sedem apostolicam legitime est devoluta, omissum sit, dignetur igitur S. V. litteras apostolicas super eadem petitione cum expressione premissorum expediri mandare ac cum eodem Jo[hanne] qui baccalarius in decretis existit, ut dictam ecclesiam sancte Crucis, si sibi conferatur, et beneficium cum cura, prout illud in vim litterarum eiusdem S. expectat, per quinquennium insimul retinere illaque pro simili vel dissimilibus beneficio seu beneficiis permutare libere et licite valeat, dignemini misericorditer dispensare. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Nonis Maii, anno quarto.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

496

1421, Maio 9

Petição sobre a pluralidade de benefícios, a favor de João Afonso, escolar de direito canónico, reitor da igreja paroquial de S. Bartolomeu de Paredes, da diocese de Lamego, e dispensa do impedimento de ilegitimidade.

Reg. Suppl. 152, fl. 45v.

Beatissime Pater, alias cum devoto vestro Johanne Alfonsi, scolare (1) in iure canonico, rectore parrochialis ecclesie sancti Bartholomei de Paredes Lamecensis diocesis, ut non obstante defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, quecumque, quotcumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, invicem compatibilia, etiam si dignitates, personatus vel officia in metropolitan., cathedralibus vel collegiatis ecclesiis et dignitates ipse in metropolitan., vel cathedralibus maiores post pontificales aut in collegiatis ecclesiis huiusmodi principales forent et ad illos, illas seu illa consuevissent qui per electionem assumi, si sibi alias canonice conferrentur, recipere et

retinere libere et licite valeret, auctoritate apostolica extitit dispensatum, prout in litteris apostolicis desuper confectis plenius continetur. Et quia, Pater Sancte, in eisdem litteris ex inadvertentia fuerit obmissum: etiam si huiusmodi beneficia canonicatus et prebende in eisdem metropolitan., cathedralibus aut collegiatis ecclesiis fuerint et quod huiusmodi beneficia dictus Johannes simpliciter vel ex causa permutationis dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficia ecclesiastica, se invicem compatientia, recipere et retinere libere et licite posset, dignetur igitur S. V. cum ipso Johanne super premissis sic obmissis dispensare. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, septimo Idus Maii, anno quarto.

---

(1) No ms. sinal de erro.

497-501

1421, Maio 15

Petições de D. João I, do Infante D. Duarte, herdeiro do reino de Portugal, e do Infante D. Henrique. Para o seu familiar Pedro Afonso, reitor da igreja paroquial de S. Pedro de Polvoreira da diocese de Braga, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, D. João I pede a pluralidade de benefícios. Para o guardião e frades de Santa Maria das Virtudes o Infante D. Duarte pede a plena remissão dos pecados. Para o seu capelão Luís Gonçalves, cónego de Viseu, estudante de direito canónico durante quatro anos e nobre, o Infante D. Henrique pede a faculdade de reter com outro benefício a igreja paroquial de S. Miguel de Lajeosa, da diocese de Viseu. Para Martinho Vasques, cónego de Évora, e quinze capelães seus e outros chantres da sua capela, o Infante D. Henrique solicita o indulto de dizerem o Ofício divino segundo o costume da Igreja de Roma. Para João Rodrigues, sacerdote da diocese de Braga, o Infante D. Henrique, duque de Viseu e senhor da Covilhã, de quem ele era capelão-mor, contínuo comensal e governador da capela, pede a pluralidade de benefícios.

Reg. Suppl. 152, fl. 163v-165.

Supplicat S. V. humilimus et devotissimus S. eiusdem ac sancte Romane Ecclesie filius Johannes, Portugalie et Algarbii rex, quatinus cum dilecto suo familiari continuo commensali Petro Alfonsi, rectore parrochialis ecclesie sancti Petri de Polvereira Bracharensis diocesis, cum quo dudum ut, non obstante defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad minores et sine cura ordinaria primo et deinde ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri et cum cura beneficium ecclesiasticum, de quo sibi vigore quarumdam litterarum apostolicarum mandatum fuerat provideri, obtinere valeret, apostolica extitit auctoritatibus dispensatum, quique earumdem litterarum necnon dispensationis vigore dictam parrochialem ecclesiam, cuius fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, extitit assecutus, ut quecumque, quotcumque et qualiacumque alia beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine [fl. 164] cura, etiam si canonicatus et prebende, dignitates etiam maiores

post pontificales seu principales, personatus, administrationes vel officia similiter cum cura et etiam electiva in metropolitan. cathedralibus vel collegiatis ecclesiis fuerint, recipere et retinere illaque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens sibi expedierit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficia ecclesiastica similiter recipere et retinere libere et licite valeat, predicto defectu ac Pictavensis concilii et quibuscumque aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis necnon gratia expectativa, si quam habet, cum eius dispensatione in cancellaria exprimenda, nequaquam obstantibus, dignemini misericorditer dispensare et cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

498. (1) Item supplicat S. V. idem primogenitus quatinus eisdem guardiano et fratribus in dicta domo plenam remissionem omnium peccatorum suorum semel tantum in mortis articulo concedere dignemini de gratia speciali. — *Fiat in forma pro omnibus iam professis. O.*

499. (2) Item supplicat S. V. prefatus tertiogenitus quatinus cum dilecto cappellano suo Lodovico Gunsalvi, canonico Visensi, de nobili genere procreato, qui etiam quatuor annis in iure canonico studuit, canonicatum et prebendam ecclesie Visensis ac parrochialem ecclesiam sancti Michaelis de Lageosa Visensis diocesis, quorum fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, obtinet, ut eamdem parrochialem ecclesiam una cum aliquo alio beneficio ecclesiastico curato seu alias cum ea incompatibili, etiam si alia parrochialis ecclesia seu eius perpetua vicaria aut dignitas etiam maior post pontificalem seu principalis, personatus vel officium, cum cura vel sine cura, et etiam electivum in metropolitana, cathedrali vel collegiata ecclesia fuerit, per eum canonice assequendo, quoad vixerit retinere illaque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficia, duo incompatibilia, similiter recipere et donec vixerit insimul retinere libere et licite valeat, gneralis concilii et quibuscumque aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus [fl. 164v] dignemini misericorditer dispensare et cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

500. Item supplicat S. V. prefatus tertiogenitus quatinus ut Martinus Valasci, canonicus Elborensis et quindecim cappellani sui et alii cantores capelle sue pro tempore existentes, qualitercumque etiam ex quibuscumque diocesibus beneficiati, etiam si in dignitatibus constituti fuerint, horas canonicas iuxta morem Ecclesie Romane dicere et persolvere valeant nec ad alium ordinem seu morem persolvendi horas huiusmodi servandum donec ipsius tertiogeniti et in dicta capella obsequiis insteterint, a quocumque seu quibuscumque Ordinariis aut aliis inviti compelli seu quomodolibet coartari possint, quibuscumque provincialibus et synodalibus constitutionibus et ordinationibus ac statutis, etiam iuramento illat. *(sic)* ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, tertiogenito et Martino ac cappellanis et cantoribus predictis dignemini de speciali indulgere, cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

501. Beatissime Pater, olim cum devoto vestro Johanne Roderici, presbytero Bracharensis diocesis, ut, non obstante defectu natalium quem patitur de soluto genitus et

soluta, ad omnes etiam sacros ordines promoveri (3), et unum etiam si curam habeat animarum primo et deinde postquam ad omnes huiusmodi ordines rite promotus fuerit, ut unum aliud cum predicto compatibile beneficia ecclesiastica, etiam cum licentia illa simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, semel tantum dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia, duo tantum beneficia ecclesiastica compatibilia, etiam si ipsorum alterum curatum foret, recipiendi et retinendi obtinere valeret, apostolica fuit auctoritate dispensatum. Supplicat igitur beatitudini vestre devotus eiusdem S. filius Henricus dux Visensis et dominus de Covilhaã, serenissimi principis domini Johannis Portugalie et Algarbii regis natus, quatinus cum eodem Johanne Roderici, qui suus maior cappellanus continuus commensalis et sue capelle gubernator ac de nobili genere procreatus existit, ut quecumque, quotcumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, etiam si canonicatus et prebende ac dignitates, officia et dignitates ipse curate et elective ac in metropolitana [fl. 165] vel cathedrali maiores post pontificales aut in collegiatis ecclesiis principales fuerint, obtinere ipsaque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia, etc., obtinere libere valeat, dignemini misericorditer dispensare, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac regulis cancellarie S. V. et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Idibus Maii, anno quarto.

---

(1) *Nota na margem esquerda do texto:* Sic incipit quia immediate precedens cassa est, in qua supplicavit primogenitus regis Portugalie pro guardiano et fratribus ordinis Minorum domus sancte Marie de Virtutibus Ulixboñ diocesis.

(2) *Nota na margem esquerda do texto:* precedentes casse sunt, in quibus supplicabat Enricus tertiogenitus, etc.

(3) No ms. *promotus*, com sinal de erro.

502

1421, Maio 23

Certo Martinho pede o mosteiro de Adaúfe, da diocese de Braga, vacante por ter sido dele privado o abade D. Pedro, após visita do arcebispo D. Fernando.

Reg. Suppl. 152, fl. 203-203v.

Beatissime Pater, cum monasterium sancte Marie de Adaufe (1) ordinis sancti Benedicti Bracharensis diocesis ex eo vacaverit et vacet ad presens quod reverendus pater dominus Fernandus, archiepiscopus Bracharensis (2) in illo visitationis officium excercens, Petrum tunc abbatem dicti monasterii, suis culpis et demeritis exigentibus et presertim ex eo quod ipsum bona dicti monasterii dilapidasse et dissipasse necnon illius sacra vasa et alia ornamenta etiam iudeis vendidisse repererat, omni regimine et administratione eiusdem monasterii auctoritate ordinaria privavit et amovit etiam realiter ab eisdem, sit-

que dictum monasterium, in quo olim solemnis conventus esse et regularis vite disciplina et observantia laudabiliter vigere consueverunt, propter malum regimen predicti et aliorum ipsius monasterii abbatum, qui fuerunt pro tempore, adeo in spiritualibus et temporalibus deformatum ac in fructibus, redditibus et proventibus aliisque bonis suis etiam guerris, mortalitatibus et aliis malis que in partibus illis diutius viguerunt, necnon opressionibus et iniuriis potentum causantibus desolatum, depauperatum et destructum (3) quod in dicto ordine primevi status sui decorem recipere posse penitus desperetur, ut igitur prefatum monasterium et eius ecclesia in talem statum seu conditionem perduci seu reformari valeat, in quo, auctore Domino, ne forsan successu temporis totaliter desoletur et pereat, aliqualiter subsistere, conservari et manutenere possit, dignetur S. V. illud, cuius fructus, etc., septuaginta ducatorum auri communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservatum vel devolutum et ab huiusmodi privatione et amotione forsan ad sedem apostolicam aut alibi appellatum existat, eidem Martino (4) per eum quoad vixerit tenendum, regendum et etiam gubernandum, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis commendare. Non obstañ quod canonicatum et prebendam ecclesie Portugalensis obtineat et dudum sibi de parrochiali ecclesia sancti Andree de Villabona Portugalensis diocesis, quorum omnium fructus, etc., ducentorum ducatorum auri communi extimatione valorem annuum non excedunt, auctoritate apostolica mandatum fuit provideri, necnon constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutis quoque et consuetudi[ni]bus monasterii [fl. 203v] et ordinis predictorum ceterisque contrariis quibuscumque et cum clausulis oportunis ac etiam gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda. — *Fiat et committatur Ordinario. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimo Kalendas Junii, anno quarto.

---

(1) No ms. *Adense.*
(2) Cf. nota 1 do n.º 35.
(3) No ms. *destitutum*, com sinal de erro.
(4) Na margem direita do texto: *non est supra expressum.*

503

1421, Maio 26

Luís Gonçalves, bacharel em decretos, dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede a expedição das letras apostólicas relativas a súplica anterior, para cujo fim tinha vindo à Cúria desde Portugal duas vezes.

Reg. Suppl. 152, fl. 206-206v.

Reformatio Ludovici Gunsalvi super dispensatione defectus natalium (1).

Beatissime Pater, cum per signaturam supplicationis, cuius copia superius describitur, petita non veniant, supplicat igitur S. V. dictus Ludovicus, bacallarius in [fl. 206v] decretis,

qui de regno Portugalie ratione dicte dispensationis Curiam eiusdem S. bis visitavit, quatinus in premium tanti laboris, littere apostolice super dicta supplicatione conficiende expediantur ad canonicatus et prebendas in metropolitana, cathedralibus seu collegiatis ecclesiis ac dignitates, personatus, administrationes et officia et maiores post pontificales mandare dignemini, prout in regula cancellarie eiusdem S. continetur et cum omnibus et singulis in dicta supplicatione contentis. — *Fiat et sub prima data. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, septimo Kalendas Junii, anno quarto.

(1) Palavras escritas na margem esquerda do texto.

504

1421, Maio 26

Certo sacerdote de Florença, desejando ser absolvido de certos pecados, indica ao papa para tal efeito o abade de Florença, que era o português D. Gomes Anes.

Reg. Suppl. 152, fl. 64-64v.

Beatissime Pater. Cum devotus orator vester Nerius Andree, presbyter Florentinus, procurante humani generis inimico, quod lacrimabiliter ac lapsu carnis multipliciter et precipue in crimine sodomitico mortaliter peccando et alias Deum multipliciter offenderit ab intimis cordis dolens ac cupiens de premissis ac peccatis suis aliis absolvi sibique iniungi penitentiam salutarem, idcirco pro parte dicti Nerii S. V. humiliter et devote supplicatur quatinus committere et mandare dignemini alicui probo in partibus illis et si placet abbati monasterii sancte Marie Florentiñ ordinis sancti Benedicti aut domino Benozio, canonico Florentino, qui, ipsius Nerii audita confessione devota, ipsum ab huiusmodi et aliis peccatis suis (1), etiam si talia fuerint, propter que sedes apostolica esset merito consulenda, hac vice dumtaxat absolvat et iniungat penitentiam huiusmodi ipsumque in pristinum statum imponat atque depositionis ab officio et beneficio et omnem aliam inhabilitatis et infamie maculam sive notam, occasione huiusmodi contractam, aboleat necnon sibi ut canonicatum et prebendam ecclesie sancti Laurentii Florentiñ et parrochialem ecclesiam sancti Martini a Cofferi Florentine diocesis, quos obtinet, quorum fructus, etc., sexaginta florenorum auri valorem annuum non excedunt, libere retinere valeat, auctoritate sedis apostolice concedat atque, postquam ab ipsis facinoribus et peccatis absolutus [fl. 64v] fuerit penitentiamque peregerit, ne occasione huiusmodi ab aliquibus super hiis in iudicio vel extra capi, detineri, accusari seu denuntiari etiam ex officio ordinario seu alias contra eum inquiri aut condempnari possit sive debeat, declaret et, si expediens fuerit, inhibeat et in contrarium attemptata irrita declaret, concedere dignemini de gratia speciali. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon statutis synodalibus aut municipalibus ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur, imposita prius debita penitentia. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, septimo Kalendas Junii, anno quarto.

(1) No ms. segue repetida a palavra *aliis*, com sinal de erro.

505

1421, Maio 28

Pedido de conservatórias para Afonso de Casaus de Sevilha quanto à confirmação da conquista das ilhas Canárias, feita pelo papa, a pedido de D. João, rei de Castela, que lhas tinha concedido.

Reg. Suppl. 152, fl. 70. Publicada em *Monumenta Henricina*, III, n. 10, pp. 17-18.

Beatissime Pater, dudum devotus filius eiusdem S. Johannes, rex Castelle et Legionis, devoto vestro nobili Alfonso de Casaus (1) Ispalensi de conquesta insularum Canarie, videlicet Canarie Maioris et Tenerifi ac de la Gomera et de Palmas gratiam fecit specialem, quam quidem gratiam eadem S. confirmavit gratiose. Dignetur igitur S. V. conservatoriam in forma militantis ecclesie in perpetuum super premissis eidem A[lfonso] concedere misericorditer de gratia speciali. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ad quinquennium. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quinto Kalendas Junii, anno quarto.

(1) No ms. sinal de erro.

506

1421, Maio 28

Vasco Rodrigues, chantre de Braga, pede ao papa a confirmação da incorporação feita pelo arcebispo D. Fernando da igreja paroquial de Santa Cristina de Longos à chantria.

Reg. Suppl. 152, fl. 212-212v.

Beatissime Pater, nuper humilis creatura vestra Fernandus, archiepiscopus Bracharensis (1), provide attendens quod fructus cantorie ecclesie Bracharensis, que inibi dignitas est, adheo exiles existerent quod ex illis cantor ipsius ecclesie iuxta status sui decentiam congrue vivere et sibi incumbentia onera supportare nequiret, parrochialem ecclesiam sancte Christine de Longos Bracharensis diocesis, cuius sexaginta et que ad suam et nonnullorum patronorum laicorum presentationem communiter spectabat seu de ipsorum iure patronatus erat, de eorumdem patronorum necnon capituli Bracharensis consensu, eidem cantorie, cuius etiam sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, auctoritate ordinaria perpetuo incorporavit, annexuit et univit, prout in litteris autenticis desuper confectis et eiusdem archiepiscopi sigillo munitis plenius continetur. Quare supplicatur S. V. pro parte dicti oratoris vestri Valasci [fl. 212v] Roderici, cantoris [eiusdem ecclesie], quatinus incorporationem, annexionem et unionem predictas, etiam si forsan sortite fuerint effectum, quod in cancellaria exprimetur et quecumque inde secuta necnon omnia et singula in dictis litteris contenta rata habentes et grata, ea auctoritate apostolica confirmare ac supplere omnes defectus, si qui intervenerint forsan

in eisdem et in quantum magis expedit, predictam parrochialem ecclesiam eidem cantorie de novo perpetuo incorporare, anectere et unire dignemini de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat in forma.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quinto Kalendas Junii, anno quarto.

(1) Cf. nota 1 do n.º 35.

507

1421, Maio 28

João Rodrigues, cónego de Lisboa, pede indulto para escolher confessor que o absolva dos pecados, mesmo reservados à Santa Sé.

Reg. Supl. 152, fl. 240-240v.

Beatissime Pater, ut devoti vestri oratoris Johannis Roderici, canonici ecclesie Ulixbonensis, ipsius serenata conscientia, statui et indempnitatibus fructuosius consulatur, supplicat S. V. dictus Johannes quatinus sibi ut confessor suus, quem ad hoc duxerit eligendum, ipsius confessione diligenter audita, ei pro commissis suis criminibus et excessibus quibusvis, etiam si aliquod ipsorum adulterium aut illo maius et aliqua talia fuerint, propter que sedes apostolica sit merito consulenda, debite absolutionis beneficium impendere ac ipsum ab omnibus et singulis excommunicationum, suspensionum et interdicti sententiis, censuris ecclesiasticis atque penis a iure vel ab homine vel alias quomodolibet promulgatis, etiam si super talibus absolutio sedi reservata fuerit eidem, absolvere et secum super irregularitate quam forsan huiusmodi sententiis vel earum aliqua ligatus, missas et alia [fl. 240v] [divina officia celebrando vel illis se immiscendo] contraxit, dispensare, omnem [quoque inhabilitatis et infamie] maculam sive notam, etc., abolere ac ipsum in statum pristinum reponere valeat, concedere et indulgere dignemini gratiose, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat in forma et semel etiam in casibus reservatis.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quinto Kalendas Junii, anno quarto.

508

1421, Maio 28

O abade D. Martinho, o prior e convento do mosteiro de Santo Tirso pedem a restauração dos direitos do mosteiro às décimas da igreja de S. João da Foz, quando falecer Antão Martins, apresentando como capelão da mesma um monge do mosteiro, após a incorporação da igreja ao mosteiro.

Reg. Suppl. 152, fl. 242v-243.

[Beatissime Pater, exponitur S.] V. pro parte devotorum vestrorum fratris Martini abbatis necnon prioris et conventus monasterii sancti Trisi *(sic)* de Ripadave ordinis s[ancti] B[enedicti] Portugalensis diocesis et dicitur quod licet dudum iidem exponentes

eorumque predecessores a tantis retroactis temporibus, de quorum initio sive contrario hominum memoria non existebat, fuissent, prout erant, in pacifica possessione levandi et percipiendi omnes decimas aliosque redditus, fructus et proventus parrochialis ecclesie seu heremitagii sancti Johannis de Foz eiusdem diocesis, que de iure patronatus eorum existit, et ad collationem eorum tunc temporis pertinebat, etiam ex certa et legitima donatione eisdem facta, ex quibus quidem decimis sive fructibus iidem abbas, prior et conventus provisionem piscium pro sue vite necessitate habebant, nichilominus tamen quidam dicti monasterii abbates, qui fuerunt pro tempore, potius carnali affectione quam dicti monasterii utilitate inducti, parrochialem ecclesiam seu heremitagium sancti Johannis predictum cum omnibus iuribus, decimis et pertinentiis suis nonnullis clericis secularibus successive in titulum perpetui curati beneficii ad predicti monasterii presentationem per episcopum Portugalensem, eorum Ordinarium, conferri ipsosque clericos ibidem rectores institui procurarunt atque fecerunt, in predicti monasterii preiudicium non modicum et etiam detrimentum. Cumque, Pater Sancte, abbas, prior et conventus monasterii memorati, in quo quindecim monachi sacerdotes et ultra continue Altissimo Domino famulantes, vitam religiosam ducunt, propter guerras et mortalitates aliaque varia discrimina que in illis partibus diutius viguerunt, in fructibus et redditibus adeo diminutis et attenuatis existat quod iidem monachi ibidem degentes circa vite necessaria [fl. 243] quam maxime piscium [...], supplicant igitur S. V. abbas, prior [et conventus ...] sue vite necessaria sustinenda ecclesiam seu heremitagium sancti Johannis predictum, cuius fructus, etc., debitis suportatis oneribus, sexaginta florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, si vacat ad presens, vel quam primum per cessum vel decessum Antonii Martini presbyteri, ipsam nunc possidentis, cum omnibus et singulis decimis, fructibus, redditibus et obventionibus suis predicto monasterio seu abbati, priori et conventui eiusdem perpetuo annectere et incorporare misericorditer dignemini, attento, Pater Sante, quod abbas, prior et conventus predicti parati sunt et contenti perpetuum cappellanum monachum vel secularem in dicta ecclesia vel heremitagio ponere et deputare, qui ecclesiastica sacramenta, si quibus necesse fuerit, ministret taliter quod cura animarum, si qua eidem ecclesie sive heremitagio imminet, nullatenus negligatur, ita quod predicto Antonio Martini cedente vel decedente aut eadem ecclesia seu heremitagio alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona vacante, liceat abbati (1), priori et conventui predictis eiusdem ecclesie sive heremitagii fructuumque, iurium, decimarum et obventionum ipsius possessionem apprehendere et habere ipsosque fructus, redditus, decimas et iura percipere et levare, licentia cuiuscumque super hoc minime requisita, constitutionibus et ordinationibus apostolicis premissisque et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat de consensu quorum interest.* O

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quinto Kalendas Junii, anno quinto *(sic)*.

(1) No ms. *abbatui*, com sinal de erro.

509

1421, Maio 30

Álvaro Martins, clérigo do Porto, pede ao papa a confirmação do arrendamento dos tributos pertencentes ao bispo e igreja portuenses na terra de Refojos, que lhe fizera

D. Fernando, então bispo do Porto, e de cujo valor duvidava, por ter faltado o consentimento do cabido.

Reg. Suppl. 152, fl. 79-79v.

Beatissime Pater, dudum devota creatura vestra Fernandus, tunc episcopus Portugalensis (1), fidelium servitiorum que devotus vester Alvarus Martini, clericus Portugalensis, eidem episcopo ac ecclesie Portugalensi impenderat et illis impendere posset intuitu, omnia vota et census in terra de Refoios Portugalensis diocesis ad episcopum et mensam Portugaleñ spectañ sub annuo censu duarum marcarum argenti ipsi episcopo et successoribus suis annis singulis in certo termino per eumdem Alvarum solvendarum in feudum per eum quoad viveret tenenda concessit, prout in litteris autenticis inde confectis predicti episcopi sigillo munitis dicitur plenius contineri. Verum idem Alvarus dubitat eamdem concessionem pro eo quod in illa capituli Portugalensis consensus habitus non extitit et alias viribus non subsistere. Quare supplicat S. V. dictus Alvarus quatinus concessionem prefatam ratam habentes et gratam, illam pro ipsius subsistentia firmiori auctoritate apostolica confirmare et approbare dignemini [fl. 79v] cum suppletione defectuum qui pro eo quod huiusmodi consensus non intervenit, ut prefertur, extare dinoscitur, et cum clausulis oportunis. — *Fiat in forma.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Kalendas Junii, anno quarto.

(1) D. Fernando Pires da Guerra. Cf. nota 1 do n.º 35.

510

1421, Maio 31

O papa concede por motu proprio *a igreja paroquial de Santa Maria de Vimieiro da diocese de Évora a João Afonso, cónego do Porto.*

Reg. Suppl. 152, fl. 238.

Motu proprio providemus dilecto filio Johanni Alfonsi, canonico ecclesie Portugalensis, de parrochiali ecclesia sancte Marie de Vimieiro Elborensis diocesis, cuius fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, ut asseritur, vacante per liberam resignationem dilecti filii nostri Raynaldi sancti Viti in Macello diaconi cardinalis (1) in manibus nostris sponte factam, sive illo sive alio quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, aut alias generaliter vel specialiter reservata, devoluta seu litigiosa sit, et cum eodem Johanne ut dictam parrochialem ecclesiam et quecumque alia beneficia incompatibilia, etiam si parrochiales ecclesie sint vel dignitates maiores seu principales que obtinet vel que expectat, aut de quibus sibi provisum et mandatum [est] (2) provideri, insimul quoad vixerit retinere illaque omnia, quotiens sibi placuerit, simpliciter vel ex

causa permutationis dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia incompatibilia recipere et similiter quoad vixerit retinere valeat, motu simili dispensamus, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et dispensamus. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, pridie Kalendas Junii, anno quarto.

---

(1) D. Rainaldo de Brancatiis, criado cardeal diácono por Urbano VI em Dezembro de 1384. Morreu em Outubro de 1427. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 25, 52.

(2) No ms. *provisum est mandatum provideri*, com sinal de erro.

511

1421, Maio 31

O papa reserva uma pensão anual da mesa episcopal do Porto, a favor do cardeal D. Rainaldo, com o consentimento de D. Vasco, bispo da diocese portuense.

Reg. Suppl. 152, fl. 238-238v.

Motu proprio dilecto filio nostro Raynaldo sancti Viti in Macello diacono cardinali (1) ut ipse ei incumbentia expensarum onera commodosius [fl. 238v] [... mense episcopalis] Protugaleñ pensionem [annuam ... florenorum auri] de camera per venerabilem fratrem nostrum Valascum, episcopum Portugalensem (2), ad id expresse consentientem, et successores suos episcopos Portugalenses ipsi cardinali quoad vixerit singulis annis in Curia Romana ubicumque etiam illam residere contingerit, in festo Nativitatis dominice, dicti domini episcopi Valasci et successorum suorum Portugalensium episcoporum periculis et expensis persolvendam reservamus, cum penis et aliis censuris solitis et consuetis, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, pridie Kalendas Junii, anno quarto.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 510.

(2) Cf. nota 1 do n.º 479.

512

1421, Junho

Estêvão Ferreira, sacerdote já dispensado do impedimento de ilegitimidade, tendo trocado a igreja paroquial de S. Miguel de Facha, da diocese de Braga, pela igreja paroquial de S. Tomé de Negrelos da mesma diocese, pede mais benefícios.

Reg. Suppl. 152, fl. 272v-273.

Beatissime Pater, dudum cum devoto vestro Stephano Ferreira, presbytero, rectore parrochialis ecclesie sancti (1) Tome de Negrellos Bracharensis diocesis, ut non obstante defectu natalium quem patitur de presbytero genito et soluta, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam habeat animarum, obtinere possit auctoritate apostolica extitit despensatum, cuius dispensationis vigore, ad omnes minores ordines rite promotus, ac parrochialem ecclesiam sancti Michaelis de Facha dicte diocesis assecutus extitit et deinde eadem auctoritate ut aliud beneficium ecclesiasticum compatibile cum predicta ecclesia obtinere libere et licite valeret ipsaque beneficia ex causa permutationis vel alias simul vel successive semel tantum dimittere et loco dimissi vel dimissorum, etc., extitit dispensatum, prout in litteris inde confectis plenius continetur, vigore quarum dispensationum ad omnes sacros ordines rite fuit promotus necnon, dimissa dicta parrochiali ecclesia de Facha, parrochialem ecclesiam sancti Thome predicti assecutus est. Supplicat igitur S. V. dictus Stephanus quatinus secum ut, non obstante dicto defectu, alia duo beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura invicem compatibilia recipere et retinere illaque simul vel successive ex causa permutationis vel alias simpliciter dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica invicem compatibilia recipere et retinere libere et licite valeat, defectu huiusmodi ac generalis concilii et quibuscumque aliis constitutionibus apostolicis ac statutis, consuetudinibus ecclesiarum, etc., non obstantibus quibuscumque, dignemini misericorditer dispensare. Non obstañ parrochiali ecclesia predicta sancti Thome, cuius fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt. Cum omnibus non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

[fl. 273] Datum Rome, apud Sanctum Petrum (2).

---

(1) No ms. *sancte*, com sinal de erro.

(2) Data da súplica anterior: *Pridie Nonas Junii, anno quarto.* Data da súplica seguinte: *Nonas Junii, anno quarto.*

513

1421, Junho 2

O rei de Sicília, Hungria, etc., elogiando a acção de Portugal e seu rei na defesa da cidade de Ceuta, pede a absolvição e dispensa da irregularidade contraída por Galiano, clérigo da diocese de Tournay, que interveio na guerra, com acções proibidas aos clérigos, para, depois de obtida tal graça, poder ser promovido às Ordens.

Reg. Suppl. 152, fl. 265-265v.

Beatissime Pater, pro parte devoti S. V. filii Jacobi Secilie, Ungarie, etc., regis, in personam dilecti sui Galiani de Vleeschauwer, clerici Tornacensis diocesis, eidem S. V. exponitur quod, licet olim ipse in quodam conflictu per devotissimum eiusdem S. V.

filium Johannem Portugalie et Algarbii regem, christiane religionis zelatorem, contra maximum exercitum Sarracenorum, crucis Christi et christiani nominis inimicorum, civitatem Ceptensem vi opprimentium obsidione ad liberandum ipsam et populum Dei deffensandum inito, eidem regi Sarracenos huiusmodi invadendo fideliter assistens, quemdam ex Sarracenis ipsis quodam gladio perforasset et interfecisset ac etiam in pluribus aliis conflictibus et aliis guerris publicis plerisque vicibus, ubi diversa homicidia laicalia et mutilationes, spolia, rapine [... sacrorum ...] pariter et equi [... quod huiusmodi homicidium, ut premittitur] manu propria perpetravit. [Cum] autem ipse Galianus ex magne devotionis fervore cupiat ad omnes ordines promoveri et in ipsis perpetuo Domino famulari, supplicat eidem S. dictus rex, in personam dicti Galiani, dilecti sui, quatinus, ipsum Galianum a generali excommunicationis sententia, quam propter premissa incurrit, et huiusmodi homicidiorum, spoliorum, incendiorum et rapinarum reatibus et peccatis suis aliis absolventes, quod, premissis non obstantibus, ad omnes possit ordines promoveri et in eis licite ministrare necnon quecumque beneficia ecclesiastica, curata et non curata, invicem compatibilia, sibi canonice conferenda, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus, administrationes vel officia, etiam electiva in metropolitañ, cathedralibus vel collegiatis ecclesiis fuerint, libere recipere et obtinere valeat, cum eodem Galiano dignemini misericorditer dispensare, omnem irregularitatis seu inhabilitatis maculam sive notam, occasione premissorum contractam, circa eum penitus abolendo. Constitutionibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto Nonas Junii, anno quarto.

514

1421, Junho 2

Pedro Lourenço pede a confirmação do canonicato e prebenda de Braga, vacantes pela promoção à sé de Viseu de Pedro Lourenço Buval, da igreja paroquial de S. Julião da Laje da diocese de Braga, e da perpétua porção da igreja paroquial de S. Miguel de Aveiro, da diocese de Coimbra.

Reg. Suppl. 152, fl. 280-280v.

Beatissime Pater, pridem canonicatu et prebenda ecclesie Bracharensis per promotionem domini Petri Laurentii Bubal ad ecclesiam Visensem (1), auctoritate apostolica factam, et lapsum temporis de consecrandis episcopis, etc., necnon parrochiali ecclesia sancti Juliani de Lagea per quondam Martini Johannis ac tandem perpetua portione parrochialis ecclesie sancti Michaelis de Averio Bracharensis et Colimbriensis diocesum per quondam Petri Alfonsi, extra Romanam Curiam defunctorum, obitus successive vacantibus, de illis videlicet de canonicatu et prebenda et portione apostolica necnon de dicta sancti Juliani ecclesia prefatis sic vacantibus ordinaria auctoritatibus devoto oratori vestro Petro Laurentii similiter successive provisum extitit ipseque Petrus illorum possessionem assecutus fuit et est, illos expost tenuit et possedit, prout adhuc tenet et possidet pacifice et quiete. Supplicat igitur S. V. dictus Petrus quatinus collationes, provisiones ac pos-

sessionum ademptiones huiusmodi ceteraque inde secuta rata et grata atque firma habentes, eidem Petro de canonicatu et prebenda, quorum quadraginta, necnon de ecclesia sancti Juliani, cuius viginti quinque, ac de portione prefatis, cuius viginti quinque librarum Turonensium [fl. 280v] [... personis seu ... constitutionem *Execrabilis*] vacent, etiam si dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservati, devoluti aut litigiosi existant aut lis inter aliquos pendeat indecisa, dignemini de novo misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa sibi per eamdem S. V. concessa de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine ad collationem, etc., abbatissarum et conventuum sancti Petri de Arouqua et sancte Marie de Lorvano monasteriorum ordinis Cisterciensis Colimbriensis et Lamacensis diocesum, super qua gratia littere sunt confecte et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis, signantes, Pater Sancte, per *Fiat ut petitur* de omnibus tribus. — *Fiat ut petitur pro omnibus quinque et habilitetur secundus. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto Nonas Junii, anno quarto.

---

(1) D. Pedro Lourenço de Buval não figura no elenco dos bispos de Viseu, dado por EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 532. Ainda em Dezembro de 1420 e Agosto de 1424 era vivo D. João Homem (cf. n.º 451, 808, 814), ao qual sucedia em 1426 D. Garcia Rodrigues de Magalhães, transferido de Lamego para Viseu. Cf. nota 1 do n.º 430.

515

1421, Junho 2

Gonçalo Vasques Coutinho, nobre, marechal do exército português, com direito de apresentação, e Álvaro Gonçalves, clérigo de Lamego, por ele apresentado a D. Garcia, bispo de Silves, administrador geral do bispado de Lamego, que lhe negou a instituição canónica, para reitor da igreja paroquial de S. Pedro de Numão, pedem ao papa admita tal apresentação e lhe conceda a respectiva provisão.

Reg. Suppl. 152, fl. 285v-286.

Beatissime Pater, vacante parrochiali ecclesia sancti Petri de Noman Lamecensis diocesis per assecutionem parrochialis ecclesie sancte Marie [fl. 286] [de Moreira Tudensis diocesis per Johannem Stephani, eiusdem ecclesie sancti Petri rectorem, auctoritate ordinaria factam, nobilis vir] (1) Gundissalvus Vallasci Coutinho, domicellus [Lamecensis] diocesis, marischalus exercitus Portugalie et Algarbii regis et regni, existens ipse et predecessores eius in pacifica possessione vel quasi iuris presentandi personam ydoneam ad dictam ecclesiam, cum vacare contigerit (2), Alvarum Gundissalvi, clericum Lamecensis diocesis, reverendo domino Garcie episcopo Silvensi (3), procuratori ac in spiritualibus et temporalibus administratori generali reverendi patris domini Alvari episcopi Lamecensis (4), infra tempus debitum in rectorem eiusdem ecclesie sancti Petri presentavit ac eumdem Alvarum institui in rectorem dicte ecclesie petiit, quam institutionem dictus administrator facere denegavit. Quapropter dicta parrochialis ecclesia in spiritualibus et temporalibus patitur detrimentum. Supplicat igitur S. V. predictus Gundissalvus

presentator ac Alvarus presentatus quatinus dictam presentationem ad dictam ecclesiam sancti Petri factam et omnia inde secuta, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, admittere et de ea sic ut premittitur vacante aut alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si specialiter vel generaliter reservata vel devoluta existat aut super ea in Curia Romana vel extra lis pendeat indecisa, eidem Alvaro dignemini misericorditer providere. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et committatur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto Nonas Junii, anno quarto.

---

(1) Cf. n.º 518.
(2) No ms. *contingerit*, com sinal de erro.
(3) Cf. nota 1 do n.º 473.
(4) Cf. nota 1 do n.º 289.

516-516ª

1421, Junho 2

Luís Gonçalves, clérigo de Lamego, bacharel em decretos, pede a expedição das letras apostólicas relativas a certos benefícios. Pedro Anes, reitor da igreja paroquial de Sedielos, da diocese do Porto, pede a expedição das letras apostólicas sobre súplica anterior.

Reg. Suppl. 152, fl. 286-286v.

Reformatio Ludovici Gunsalvi, clerici Lamecensis, super dispensatione de uberiori (1).

Beatissime Pater, cum per signaturam supplicationis, cuius copia superius describitur, petita non veniant, supplicat igitur S. V. dictus Ludovicus, bacalarius in decretis, quatinus littere apostolice super dicta supplicatione conficiende expediantur ad canonicatus et prebendas ac dignitates, personatus, administrationes et officia in metropolitan., cathedralibus seu collegiatis ecclesiis mandare dignemini ac etiam ad maiores post pontificales, prout in regula cancellarie eiusdem S. latius continetur, et cum omnibus et singulis in dicta supplicatione contentis.

516ª Reformatio Petri Johannis, rectoris parrochialis ecclesie de Seedellos Portugalensis diocesis, super dispensatione de uberiori (1).

Beatissime Pater, licet S. V. supplication., cuius copia premittitur, pro devoto [fl. 286v] [... cancellarie ... in eadem ...] dicuntur non venire. Quare supplicatur S. V. pro parte dicti [...] quatinus sibi huiusmodi dispensationem in omnibus et per omnia, prout in eadem supplicatione petita est, de uberiori dono gratie concedere et litteras desuper etiam quoad omnia petita huiusmodi et cum expressione: etiam si dignitas, personatus vel officium huiusmodi elect. fuerint et quod fructus, etc., dicte ecclesie centum viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non

excedunt, expediri mandare, predictis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat pro utroque.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto Nonas Junii, anno quarto.

---

(1) Palavras escritas na margem esquerda do texto.

517

1421, Junho 2

Luís da Guerra, neto do falecido Infante D. João de Portugal, acólito do papa e bacharel em decretos, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede a graça de não ser obrigado a mencionar nos seus pedidos tal impedimento.

Reg. Suppl. 153, fl. 28v.

Beatissime Pater, supplicat S. V. devotus vester Ludovicus de la Guerra, inclite memorie Johannis infantis Portugalie nepos, S. V. acolitus et bacallarius in decretis, cum quo alias ut, defectu natalium non obstante, quem de soluto genitus et soluta patitur, clericali caractere insigniri et ad omnes etiam sacros ordines promoveri et quecumque ac quotcumque beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebende, dignitates etiam elective, non tamen maiores post pontificales nec principales in collegiatis ecclesiis, perpetue administrationes, personatus vel officia recipere et retinere illaque simul vel successive permutare valeret, apostolica fuit auctoritate dispensatum, quatinus eumdem L[udovicum] ampliori gratia decorantes, cum eodem L[udovico] ut de cetero in aliqua gratia huiusmodi natalium defectum exprimere non teneatur, concedere necnon quascumque dignitates maiores post pontificales et principales in collegiatis recipere et retinere illasque permutare ac ad cathedrales et metropolitan. ecclesias eligi, peti et assumi possit et valeat, misericorditer et de gratia speciali dispensare dignemini, predicto defectu, constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto Nonas Junii, anno quarto.

518

1421, Junho 4

Estando vaga a igreja paroquial de S. Pedro de Numão da diocese de Lamego, o padroeiro Gonçalo Vasques Coutinho, marechal do exército português, apresentou ao administrador geral

do bispo de Lamego, D. Garcia, bispo de Silves, para reitor da mesma a Álvaro Gonçalves, clérico de Lamego, mas D. Garcia não deu a instituição canónica, pelo que ambos pedem ao papa aceite a apresentação e dê a provisão ao dito Álvaro Gonçalves.

Reg. Suppl. 153, fl. 72-72v.

Beatissime Pater, vacante parrochiali ecclesia sancti Petri de Noman Lamecensis diocesis per assecutionem parrochialis ecclesie sancte Marie de Moreira Tudensis diocesis per Johannem Stephani, eiusdem ecclesie sancti Petri rectorem, auctoritate ordinaria factam, nobilis vir Gunsalvus Valasci Cotinho, domicellus Lamecensis, marischalus exercitus Portugalie et Algarbii regis et regni, existens ipse et predecessores eius in pacifica possessione vel quasi iuris presentandi personam ydoneam ad dictam ecclesiam cum vacare contigerit (1), Alvarum Gunsalvi, clericum Lamecensis diocesis, reverendo domino Garcie (2), episcopo Silvensi (3), procuratori ac in spiritualibus et temporalibus administratori generali reverendi patris [fl. 72v] domini Alvari, episcopi Lamecensis (4), infra tempus debitum in rectorem eiusdem ecclesie sancti Petri presentavit ac eumdem Alvarum institui in rectorem dicte ecclesie petiit, quam institutionem dictus administrator facere denegavit, quapropter dicta parrochialis ecclesia in spiritualibus et temporalibus patitur detrimentum. Supplica[n]t igitur S. V. predicti Gunsalvus presentator ac Alvarus presentatus quatinus dictam presentationem ad dictam ecclesiam sancti Petri factam et omnia inde secuta, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, admittere et de ea sic ut premittitur vacante aut alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si specialiter vel generaliter reservata vel devoluta existat, aut super ea in Curia Romana vel extra lis pendeat indecisa, eidem Alvaro dignemini misericorditer providere, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro omnibus tribus. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, pridie Nonas Junii, anno quarto.

---

(1) No ms. *contingerit.*
(2) No ms. *Gracie*, com sinal de erro.
(3) Cf. nota 1 do n.º 473.
(4) Cf. nota 1 do n.º 289.

519

1421, Junho 4

Pedro Lourenço, cónego de Braga, pede as letras apostólicas sobre o canonicato e prebenda de Braga, igreja paroquial de S. Julião de Laje da diocese de Braga e perpétua porção da igreja de S. Miguel de Aveiro, da diocese de Coimbra.

Reg. Suppl. 157, fl. 92v.

Mandatum super canonicatu et prebenda ecclesie Bracharensis et parrochiali ecclesia sancti Juliani de Lagea ac perpetua portione parrochialis ecclesie sancti Michaelis [de] Averio, Bracharensis et Collubriensis diocesum (1).

Beatissime Pater, quia dictus Petrus Laurentii, canonicus Bracharensis, in dicta prescripta supplicatione contentus, non potuit conficere litteras apostolicas super gratia sibi facta de dictis beneficiis in ea contentis, et hoc propter paupertatem [etiam quia perdidit partem] suarum pecuniarum, quando reveniebat de regno Portugalie (2) ad istam Curiam et stetit hic in dicta Curia per octo menses et dicti sex menses sint elapsi, in quibus dictas litteras debuisset expedire et non potuit propter paupertatem, iuxta constitutionem eiusdem S., supplicat eidem S. V. dictus Petrus quatinus sibi dictam gratiam ratam et gratam habere dignemini perinde ac si infra tempus dictorum sex mensium littere predicte expedite fuissent, regulis, constitutionibus, ordinationibus vestre cancellarie et aliis quibuscumque in contrarium editis non obstantibus et sub prima data. — *Fiat sub prima data, si non stetit per eum et expediat infra duos menses. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, pridie Nonas Junii, anno quarto.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

(2) No ms. *Portugalia.*

520

1421, Junho 6

Querendo Antão Gonçalves, clérigo da diocese de Viseu, familiar e contínuo comensal do papa, resignar ao canonicato e prebenda de Tui e aos prestimónios de Valdevez e de Valadares, da dita diocese de Tui, a favor de Álvaro Vasques, clérigo do Porto, e de Gomes Lourenço, cónego de Tui, ambos pedem a graça pontifícia respectiva.

Reg. Suppl. 153, fl. 81-81v.

Beatissime Pater, cum Antonius Gunsalvi, clericus Visensis diocesis, devotus ac familiaris continuus commensalis V. S., velit canonicatui et prebende ecclesie Tudensis necnon prestimoniis de Valdevez et de Balladares (1) ac medietati sine cura parrochialis ecclesie monasterii nuncupati de Azere Tudensis diocesis, in quibus credit ius habere, in favorem devotorum vestrorum Alvari Valasci, clerici Portugalensis, et Gometii Laurentii, canonici Tudensis, in manibus domini vicecancellarii eiusdem S. simpliciter resignare, dignetur S. V. eidem domino vicecancellario committere et mandare ut, si dictas resignationes per dictum Antonium fieri contingat in manibus suis, de dictis canonicatu et prebenda dicto Alvaro, quorum fructus, etc., importat. sex, residendo vero et computatis distributionibus quotidianis quindecim, et dicto Gometio de dictis prestimoniis et medietate dicte ecclesie, quorum fructus importat. triginta et residendo quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum, computat. visitat., non excedunt et si premisso vel alio quovis modo seu per promotionem Garsie Roderici ad ecclesiam Silvensem (2), olim ipsos possidentis, et munus consecratio-

nis eiusdem vel lapsum temporis de consecrandis episcopis aut per quemcumque alium modum et personam vacent, ac etiam si generaliter vel specialiter reservati vel devoluti aut litigiosi existant, et lis seu lites inter aliquos pendeant indecise, cuius seu quarum statum eadem S. V. hic habere dignetur pro sufficienter expresso, eisdem Alvaro et Gometio vestra auctoritate apostolica provideat, non obstañ quod dictus Antonius familiaris V. S., ut dictum est, existat ac quod dictus Gometius canonicatum et prebendam ecclesie Tudensis prefate et medietatem sine cura parrochialis ecclesie sancti Michaelis de Çago Tudensis diocesis obtineat necnon ius quod in canonicatu et prebenda ecclesie Portugalensis pretendit habere, super quibus in Romana Curia litigat, quorum omnium fructus, etc., importat. quinquaginta, residendo vero et computatis distributionibus quotidianis, octuaginta librarum Turonensium similium secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, ac quadam gratia expectativa et aliis in cancellaria [fl. 81v] eiusdem S. exprimenda et non obstante defectu natalium quem dictus Gometius patitur de presbytero genitus et soluta, cum quo iam auctoritate apostolica ad hoc ut credit satis extitit dispensatum, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de omnibus tribus. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, octavo Idus Junii, anno quarto.

---

(1) As palavras *et de Balladares* foram acrescentadas na margem direita do texto.

(2) Cf. nota 1 do n.º 473.

521

1421, Junho 16

Gonçalo de Barros, clérigo da diocese de Braga, pede a faculdade de entrar na Ordem do Hospital e de receber priorados, preceptorias ou comendas da Ordem.

Reg. Suppl. 153, fl. 142v-143.

Beatissime Pater, cum devotus vester nobilis vir Gundissalvus de Barros, clericus Bracarensis diocesis, zelo devotionis accensus, desideret Hospitale fratrum sancti Johannis Iherosolimitani aut aliquam domum Hospitalis eiusdem ingredi et in eo professionem per illius fratres emitti consuetam emittere regularem ac sub eius habitu virtutum Domino famulari perpetuo, supplicat igitur S. V. dictus Gundissalvus quatinus sibi ut aliquam ex dictis domibus, in qua benivolos reppererit receptores, ingredi et in illa professionem huiusmodi emittere ac sub ipsius religionis habitu perpetuo Domino [fl. 143] famulari necnon ut post professionem huiusmodi quecumque, quotcumque et qualiacumque prioratus etiam maiores, domus, preceptorias, commendas, dignitates, personatus et officia aliaque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura per fratres dicti Hospitalis regi consueta, etiam si consueverint qui per electionem assumi ad ea, si sibi alias canonice conferantur, vel assumatur (1) ad illa, recipere et retinere illaque simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia similia vel dissimilia recipere et similiter quoad vixerit retinere libere et licite valeat, misericorditer indulgere digne-

mini et etiam dispensare. Non obstañ defectu natalium quem patitur de soluto nobili fratre dicti Hospitalis expresse professo genitus et soluta, necnon generalis et Pictavensis (2) conciliorum ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutis, stabilimentis et consuetudinibus dicti Hospitalis ceterisque contrariis quibuscumque et si forsan secum super defectu huiusmodi despensatum fuerit, in cancellaria exprimetur. — *Fiat de habilitatione. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, decimo sexto Kalendas Julii, anno quarto.

(1) No ms. *assumantur*, com sinal de erro.
(2) No ms. *Pitaviensis*, com sinal de erro.

522

1421, Junho 18

Álvaro Gil, clérigo da diocese do Porto, pede a igreja paroquial de S. João da Foz, a que o reitor da mesma Antão Martins tencionava resignar.

Reg. Suppl. 153, fl. 141v-142.

Beatissime Pater, cum devotus vester Antonius Martini, rector parrochialis ecclesie sancti Johannis de Foz, Portugalensis diocesis, eamdem ecclesiam quam obtinet ex certis rationabilibus causis resignare proponat, sive ex nunc in manibus S. V. sponte resignat, supplicat igitur S. V. humiliter devotus vester Alvarus Egidii, clericus dicte diocesis, quatinus sibi de dicta ecclesia, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona, vel per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si specialiter vel generaliter reservata, affecta vel devoluta sit, et super ea inter aliquos lis, cuius statum presentibus haberi placeat pro expresso, pendeat indecisa, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod quidam Johannes Gundissalvi qui se gerit pro subdiacono Compostellano ipsum Antonium super certis pretensis criminibus denuntiavit et litteras privationis desuper a S. V. ad quemdam Johannem Gunsalvi, canonicum Portugalensem, obtinuit, per quas ipsi Johanni de dicta ecclesia, cum per huiusmodi privationem vacaverit, mandatur provideri, [fl. 142] pretextu quarum, ipsum Antonium coram Ludovico Johannis, canonico Bracharensi, subdelegato a prefato iudice, traxit in causam, cuius cause statum presentibus haberi placeat pro expresso, quodque idem Alvarus defectum natalium patitur de presbytero genitus et soluta, super quo ut ad omnes minores ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum sine cura obtinere posset, ordinaria fuit auctoritate dispensatum ac secum ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri (1) [et] dictam parrochialem ecclesiam obtinere ac illam et beneficium huiusmodi, quotiens sibi placuerit, permutare valeat, dignemini misericorditer dispensare. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Tiburti, decimo quarto Kalendas Julii, anno quarto.

(1) No ms. *promovere*, com sinal de erro.

523

1421, Junho 18

Estêvão Afonso, reitor da igreja paroquial de S. Vicente de Pereira da diocese do Porto, permutou esta igreja com Lourenço Anes, reitor da igreja paroquial de S. Martinho de Salreu, da diocese de Coimbra, nas mãos do bispo de Coimbra D. Fernando Martins, com o consentimento do abade de S. Martinho de Cedofeita, ao qual pertence o direito de apresentação para a reitoria da dita igreja de S. Martinho de Salreu. O abade de Cedofeita, porém, apresentou em seguida Martinho Anes, clérigo da diocese do Porto, para a dita igreja de Salreu. Abandonada a questão por este último, Estêvão Afonso pede a provisão dessa igreja.

Reg. Suppl. 153, fl. 144-144v.

Beatissime Pater, cum olim devotus vester Stephanus Alfonsi, sancti Vincentii de Pereira Portugalensis diocesis et quidam Laurentius Johannis, sancti Martini de Sarleu Colimbriensis diocesis, parrochialium ecclesiarum tunc rectores, desiderantes illas certis de causis invicem permutare, easdem in manibus reverendi patris domini Fernandi, episcopi Colimbriensis (1), causa permutationis huiusmodi, de consensu tamen abbatis et capituli secularis et collegiate ecclesie sancti Martini de Cedofeyta dicte Portugalensis diocesis, ad quos presentatio dicte ecclesie sancti Martini, dum tempus vacationis occurrit, ut asseritur, pertinet, resignarunt. Qui quidem dominus Fernandus Stephano sancti Martini auctoritate ordinaria et Laurentio sancti Vincentii ecclesias prefatas ex commissione eidem domino Fernando episcopo per officialem curie episcopalis Portugalensis, ecclesia Portugalensi tunc vacante, facta contulit et providit de eisdem, cuius quidem provisionis vigore, dictus Stephanus possessionem ecclesie parrochialis sancti Martini prefate extitit assecutus, quam ex tunc tenuit et possedit, prout tenet et possidet de presenti, successive vero, Beatissime Pater, prefatus Laurentius, quia tempore permutationis, ut premittitur facte, ex infirmitate, qua tunc tenebatur, infra viginti dies decesserat, abbas et conventus de Cedofeyta, asserentes permutationem huiusmodi minime valere, quemdam Martinum Johannis, clericum dicte Portugalensis diocesis, non obstañ quod dicta permutatio [fl. 144v] de eorum consensu extiterat facta ut prefertur, ad eamdem parrochialem ecclesiam sancti Martini eidem domino Fernando episcopo tamquam vacantem per obitum dicti Laurentii presentarunt, ac (2) occasione vero *(sic)* presentationis huiusmodi inter dictos Stephanum et Martinum coram officiali curie episcopalis Colimbriensis materia questionis fuit orta, in qua ad nonnullos actus, citra tamen conclusionem, est processum, cuius cause statum presentibus habere dignemini pro expresso. Supplicat igitur S. V. prefatus Stephanus qui in prosecutione cause huiusmodi multos labores et expensas sustinuit et eamdem dictus Martinus adversarius per quatuordecim menses et amplius prosequi non curavit, quatinus resignationem ac provisionem sibi de dicta ecclesia sancti Martini, sic ut premittitur factas, cum omnibus inde secutis rat. habentes et grat. illaque auctoritate apostolica confirmare sibique nichilominus de eadem ecclesia parrochiali sancti Martini, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive per obitum dicti Laurentii vel alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata vel devoluta aut alias litigiosa exis-

tat, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod idem Stephanus perpetuam portionem sine cura in parrochiali ecclesia sancti Michaelis de Turribus Veteribus Ulixbonensis diocesis, cuius fructus, etc., viginti librarum dicte monete secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, noscitur obtinere, necnon gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria S. V. exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Tiburti, decimo quarto Kalendas Julii, anno quarto.

---

(1) Cf. nota 2 do n.º 112.
(2) No ms. *ut.*

524

1421, Junho 27

D. Pedro, bispo eleito de Évora, pede indulto para receber as Ordens sacras em dias fora do tempo determinado, de forma a poder receber a sagração episcopal dentro do tempo da prorrogação que lhe fora concedida.

Reg. Suppl. 153, fl. 79v.

Supplicat S. V. humilis et devota creatura vestra Petrus, electus Elborensis (1), quatinus sibi qui in minoribus dumtaxat ordinibus constitutus et infra tempus de suscipiendo munere consecrationis per S. V. sibi assignatum sive prorrogatum adhuc existit et infra quod propter eius brevitatem temporibus a iure statutis omnes sacros ordines et huiusmodi munus successive suscipere nequit, ut aliqua die dominica vel festiva extra tempora a iure statuta omnes sacros ordines et munus huiusmodi suscipere alias rite libere et licite valeat, in contrarium facientibus nequaquam obstantibus, licentiam et facultatem concedere dignemini de gratia speciali. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Tyburti, quinto Kalendas Julii, anno quarto.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 439.

525

1421, Junho 27

Estêvão Afonso, reitor da igreja paroquial de S. Martinho de Sarleu, da diocese de Coimbra, pede a provisão da igreja de S. Vicente de Pereira da diocese do Porto, vacante porque o possuidor Vasco Martins a reteve durante certo tempo sem se ordenar de sacerdote.

Reg. Suppl. 153, fl. 135v-136.

Supplicat S. V. devotus vester Stephanus Alfonsi, rector parrochialis ecclesie sancti Martini de Sarleu Colimbriensis diocesis, quatinus sibi gratiam facientes specialem, de parrochiali ecclesia sancti Vincentii de Pereyra Portugalensis diocesis, ex eo vacante quod quidam Valascus Martini illam canonice sibi collatam assecutus illamque per annum et amplius pacifice possidens, se non fecit, impedimento cessante legitimo nullaque super hoc canonica dispensatione obtenta, ad sacerdotium promoveri, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu adhuc per resignationem ex causa invalide permutationis inter eumdem Stephanum et quondam Laurentium Johannis, in partibus celebrate, per ipsum Stephanum factam aut per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si specialiter vel generaliter reservata vel devoluta aut litigiosa sit, eidem Stephano qui dictam ecclesiam sancti Martini vigore seu pretextu eiusdem permutationis assecutus, [fl. 136] illam tenet et cui etiam eadem S. de eadem ecclesia sancti Martini gratiose de novo concessit seu mandavit provideri, prout in cancellaria S. eiusdem, si expediat, plenius exprimetur, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod eamdem ecclesiam sancti Martini, cuius quadraginta, necnon perpetuam portionem sine cura in parrochiali ecclesia sancti Michaelis de Turribus Veteribus Ulixbonensis diocesis, cuius viginti, librarum Turonensium similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, obtineat, ac gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria exprimenda, et nichilominus cum eodem Stephano ut easdem parrochiales ecclesias per quinquennium insimul retinere et interim earum alteram pro compatibili beneficio permutare valeat, dignemini gratiosius dispensare, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis, signantes per *Fiat ut petitur et dispensamus — Fiat ut petitur et dispensamus ad sex menses, cum potestate permutandi.* O.

Datum Tyburti, quinto Kalendas Julii, anno quarto.

526

1421, Junho 27

Gonçalo Peres de Neiva, sacerdote da diocese de Braga e dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede a pluralidade de benefícios.

Reg. Suppl. 157, fl. 197v.

Beatissime Pater, alias S. V. cum devoto vestro Gundissalvo Petri de Nevia, presbytero Bracharensis diocesis, super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta ut, eo non obstante, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et duo beneficia ecclesiastica, etiam si ipsorum alterum curatum foret, si sibi alias canonice conferrentur, retinere libere et licite valeret apostolica extitit auctoritate dispensatum, cuius dispensationis vigore ad omnes ordines rite promotus et quamdam parrochialem ecclesiam tunc vacantem sibi canonice collatam assecutus, illam ex post ex certis causis ad hoc animum suum moventibus in manibus loci Ordinarii sponte ac pure et libere resignavit. Suppli-

cat S. V. dictus Gundissalvus quatinus secum ut ipse quecumque, quotcumque et qualiacumque, etiam unum, duo, tria, quatuor et plura beneficia ecclesiastica invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, etc., in metropolitañ cathedralibus aut collegiatis ecclesiis fuerint, dummodo dignitates ipse in cathedralibus maiores post pontificales aut in collegiatis ecclesiis principales non existant, si sibi alias canonice conferantur, recipere et retinere, cum potestate permutandi et permutata, etiam si unum ipsorum curatum fuerit, invicem tamen compatibilia, similiter recipere et insimul retinere libere et licite possit et valeat, defectu predicto necnon constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, de specialis dono gratie de novo dignemini misericorditer dispensare. Cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Tyburti, quinto Kalendas Julii, anno quarto.

527

1421, Junho 30

Gonçalo Egas, sacerdote da diocese de Braga, dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede outros benefícios, além dos que possuía.

Reg. Suppl. 153, fl. 219.

Beatissime Pater, alias cum devoto oratore vestro Gundisalvo Egee, presbytero Bracharensis diocesis, super defectu natalium quem patitur de soluto genitus et de soluta, ut, eo non obstante, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et duo beneficia ecclesiastica, etiam si unum ipsorum curam haberet animarum, si sibi canonice conferrentur, libere et licite obtinere valeat auctoritate apostolica extitit dispensatum, post quam quidem dispensationem ad omnes etiam sacros ordines rite fuit promotus et parrochialem ecclesiam sancte Eovadie de Balasar dicte diocesis, tunc vacantem, pacifice fuit assecutus, postea vero cum predicto Gundisalvo ut unum aliud beneficium ecclesiasticum compatibile recipere et una cum dicta ecclesia retinere, ipsaque beneficia obtempta (1) et obtinenda causa permutationis vel alias simul vel successive, semel tantum, dimittere, et loco dimissi vel dimissorum, aliud vel alia duo dumtaxat beneficia ecclesiastica similia vel dissimilia invicem compatibilia, si alterum ipsorum curatum foret, recipere et licite retinere valeret (2), eadem auctoritate successive extitit dispensatum, cuius ultime dispensationis vigore ecclesiam parrochialem sancti Romani de Milhazes, dicte diocesis, extitit pacifice et quiete assecutus. Supplicat igitur S. V. dictus Gundisalvus quatinus, dicto defectu non obstante, ut alia duo beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebende in metropolitana et cathedrali seu collegiatis ecclesis, si sibi alias canonice conferantur, quotiens sibi placuerit, simpliciter vel causa permutationis dimittere et loco dimissi vel dimissorum, aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia, ecclesiasticum seu ecclesiastica, invicem compatibilia, etiam recipere et retinere libere et licite valeat, dignemini misericorditer dispensare. Non obstañ dicta ecclesia sancti Romani quam, ut prefertur, possidet, cuius fructus, etc.,

triginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valoıem annuum non excedunt, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis.—*Fiat ut petitur. O.*

Datum Tibure, pridie Kalendas Julii, anno quarto.

(1) No ms. *obtemptum*, com sinal de erro.
(2) No ms. *valeant*, com sinal de erro.

528

1421, Junho 30

Pedro Lourenço, cónego de Braga, o qual tinha feito muitas despesas com a sua viagem à Curia, solicita providências quanto às letras apostólicas sobre o canonicato e prebenda bracarenses e outros benefícios.

Reg. Suppl. 153, fl. 221-221v.

Pro Petro Laurentii super mandato expediendi litteras, etc., super canonicatu et prebenda ecclesie Bracharensis ac certis aliis beneficiis (1).

Beatissime Pater, quia dictus Petrus Laurentii, canonicus Bracharensis, in dicta suprascripta supplicatione contentus, non potuit conficere litteras apostolicas super gratia sibi facta de beneficiis in ea contentis et hoc [fl. 221v] propter paupertatem, etiam quia perdidit partem suarum peccuniarum in via, quando veniebat de regnis Portugalie ad istam Curiam Romanam, in qua stetit per longum tempus, propter paupertatem, videlicet per octo menses et ultra, littereque apostolice super dicta gratia, quia tempus sex mensium est elapsum, expediri non possunt iuxta constitutionem V. S., idcirco supplicat eidem S. V. dictus Petrus quatinus sibi concedere et mandare quod dicte littere expediantur et perinde valeıe ac si infra tempus dictorum sex mensium littere predicte expedite fuissent, regulis, constitutionibus et ordinationibus vestre cancellarie et aliis quibuscumque in contrarium editis non obstantibus et sub prima data. — *Fiat si non stetit per eum. O.*

Datum Tibure, pridie Kalendas Julii, anno quarto.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

529

1421, Julho 4

Gil Vasques, sacerdote e cónego do Porto, dispensado do impedimento de ilegitimidade e com certos benefícios, pede mais um benefício, com faculdade de os permutar.

Reg. Suppl. 153, fl. 247-247v.

Beatissime Pater, alias cum devoto vestro oratore Egidio Valasci, presbytero, canonico Portugalensi, ut non obstante defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, primo ut ad unum beneficium sine cura et ad omnes minores [fl. 247v] ordines, ordinaria, deinde apostolica auctoritatibus ut ad omnes sacros ordines et duo beneficia ecclesiastica, etiam si alterum ipsorum curam habeat animarum, ac canonicatum et prebendam in ecclesia Portugalensi recipere et retinere libere [et] licite valeret, cum potestate permutandi tria beneficia, totiens quotiens sibi videbitur, pro alio vel aliis tribus beneficiis tantum, etc., extitit dispensatum, prout in litteris apostolicis desuper confectis plenius continetur et in cancellaria V. S. exprimetur, quarum dispensationum vigore, ad omnes etiam sacros ordines rite promotus et canonicatum et prebendam predictos ac parrochialem ecclesiam sancte Eulalie de Pedeurido Lamacensis diocesis, necnon perpetuam portionem sine cura in ecclesia collegiata sancti Petri de Ferreira Portugalensis diocesis, quorum fructus, etc., centum quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, assecutus fuit et possidet de presenti. Supplicat igitur S. V. dictus Egidius quatinus, dicto defectu non obstante, ut unum aliud beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, etiam si dignitas, personatus vel administratio vel officium fuerit, cum cura vel sine cura, invicem compatibilia, in metropolitañ, cathedralibus vel collegiatis ecclesiis et dignitas ipsa in metropolitañ, cathedralibus maior post pontificalem aut in collegiatis ecclesiis huiusmodi principalis fuerit, et ad eam consueverit qui per electionem assumi, si sibi alias canonice conferatur, vel assumatur ad illam, et illud vel illam, quotiens sibi placuerit, simpliciter vel ex causa permutationis dimittere et loco dimissi vel dimissorum, aliud vel alia simile vel dissimile aut similia, aut dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica, invicem compatibilia, etiam recipere et retinere valeat, dignemini misericorditer dispensare, non obstantibus predictis beneficiis et aliis non obstañ et clausulis oportunis [fl. 248]. — *Fiat.* O.

Datum Tibure, quarto Nonas Julii, anno quarto.

530

1421, Julho 4

Pedido de indulgências e privilégios para a albergaria dos Hispanos de Roma, como os tinha a dos Ingleses.

Reg. Suppl. 153, fl. 291.

Dignetur S. V. omnes et singulas gratias, indulgentias, exemptiones, privilegia et emunitates *(sic)* quascumque per summos Romanos pontifices predecessores vestros et eamdem S. hospitali Anglicorum de Urbe quomodocumque et qualitercumque concessas hospitali Yspanorum sub invocatione beati Ildefonsi confessoris, etiam in Urbe fundato, misericorditer concedere et impertiri, ita quod hospitale Yspanorum predictum omnibus et singulis gratiis, indulgentiis, exemptionibus, privilegiis, emunitatibus *(sic)* atque libertatibus, quibus dictum Anglicorum hospitale ex concessione et largitione apostolica quo-

modocumque tam in spiritualibus quam etiam temporalibus quibuscumque gaudet, fruitur, utitur seu potitur seu gaudere, frui, uti et potiri potest, consuevit aut debet, memoratum Yspanorum hospitale perpetuo gaudere, frui, uti et potiri libere et licite possit et debeat, misericorditer concedere, largiri et impertiri dignemini. Cum omnibus et singulis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Tibure, quarto Nonas Julii, anno quarto.

531

1421, Julho 4

Gonçalo Anes, clérigo da diocese de Braga, pede a igreja paroquial de S. Félix de Belinho da dita diocese, vacante por João Fernandes, reitor da mesma, ter conseguido o mestre-escolado do Porto.

Reg. Suppl. 156, fl. 278-278v.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Gundisalvus Johannis, clericus Bracharensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancti Felicis de Belinho dicte diocesis, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ex eo vacante quod Johannes Fernandi, eiusdem ecclesie rector et ultimus possessor, scolastriam ecclesie Portugalensis que inibi dignitas curata, non tamen maior post pontificalem, existit, extitit assecutus auctoritate apostolica, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque [fl. 278v] persona vacet, etiam si specialiter vel generaliter reservata, devoluta aut litigiosa existat, cuius litis statum, etc., pro expresso, eidem G[undisalvo] dignemini misericorditer providere, cum clausulis et non obstañ oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Tibure, quarto Nonas Julii, anno quarto.

532

1421, Julho 5

Estêvão Trigo, cónego de Tui, pede o arcediagado de Vila Nova de Cerveira, vacante por Álvaro Afonso o ter conservado com outros benefícios, sem a devida recepção das Ordens.

Reg. Suppl. 153, fl. 179-179v.

Supplicat S. V. devotus vester Stephanus Trigo, canonicus ecclesie Tudensis, quatinus sibi de archidiaconatu de Cerveyra, qui curatus et dignitas, non tamen maior post

pontificalem inibi est et cuius fructus, etc., ducentarum sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, ex eo vacante quod Alvarus Alfonsi, rector, prior nuncupatus, parrochialis ecclesie, prioratus nuncupate, sancti Martini Sancteranensis Ulixbonensis diocesis, dictam ecclesiam tunc obtinens, eumdem archidiaconatum, tunc certo modo vacantem, sibi collatum assecutus, illos ex tunc post lapsum temporis sibi desuper concessi, dispensatione et nulla super hoc alia canonica dispensatione per eum obtenta, per nonnulla tempora etiam post et contra constitutionem *Execrabilis* insimul detinuit indebite occupatos, sive ut premittitur, sive alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona seu per liberam resignationem dicti A. aut alterius pro eo de illo factam seu alias per dictam constitutionem vacet et generaliter vel specialiter reservatus, devolutus, litigiosus existat, seu etiam electivus sit, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod idem S[tephanus] canonicatum et prebendam ecclesie Tudensis predicte, quorum triginta, ac parrochialem ecclesiam sancte Marine de Bynzios Tudensis diocesis, cuius quadraginta quinque librarum similium, fructus, etc., predicta extimatione valorem annuum non excedunt, obtinet [fl. 179v] quodque dudum sibi de eodem archidiaconatu, credens ipsum tunc per obitum dicti. A. qui revera non obiit, vacare, gratiose concessum fuit provideri, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria apostolica exprimenda, secumque ut ecclesiam sancte Marine et archidiaconatum, si illum assequatur predictum, usque ad septennium insimul retinere, cum potestate alterum eorumdem, quod maluerit, interim pro alio cum reliquo compatibili permutandi, dispensare dignemini. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. et dispensamus ad annum. O.*

Datum Tibure, tertio Nonas Julii, anno quarto.

533

1421, Julho 7

Pedro Lourenço, cónego de Braga, pede um benefício eclesiástico na igreja de S. Tiago de Guimarães.

Reg. Suppl. 153, fl. 286-286v.

Supplicat S. V. humilis et devotus orator Petrus Laurentii, canonicus Bracharensis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de beneficio ecclesiastico sine cura sancti Jacobi de Vimaranis diocesis Bracharensis, vacante per mortem Garcie Sancii, olim cursoris domini Bonifacii pape noni (1) bone memorie, extra Romanam Curiam defuncti, qui dicti beneficii (2) fuit ultimus rector et abbas, eidem [fl. 286v] Petro dignemini de dicto beneficio, cuius fructus, etc., viginti quatuor florenorum auri de camera valorem annuum non excedunt, misericorditer providere, vel alias quibusvis modis, etiam per quascumque alias personas vacet, etiam si generaliter vel specialiter sedi apostolice reservatum aut devolutum existat, etiam si lis inter aliquos super dicto beneficio pendeat (3) indecisa. Non obstañ quod quidam Alvarus Valasci, qui se gerit pro clerico diocesis Bracharensis,

dictum beneficium detineat indebite occupatum, canonicatu et prebenda Brachareñ, quorum fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum, ac parrochiali ecclesia sancti Juliani de Lagea dicte diocesis Bracharensis, cuius viginti quinque, necnon perpetua portione sancti Michaelis de Averio, cuius fructus, etc., viginti quinque librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, necnon gratia expectativa sibi concessa in cancellaria exprimenda et cum omnibus non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Tibure, Nonis Julii, anno quarto.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 48.
(2) No ms. *de dicto beneficio*, com sinal de erro.
(3) No ms. *dependeat.*

534

1421, Julho 14

O bispo eleito de Évora D. Pedro solicita nova prorrogação e providências quanto às letras apostólicas sobre o mesmo assunto da sua sagração episcopal.

Reg. Suppl. 153, fl. 296v-297v.

Beatissime Pater, dudum S. V. pro parte devote creature vestre Petri, electi Elborensis (1), exposito quod ipse qui antea per eamdem S. ad ecclesiam Elborensem, tunc vacantem, promotus fuerat, infra tempus de consecrandis episcopis a canonibus diffinitum et quamdam constitutionem super hoc editam [fl. 297] certis legitimis impedimentis excusantibus ad sacros ordines promotus non fuerat neque munus consecrationis susceperat, S. V. per suas litteras devotis creaturis vestris Egitanensi et Ceptensi episcopis commiserit ut, si esset ita prefatum electum nullam inhabilitatis seu infamie maculam aut aliam sententiam sive penam tam a iure quam [ab] homine etiam per eamdem constitutionem inflictam quomodolibet incurrisse ipsamque ecclesiam per huiusmodi decursum temporis minime vacavisse aut vacare, omnia quoque per eum interim rite gesta valuisse et valere decernerent et declararent secumque ut usque ad sex menses a data earumdem litterarum computando susceptionem muneris prefati, dummodo illud interim susciperet, differre posset dispensarent sibique ut curam regiminis, administrationis ipsius ecclesie interim gerere et exercere libere posset concederent, prout in ipsis litteris plenius continetur. Cum autem, Beatissime Pater, licet littere prime et secunde expedite fuissent, tamen ipse in camera apostolica ad instantiam Aldigerii, mercatoris Florentini, et sociorum suorum pretendentium se ipsius electi predecessoribus ratione promotionum suarum olim ad eamdem ecclesiam factarum nonnullas peccuniarum summas tunc expressas mutuasse ea occasione tamdiu arrestate fuerint quod interim de predict. prorogation. sex mensibus, tres menses in preteritum transiverunt, ita ut ipse electus infra alios tres menses huiusmodi predictas litteras accipere ac promoveri et consecrari nullatenus possit. Ne igitur, Beatis-

sime Pater, prefatus electus ulterioris periculi subiaceat dispendio, dignetur S. V. litteras prefatas in omnibus et per omnia ut expedite fuerunt de novo et sub nova data ad huiusmodi sex menses qui ex nunc incipiant ut interim littere apostolice ad illas partes transmitti et ipse electus promoveri et consecrari possit vel saltem ad novem menses a data predictarum litterarum computando, que pari modo de novo expediri et corrigi debeant [fl. 297v] et cum ipse electus in camera prefata pro minutis et communibus servitiis ratione huiusmodi sue promotionis debitis in camera concordavit et absolutionem recepit absque quacumque commissione super premissis facienda expediri mandare gratiose. Cum omnibus clausulis oportunis. — *Fiat.* O.

Datum Tibure, pridie Idus Julii, anno quinto.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 439.

535

1421, Julho 22

O cardeal de Santo Ângelo pede o deado de Braga, vacante por morte de Álvaro Martins, para Luís da Guerra, de descendência nobre, sobrinho de D. João I, rei de Portugal, clérigo do Porto, bacharel em decretos e acólito da sé apostólica.

Reg. Suppl. 154, fl. 60-60v.

Supplicat S. V. humilis et devota factura vestra P[etrus], sancti Angeli diaconus cardinalis (1), quatinus sibi in personam dilecti sui Ludovici de la Guerra, clerici Portugalensis, bacallarii in decretis, apostolice sedis acoliti, qui de nobili genere procreatus ac domini regis Portugalie nepos existit, specialem gratiam facientes, de decanatu ecclesie Bracarensis, qui dignitas curata et electiva ac maior post pontificalem in eadem ecclesia existit et quem quondam Alvarus Martini, ipsius ecclesie decanus, dum viveret, obtinebat, per obitum ipsius Alvari Martini qui prefati cardinalis familiaris commensalis extitit et nuper extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacante, cuius quidem decanatus fructus, etc., sine distributionibus centum, distributionibus vero quotidianis computatis, ducentarum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona aut per constitutionem *Execrabilis* vel liberam resignationem in dicta Curia vel extra, etiam coram notario publico et testibus dumtaxat factam, vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio sive dispositio ad sedem apostolicam legitime devoluta ipseque dispositioni apostolice specialiter vel alias generaliter reservatus existat, et super eo lis, cuius statum, etc., pendeat indecisa, cum annexis ac omnibus iuribus et pertinentiis suis eidem Ludovico dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod dictus [fl. 60v] decanatus dignitas electiva ac maior post pontificalem existat ut prefertur, necnon constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac quadam gra-

tia expectativa, quam idem Ludovicus habet, in confectione litterarum declaranda, et aliis contrariis quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Tibure, undecimo Kalendas Augusti, anno quarto.

---

(1) D. Pedro Fonseca, cardeal diácono de Santo Ângelo, criado em Dezembro de 1412 por Bento XIII. Morreu em Vico Varo a 21 de Agosto de 1422. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 30.

536

1421, Julho 22

O cardeal de Santo Ângelo pede a abadia da igreja colegiada de S. Martinho de Cedofeita e o canonicato e prebenda de Braga, vacantes por morte de Álvaro Martins, para Gonçalo Martins, clérigo da diocese do Porto e seu familiar.

Reg. Suppl. 154, fl. 87v-88.

Supplicat S. V. humilis et devota factura vestra P[etrus], sancti Angeli diaconus cardinalis (1), quatinus sibi in personam Gundissalvi Martini, clerici Portugalensis diocesis, familiaris sui, specialem gratiam facientes, de abbatia secularis et collegiate ecclesie sancti Martini de Cedofeyta predicte diocesis, que dignitas principalis curata et electiva in ipsa ecclesia existit, necnon de canonicatu et prebenda ecclesie Bracharensis, quos quondam Alvarus Martini, decanus Bracharensis, dum viveret, obtinebat, per obitum ipsius Alvari qui eiusdem domini cardinalis familiaris commensalis extitit et nuper extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacantibus, quorum videlicet abbatie sine distributionibus trecentorum, cum distributionibus vero cotidianis trecentorum sexaginta, canonicatus autem et prebende predictorum sine distributionibus triginta, cum distributionibus vero huiusmodi quinquaginta quinque scutorum auri de Francia secundum communem extimationem fructus, redditus et proventus valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona aut per constitutionem *Execrabilis* vacent, etiam si tanto tempore vacaverint quod eorum collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta ipsique canonicatus et prebenda ac abbatia dispositioni apostolice specialiter vel alias generaliter reservati existant et super illis in dicta Curia vel extra inter aliquos lis, cuius statum, etc., pendeat indecisa, cum sibi annexis ac omnibus iuribus et pertinentiis suis eidem Gundissalvo dignemini misericorditer providere. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis statutisque et consuetudinibus dictarum ecclesiarum et aliis contrariis quibuscumque quodque idem Gundissalvus in dicta ecclesia collegiata canonicatum et prebendam, quorum fructus, etc., viginti quinque scutorum auri similium secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, obtinet. Non obstañ etiam quod nuper S. V. in effectu concessit ut prebende dicte ecclesie Bracharensis, in qua tunc quadraginta prebendarum numerus erat, que per cessum vel decessum, etc., aut alias quomodocumque

ex tunc in antea vacarent, extinguerentur penitus [fl. 88] nec posset de illis provideri, etc., donec numerus prebendarum huiusmodi ad triginta prebendas tantum foret reductus, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Tibure, undecimo Kalendas Augusti, anno quarto.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 535.

537

1421, Agosto 16

Pedro Gonçalves, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Óbidos, pede o canonicato e prebenda de Lisboa.

Reg. Suppl. 157, fl. 40v.

Supplicat S. V. devotus vester Petrus Gundisalvi, prior sive rector parrochialis ecclesie sancte Marie de Obidis Ulixbonensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda Ulixbonensis ecclesie, quorum fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacantibus per obitum Johannis Roderici, presbyteri, ultimi eorumdem canonicatus et prebende possessoris, extra Romanam Curiam defuncti, sive premisso, sive alio quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona sive facto vel per constitutionem *Execrabilis* vacent, etiam si tanto tempore vacaverunt quod eorum collatio dispositioni apostolice seu generaliter vel specialiter reservati, devoluti sive affecti aut in Romana Curia vel extra litigiosi existant, eidem P[etro] dignemini misericorditer providere, parrochiali ecclesia supradicta, cuius fructus, etc., centum quinquaginta librarum Turonensium similium simili extimatione valorem annuum non excedunt, necnon quadam gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria eiusdem S. declaranda, ac regulis cancellarie ceterisque contrariis facientibus non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Tibure, decimo septimo Kalendas Septembris, anno quarto.

538

1421, Agosto 25

Gomes Lourenço, cónego de Tui, pede a perpétua porção da igreja de Santa Maria de Faro, da diocese de Silves, vacante porque morrera Álvaro Martins, abade da colegiada de Cedofeita, o qual fora dela provido por Gil Afonso ter contraído matrimónio.

Reg. Suppl. 154, fl. 131-131v.

Beatissime Pater, cum quidam Egidius Alfonsi, portionarius ecclesie sancte Marie de Faarom Silvensis diocesis, quamdam perpetuam portionem sine cura in dicta ecclesia sancte Marie pacifice possideret, ipse Egidius cum quadam femina matrimonium contraxit per verba legitima de presenti, deinde devotus vester Alvarus Martini, abbas secularis et collegiate ecclesie sancti Martini de Citofacta Portugalensis diocesis, dictam portionem, si per contractum dicti matrimonii vacabat aut vacaret, a S. V. impetravit ipseque Alvarus, litteris nondum confectis, decessit. Supplicat igitur S. V. humilis et devotus vester Gometius Laurentii, canonicus Tudensis, quatinus sibi de dicta portione, cuius fructus, etc., importatis centum, residendo vero et computatis cotidianis distributionibus centum triginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per obitum dicti abbatis aut contractum matrimonii dicti Egidii vacet aut vacaverit [fl. 131v] aut alias quovis modo seu per quamcumque aliam personam vel per constitutionem *Execrabilis* vacet, aut specialiter vel generaliter dispositioni sedis apostolice reservata vel devoluta existat, eidem G[ometio] dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod per dictum Egidium etiam detineatur seu quod dictus Gometius canonicatum et prebendam ecclesie Tudensis et medietatem sine cura parrochialis ecclesie sancti Michaelis de Çago Tudensis diocesis obtineat, quorum fructus, etc., viginti, ac canonicatum et prebendam ecclesie Portugalensis, in quibus pretendit ius habere, quorum etiam fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium similium secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt ac non obstante defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, cum quo ad hoc sufficienter extitit dispensatum, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis ac non obstante gratia expectativa, in cancellaria eiusdem S. exprimenda. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, octavo Kalendas Septembris, anno quarto.

539

1421, Agosto 27

Rui Dias, cónego de Braga, colector geral no reino de Portugal, pede a igreja paroquial de Tresminas, da diocese de Braga, vacante por morte de Álvaro Martins que dela foi provido, por Fernando Vasques não ter recebido Ordens sacras dentro dum ano, mas morreu antes da confecção das letras apostólicas.

Reg. Suppl. 154, fl. 128v-129.

Beatissime Pater, dudum vacante parrochiali ecclesia de Tresmiras Bracharensis diocesis, ex eo quod Fernandus Valasci, olim ipsius ecclesie rector, infra annum et annos se ad sacros ordines promoveri non fecerit, deinde devotus vester Alvarus Martini, abbas secularis et collegiate ecclesie sancti Martini de Citofacta Portugalensis diocesis, ipsam ecclesiam sic vacantem a S. V. impetravit ipseque Alvarus, litteris nondum confectis, extra Romanam Curiam est defunctus. Supplicat igitur S. V. devotus orator vester Rodericus Didaci, canonicus Bracharensis, fructuum et proventuum in regnis Portugalie

et Algarbii camere apostolice debitorum generalis collector, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de dicta ecclesia de Tremiras, cuius fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, si per obitum dicti abbatis vel per non promotionem dicti Fernandi ad sacros ordines, ut dictum est, aut alias quovis modo [fl. 129] vel per quamcumque aliam personam seu per constitutionem *Execrabilis* vacet aut alias generaliter vel specialiter dispositioni sedis apostolice reservata vel devoluta existat, eidem R[oderico] dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod dicta ecclesia per dictum Fernandum detineatur seu quod dictus Rodericus canonicatum et prebendam ecclesie Bracharensis et parrochialem ecclesiam sancti Salvatoris de Johane ac heremitagium sine cura sancte Marie de Azinhoso Bracharensis diocesis necnon perpetuam portionem sine cura ecclesie sancti Salvatoris de Turribus Novis Ulixbonensis diocesis obtineat, quorum omnium fructus, etc., ducentarum, ac cantoria ecclesie Portugalensis, in qua credit ius habere, cuius etiam fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium similium secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ac non obstañ gratia expectativa, in cancellaria eiusdem S. exprimenda, et gratia ad duo incompatibilia et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. —*Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, sexto Kalendas Septembris, anno quarto.

540

1421, Agosto 29

Rodrigo Calata, cavaleiro da Ordem do Hospital, pede a confirmação da provisão e posse da comenda de Ansemil da diocese de Viseu, que lhe concedera Frei Nuno Gonçalves de Góios, prior geral da Ordem.

Reg. Suppl. 154, fl. 49-49v.

Beatissime Pater. Cum alias devoto et humili vestro nobili viro Roderico Calata, militi ordinis sancti Johannis Jerosolomitani de commenda de Ansimil Visensis (1) diocesis per nobilem et circumspectum virum fratrem Nunium Gundissalvi de Goyos, priorem generalem eiusdem ordinis in Portugalie regno, tunc eam possidentem, fuerit provisum, cuius provisionis vigore, possessionem dicte commende pacificam assecutus fuit, fructus, etc., percipiendo, dubitetque assecutionem, provisionem et inde secuta certis de causis viribus non subsistere, idcirco V. S. pro parte dicti Roderici humiliter et devote supplicatur quatinus provisionem et assecutionem predictas ceteraque inde secuta rata et grata habere eaque ex vestra scientia confirmare necnon de commenda predicta, [fl. 49v] cuius fructus, etc., trecentorum et quinquaginta florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, seu alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque facto vel persona, seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, et generaliter vel specialiter reservata, devoluta seu litigiosa sit quomodolibet, eidem Roderico dignemini misericorditer providere de novo. Non obstante commenda sancti Jo[hannis]

Covillaneñ Egitaniensis diocesis, cuius fructus, etc., octuaginta florenorum auri prefate monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, quam obtinet, ceterisque in contrarium facientibus nequaquam obstantibus, cum clausulis oportunis:

... ...

[fl. 51]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus tribus, pro ultimo in forma iuris. O.

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, quarto Kalendas Septembris, anno quarto.

---

(1) No ms. *Vicensis.*

541

1421, Setembro 1

Rodrigo Calata, freire da Ordem do Hospital, pede ao papa confirme a provisão por Nuno Gonçalves de Góios, prior geral da Ordem, da comenda de Ansemil, da diocese de Viseu.

Reg. Suppl. 155, fl. 11-11v.

Beatissime Pater. Cum alias devoto et humili vestro nobili viro Roderico Calata, militi ordinis sancti Johannis Jherosolomitani, de commenda dAnsimil Visensis (1) diocesis, per nobilem et circumspectum virum fratrem Nunum Gundissalvi de Goyos, priorem generalem ordinis predicti in Portugalie regno, tunc eam possidentem et in antea per obitum quondam fratris Vincentii Alfonsi ac per resignationem de ipsa per fratrem Johannem Velasci Peyxoto factam, tunc vacante et priori predicto per venerabilem dominum magnum magistrum ac generalem ordinis prefati conventum tunc collata, fuerit provisum, cuius provisionis vigore realem et actualem dicte commende possessionem idem Rodericus fuit assecutus, fructus, etc., eiusdem percipiendo, dubitetque predictus Rodericus ipsas provisionem, assecutionem et cetera inde secuta certis de causis viribus non subsistere, propter quod V. S. humiliter et devote pro parte Roderici predicti supplicatur quatinus dictas provisionem, assecutionem et quecumque inde secuta rata et grata habere eaque ex vestra [fl. 11v] certa scientia confirmare necnon de commenda predicta, cuius fructus, etc., tricentorum et quinquaginta florenorum auri de camera valorem annuum non excedunt, sive premisso sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque facto vel persona seu per constitutionem *Execrabilis* aut per liberam resignationem alicuius in Curia Romana vel extra legitime factam vacet, aut tanto tempore vacavit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime est devoluta et generaliter vel specialiter reservata, devoluta seu inter aliquos in Romana Curia vel extra litigiosa sit, litis statum presentibus habentes pro sufficienter expresso, et cum suppletione defectuum, si qui intervenerint, eidem Roderico dignemini de novo misericorditer providere. Non obstante commenda sancti Johannis Covillaneñ Egitani-

ensis diocesis, cuius fructus, etc., octuaginta florenorum de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, quam noscit obtinere, ceterisque in contrarium facientibus, si que sint, nequaquam obstantibus, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur sine preiudicio statutorum ordinis. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, Kalendis Septembris, anno quarto.

(1) No ms. *Vicensis.*

542

1421, Setembro 1

Luís da Guerra, sobrinho de D. João I, rei de Portugal, pede a expedição das letras apostólicas sobre graça expectativa anterior.

Reg. Suppl. 157, fl. 237-237v.

Beatissime Pater, cum alias S. V. suprainsertorum tenorum supplicationes devoto vestro Ludovico de la Guerra, serenissimi principis Johannis Portugalie et Algarbii regis illustris nepoti, super eius gratia expectativa gratiose signaverit, cum autem, Beatissime Pater, licet in predictis supplicationibus dictus Ludovicus huiusmodi gratiam ad certam librarum Turonensium summam petierit sibi fieri per signaturam dictarum supplicationum [fl. 237v] similium quingenti florenorum auri eidem fuerint concessi quodque in eisdem supplicationibus fuit inadvertenter obmissum peti, secum super retentione incompatibilium (1) dispensare, idcirco supplicat S. V. Ludovicus predictus quatinus litteras apostolicas super eadem gratia conficiendas usque ad summam quingentarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem loco predictorum quingentorum florenorum, necnon cum dispensatione quod ipse duo, tria, quatuor et plura ecclesiastica beneficia invicem incompatibilia, etiam si curata ac dignitates, personatus, administrationes vel officia, etiam sibi invicem usque ad dictam summam incompatibilia, quecumque, etiam si parrochiales ecclesie fuerint, vigore huiusmodi gratie assequenda, libere recipere ipsaque quoad vixerit retinere necnon huiusmodi incompatibilia pro alio vel aliis ecclesiasticis beneficiis etiam incompatibilibus simul vel successive, totiens quotiens voluerit, dimittere, et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia ecclesiastica beneficia, etiam incompatibilia similia vel dissimilia, etiam si dignitates in metropolitana seu cathedralibus maiores post pontificales seu principales in collegiatis ecclesiis ac etiam elective et curate existant, eidem quavis auctoritate conferenda, recipere ac insimul quoad vixerit retinere valeat, etiam absque clausula restrictiva quod ipse vigore huius gratie in qualibet civitate et diocesi ultra duo seu ad unam ex collationibus in eadem gratia contentis, ultra unum, beneficia nequeat acceptare, sub prima data, et eodem proprio motu expediri mandare misericorditer dignemini. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis aliisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat de dispensatione ad incompatibilia et sub prima data. O.*

Datum Rome, apud Sanctam [Mariam] Maiorem, Kalendis Septembris, anno quarto.

(1) No ms. *incompatibilia*, com sinal de erro.

543

1421, Setembro 3

Pedido do Infante D. Duarte, a favor do bispo eleito de Évora D. Pedro, que fora absolvido de certas penas e irregularidade, por não ter pago a taxa devida pela sua promoção à sé de Évora.

Reg. Suppl. 154, fl. 61v-62.

Pater Sancte, nuper devota creatura vestra Petrus, electus Elborensis supra nominatus (1), ab excommunicationis sententia aliisque penis, si quas ob defectum solutionis communis et minutorum servitiorum, in quibus ipse camere apostolice ac familiaribus et officialibus V. S., occasione promotionis sue, ut superius tangitur, eatenus obligatus, quoquo modo incurrerat, per reverendum patrem dominum vicecamerarium, informatum de calamitatibus supra expositis, absolutus existit ac cum eo super irregularitate, si quam occasione premissorum celebrando divina vel immiscendo se illis contraxerat, dispensatum, sed nichilominus littere apostolice prime et secunde super prescripta supplicatione quoad reliquos articulos in ea petitos cum commissione [fl. 62] ad certos iudices confecte apparent. Quapropter ut idem electus a laboribus et expensis, quas propterea subire haberet, relevetur, supplicat S. V. humilis et devotus ac vester serenissimus Eduardus, illustrissimi domini Johannis regis Portugalie primogenitus, pro parte dicti electi, nepotis sui, quatinus dictas litteras refici et de novo absque quacumque commissione cum decreto et declaratione supra petitis, videlicet quod idem electus nullam propter non susceptionem muneris consecrationis seu non promotionem ad sacros ordines sententiam sive penam incurrit, abolitioneque cuiusvis inhabilitatis et infamie macule necnon aliis clausulis supra petitis expediri mandare. Cum omnibus non obstañ et clausulis in dicta supplicatione contentis et aliis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, tertio Nonas Septembris, anno quarto.

(1) Cf. nota 1 do n.º 439.

544

1421, Setembro 3

João Rodrigues, que fora provido por autoridade ordinária da abadia da igreja colegiada de S. Martinho de Cedofeita, vacante por morte de Álvaro Martins, pede nova provisão.

Reg. Suppl. 154, fl. 119v-120.

Beatissime Pater, nuper vacante ecclesia seculari et collegiata sancti Martini de Cedofeita Portugalensis diocesis, que dignitas principalis in eadem ecclesia existit, per

obitum quondam Alvari Martini, eiusdem ecclesie ultimi possessoris, qui familiaris reverendi patris domini P[etri] cardinalis sancti Angeli (1) existens, extra Romanam Curiam decessit, devoto S. V. Johanni Roderici, canonico Portugalensi, de dicta ecclesia sic vacante extitit ordinaria auctoritate provisum. Sed quia dictus Jo[hannes] dubitat ex certis causis collationem et provisionem huiusmodi viribus non subsistere, supplicat igitur S. V. dictus Johannes, cum quo alias ut duo curata seu incompatibilia beneficia, si sibi alias canonice conferantur, recipere et usque ad certum tempus, tunc expressum, retinere valeret, apostolica fuit auctoritate dispensatum, etiam si dignitas, etc., foret, ut in litteris desuper confectis latius continetur, quatinus sibi gratiam facientes specialem, de dicta ecclesia, cuius fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem [fl. 120] annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si specialiter vel alias generaliter reservata vel devoluta ac curata et electiva existat et super ea inter aliquos lis pendeat indecisa, eidem Johanni dignemini misericorditer de novo providere. Non obstañ quod in Portugalensi et Ulixbonensi canonicatus et prebendas obtinet, necnon archidiaconatum de Meinedo, qui dignitas, non tamen maior post pontificalem in eadem Portugalensi ecclesiis existit, de quo sibi provisum fuit et cuius possessionem non habet, super eo quoque litigare intendit, quorumque omnium fructus, etc., trecentarum sexaginta librarum Turonensium similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria S. V. exprimenda, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, tertio Nonas Septembris, anno quarto.

(1) Cf. nota 1 do n.º 535.

545

1421, Setembro 5

Lourenço Peres, monge do mosteiro de S. Pedro de Cete, dispunha-se a resignar por meio de procurador à igreja paroquial de Santo Adrião de Canas, que Pedro Anes, clérigo do Porto, pede para si.

Reg. Suppl. 154, fl. 101.

Beatissime Pater, cum devotus vester Laurentius Petri, monachus monasterii sancti Petri de Cete ordinis sancti Benedicti Portugalensis diocesis ac rector parrochialis ecclesie sancti Adriani de Canas dicte diocesis, eamdem ecclesiam, quam obtinet, per suum procuratorem ex nunc in manibus S. V. sponte resignet, supplicat S. V. devotus vester Petrus Johannis, clericus Portugalensis, quatinus resignationem huiusmodi admittentes, sibi de eadem ecclesia, cuius fructus, etc., viginti quatuor librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis*

vacet, etiam si specialiter vel alias generaliter reservata vel devoluta ac litigiosa sit, dignemini misericorditer providere. Non obstante gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, Nonis Septembris, anno quarto.

546

1421, Setembro 5

Luís da Guerra, sobrinho de D. João I, rei de Portugal, completa súplica anterior sobre a incompatibilidade de benefícios, com faculdade de os permutar.

Reg. Suppl. 157, fl. 239-239v.

Beatissime Pater, cum per signaturam preinserte supplicationis devoto vestro Ludovico de la Guerra, serenissimi principis Johannis Portugalie et Algarbii regis illustris nepoti, prout a nonnullis asseritur, dispensatio ad incompatibilia obtinenda cum potestate ea cum similibus vel dissimilibus permutandi pariter et retinendi quoad vixerit non veniat, supplicat V. S. prefatus L[udovicus] quatinus ut incompatibilia obtinere taliaque cum similibus vel dissimilibus permutare et ea retinere quoad vixerit secundum formam et tenorem prefate inserte supplicationis [fl. 239v] misericorditer dispensare dignemini, cum non obstañ in prefata supplicatione contentis et clausulis oportunis et sub prima data. — *Fiat ut petitur et sub prima data* O.

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, Nonis Septembris, anno quarto.

547

1421, Setembro 9

Pedro Anes, clérigo do Porto, pede a igreja paroquial de Santo Adrião de Canas da dita diocese, que o monge do mosteiro de S. Pedro de Cete, Lourenço Peres, se dispunha a deixar.

Reg. Suppl. 154, fl. 124v-125.

Beatissime Pater, cum devotus vester Laurentius Petri, monachus monasterii sancti Petri de Cete ordinis sancti Benedicti Portugalensis diocesis rectorque parrochialis ecclesie sancti Adriani de Canes dicte diocesis, eamdem ecclesiam quam obtinet resignare proponat quamque etiam ex nunc in manibus V. S. pure, sponte et libere resignat, supplicat eidem S. V. devotus vester Petrus Johannis, clericus Portugalensis, quatinus resignationem

huiusmodi admittentes, sibi de eadem [fl. 125] ecclesia, cuius fructus, etc., viginti quatuor librarum Turonensium parvorum secundum communem [extimationem] valorem annuum non excedunt, sive premisso, seu alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona, seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta vel alias generaliter vel specialiter reservata et affecta sit aut super ea in Romana Curia vel extra eam lis, cuius statum presentibus placeat habere pro sufficienter expresso, pendeat indecisa, eidem P[etro] Johannis dignemini misericorditer providere. Non obstante gratia expectativa, in cancellaria V. S. latius declaranda. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, quinto Idus Septembris, anno quarto.

548

1421, Setembro 10

Pedro Anes, sacerdote da diocese de Bordeus, pede a igreja paroquial de S. Pedro, sobre a qual litigava com um clérigo de Lisboa.

Reg. Suppl. 154, fl. 131v-132.

Beatissime Pater, pendente lite inter devotum S. V. Petrum Johannis, presbyterum Burdegalensis diocesis, actorem et expectantem apostolicum, ex una, et quemdam Arnaldum Makanan pro clerico Ulixbonensi se gerentem, reum et auctoritate ordinaria possessorem, coram domino decano ecclesie Burdegalensis, executore seu subexecutore apostolico, de et super parrochiali ecclesia sancti Petri de Brugiis dicte diocesis et eius occasione partibus ex alia, in dicta causa ad certos actus, citra tamen cause conclusionem, extitit processum, cuius cause et totius processus statum dignemini hic habere pro sufficienter expresso. Cum autem, Pater Sancte, ab aliquibus asseratur neutri ipsorum P[etri] et A[rnaldi] in dicta ecclesia seu ad eam ius minime competere, supplicat igitur humiliter S. V. idem P[etrus] quatinus sibi gratiam facientes specialem, dicto domino decano seu auditori cause, qui pro tempore erit, committere dignemini et mandare quatinus, si per eventum litis huiusmodi sibi constiterit [fl. 132] neutri ipsorum P[etri] et A[rnaldi] in dicta ecclesia seu ad eam ius minime competere, de dicta parrochiali ecclesia, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, et quam vacantem per obitum quondam Bernardi de Berrano, extra Romanam Curiam defuncti, idem P[etrus], vigore cuiusdam gratie expectative per S. V. sibi facte, acceptavit et de eadem sibi provideri obtinuit, sive premisso, sive alias quovis modo, vel ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si devoluta aut alias generaliter vel specialiter reservata seu alias litigiosa in dicta Curia vel extra existat, cuius litis statum etiam habere placeat pro expresso, eidem P[etro] auctoritate apostolica provideat. Non obstañ quod unam in parrochiali sancti Petri et aliam in Hospitalis beati Jacobi Burdegalensi ecclesiis perpetuas cappellanias sine cura, quarum

fructus, etc., viginti quinque librarum Turonensium similium secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, obtinet, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 133]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus tribus. O.

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, quarto Idus Septembris, anno quarto.

549

1421, Setembro 10

D. Pedro, bispo de Évora, pede licença de fazer testamento.

Reg. Suppl. 154, fl. 162.

Supplicat S. V. humilis et devota creatura vestra Petrus, episcopus Elborensis (1), quatinus sibi de quibusvis bonis tam ratione ecclesie sue Elborensis aut alias undecumque ad eum provenientibus usque ad summam decem milium florenorum auri de camera testandi et de illis libere disponendi licentiam concedere dignemini et etiam facultatem, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, quarto Idus Septembris, anno quarto.

(1) Cf. nota 1 do n.º 439.

550

1421, Setembro 10

Luís da Guerra, clérigo do Porto, pede a expedição das letras apostólicas, completando súplica anterior sobre o deado de Braga.

Reg. Suppl. 157, fl. 119v-120.

Reformatio Ludovici de la Guerra, clerici Portugalensis, super decanatu ecclesie Bracharensis (1).

Beatissime Pater, cum in gratia, cuius copia prescribitur, non fuerit facta mentio

de quadam dispensatione perpetua duorum incompatibilium cum potestate permutandi, etc., in gratia expectativa, cuius mentio fit in eadem, concessa et facta quodque dicta gratia expectativa ad duo incompatibilia per eamdem S. inter cetera vigore gratie expectative huiusmodi assequenda in casu dicti decanatus pacifice assecutionis sibi salva remaneret, supplicat igitur eidem S. dictus Ludovicus quatinus litteras apostolicas super dicto decanatu conficiendas cum expressione dicte dispensationis et cum reservatione [fl. 120] dicte gratie expectative ad incompatibilia predicta videlicet quod, dicti decanatus pacifice assecutione fienda non obstante, ipse vigore dicte gratie dicta duo incompatibilia, etc., assequi valeat, etc., et cum dispensatione videlicet quod ipse L[udovicus] dicta duo incompatibilia vigore dicte gratie expectative assequenda una cum dicto decanatu, si omnia tria pacifice assequi contingat, insimul obtinere et quoad vixerit retinere valeat, etiam cum potestate permutandi vel illa aut ipsorum alterum simpliciter, quotiens sibi placuerit, dimittendi et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia similia vel dissimilia, etiam si dignitates maiores post pontificales in metropolitañ seu cathedralibus maiores aut in collegiatis principales, etiam curate et elective seu parrochiales ecclesie fuerint, tria dumtaxat incompatibilia, obtinere et insimul, quoad vixerit, retinere possit et valeat et sub prima data expediri mandare. Constitutionibus apostolicis, iuris concilii generalis et aliis contrariis non obstantibus. Et cum non obstañ aliis in prima gratia expressis, cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, quarto Idus Septembris, anno quarto.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

551

1421, Setembro 12

Nova súplica de Pedro de Góios, escolar de Braga, completando a anterior sobre a dispensa do impedimento de ilegitimidade.

Reg. Suppl. 154, fl. 191.

Reformatio Petri de Goyos, scolaris Bracharensis, super dispensatione defectus natalium (1).

Pater Sancte, cum per inadvertentiam formantis supplicationem, cuius copia prescribitur, fuerit omissum ibidem petere quod prefatus supplicans recipere et retinere posset prioratus et preceptorias conventuales et generales, cum pauci sint alterius qualitatis, dignetur S. V. litteras super dicta gratia etiam ad prioratus et preceptorias conventuales et generales sub prima data in cancellaria V. S. expediri mandare, defectu superius in dicta copia expresso et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, pridie Idus Septembris, anno quarto.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

552

1421, Setembro 12

Branca da Cunha, monja do mosteiro de Lorvão, pede para si o mosteiro de S. Pedro de Arouca, vacante por morte de Leonor Anes, apesar dos litígios sobre o mesmo entre Beatriz Anes, e Leonor Pereira.

Reg. Suppl. 154, fl. 191v-192.

Supplicat S. V. humilis et devota eiusdem S. oratrix Brancha de Comha, monialis monasterii de Lorvaãm Cisterciensis ordinis, Colimbriensis diocesis, de nobili genere procreata, quatinus de persona sua monasterio sancti Petri de Arouca dicti ordinis Lamecensis diocesis, cuius fructus, etc., mille librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, per obitum quondam Leonoris, illius abbatisse, extra Romanam Curiam defuncte, vacanti, sive premisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si eius dispositio ad sedem [fl. 192] apostolicam ex quavis causa devoluta aut illi specialiter vel generaliter reservata dictumque monasterium in dicta Curia vel extra eam litigiosum (1) sit, litis statum huiusmodi habentes presentibus pro expresso, etiam si per modum si neutri predicta et infra dicenda aut quavis alia, litibus extantibus, de specialis dono gratie cum translatione oportuna, providere ipsamque illi preficere in abbatissam, curam et administrationem ipsius monasterii sancti Petri eidem Branche in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo. Non obstañ quod super dicto monasterio sancti Petri et eius regimine lis seu lites extra dictam Curiam coram Visensi et Samariensi episcopis seu eorum altero vel ab eis seu eorum altero subdelegatis aut sede apostolica delegatis, quarum status etiam presentibus habere dignemini pro expressis, inter quasdam Beatricem Johannis pretendentem se in abbatissam dicti monasterii sancti Petri per illius conventum electam fuisse canonice et Leonorem Pereyra, moniales eiusdem monasterii sancti Petri, pendent indecise, necnon constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutis quoque et consuetudinibus monasteriorum et ordinis predictorum, ceterisque contrariis quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et committatur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, pridie Idus Septembris, anno quarto.

---

(1) No ms. *litigiosa*, com sinal de erro.

553

1421, Setembro 12

Gonçalo Martins, familiar do cardeal de Santo Ângelo e cónego de S. Martinho de Cedofeita, pede a expedição das letras apostólicas sobre o pedido do mesmo cardeal quanto à abadia da colegiada de S. Martinho de Cedofeita e canonicato e prebenda de Braga.

Reg. Suppl. 154, fl. 206.

Beatissime Pater, nuper S. V. gratiam fecit devoto vestro Gundissalvo Martini, canonico ecclesie collegiate sancti Martini de Cedofeita Portugalensis diocesis, ad supplicationem domini cardinalis sancti Angeli (1), cuius familiaris existit, de abbatia dicte ecclesie ac canonicatu et prebenda ecclesie Bracharensis, tunc certo modo vacantibus, prout in supplicatione super hoc manu vestra beatissima per *Fiat ut petitur* signata latius continetur. Cum autem, Pater Sancte, obstantibus regulis cancellarie ex signatione huiusmodi non veniat nisi unum ex dictis beneficiis videlicet dicta abbatia, ex eo quod ascendunt dictorum beneficiorum fructus, etc., ultra centum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem, supplicat igitur dictus cardinalis eidem S. V. ne dictus G[undissalvus] predicte (2) gratie (3) frustretur effectu, quatinus litteras apostolicas etiam super canonicatu et prebenda dicte ecclesie Bracharensis conficiendas expediri mandare dignemini pro dicto G[undissalvo], prout petitum fuit, non obstantibus regulis cancellarie et aliis contrariis quibuscumque et sub prima data, de gratia speciali. — *Fiat et sub prima data. O.*

Et non obstañ etiam suppressione quatordecim canonicatuum et prebendarum facta in ipsa ecclesia Bracharensi, de qua in ipsa supplicatione mentio habetur. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, pridie Idus Septembris, anno quarto.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 535.
(2) No ms. *predicta.*
(3) No ms. *gratia.*

554

1421, Setembro 12

Nova súplica de Luís da Guerra, sobrinho de D. João I, rei de Portugal, e clérigo do Porto, sobre o deado de Braga e respectivas letras apostólicas.

Reg. Suppl. 154, fl. 206v-207.

Reformatio Ludovici de la Guerra, clerici Portugalensis, super decanatu ecclesie Bracharensis (1).

Beatissime Pater, cum in gratia, cuius copia prescribitur, non fuerit facta mentio de quadam dispensatione perpetua duorum incompatibilium cum potestate permutandi, etc., in gratia expectativa, cuius mentio fit in eadem, concessa et facta quodque etiam dicta gratia expectativa ad duo incompatibilia per eamdem S. inter cetera vigore gratie expectative huiusmodi assequenda in casu dicti decanatus pacifice assecutionis sibi salva remaneret, supplicat igitur eidem S. dictus L[udovicus] quatinus litteras apostolicas super dicto decanatu conficiendas cum expressione dicte dispensationis et cum reservatione dicte gratie expectative ad incompatibilia predicta, videlicet, quod dicti decanatus pacifice assecutione fienda non obstante, ipse vigore dicte gratie, dicta duo incompatibilia, etc., assequi valeat, etc., cum dispensatione videlicet quod ipse L[udovicus] dicta duo incompatibilia vigore dicte gratie expectative vel alias assequenda una cum dicto decanatu, si omnia tria pacifice assequi contingat, insimul obtinere et quoad vixerit retinere valeat, etiam cum potestate permutandi vel illa aut ipsorum alterum simpliciter, [fl. 207] quotiens sibi placuerit, dimittendi et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia similia vel dissimilia, etiam si dignitates maiores post pontificales in metropolitanis seu cathedralibus maiores aut in collegiatis principales, etiam curate et elective, seu parrochiales ecclesie fuerint, tria dumtaxat incompatibilia, obtinere et insimul quoad vixerit retinere possit et valeat et sub prima data expediri mandare. Constitutionibus apostolicis, iuri[bus] concilii generalis et aliis contrariis non obstantibus et cum non obstañ et clausulis aliis in prima gratia expressis, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur O. Fiat.*

Et sub prima data. — *Fiat. O.*

... ...

[fl. 207v]

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, pridie Idus Septembris, anno quarto.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

555

1421, Setembro 19

Beatriz Anes, freira professa do mosteiro de S. Pedro de Arouca, eleita abadessa, pede dispensa da infâmia em que incurrera antes por ter tido filhos, alegando seu bom exemplo e santidade de vida que conduzia ao tempo da eleição.

Reg. Suppl. 154, fl. 216-216v.

Beatissime Pater, exponitur pro parte humilis et devote oratricis vestre Beatricis Johannis, monasterii sancti Petri de Arouca Cisterciensis ordinis, Lamecensis diocesis, expresse professe et in abbatissam ipsius monasterii sancti Petri per moniales eiusdem monasterii concorditer electe, quod cum ipsa, retroactis temporibus, in monasterio et

religione predictis existens, carnis stimulo convinta certos filios et filias de suo corpore procreaverit, nunc vero ad tantam probitatem atque bonorum tantum zelamen deventa quod popter eius merita laudabileque regimen in abbatissam [fl 216v] dicti sui monasterii, ut prefertur, eligi et eidem monasterio prefici meruit, supplicatur igitur eidem S. V. pro parte dicte Beatricis quatinus sibi ac dicto monasterio, pio ac paterno compatientes affectu, super infamia et excessibus huiusmodi, necnon super irregularitate et inhabilitate, si quas occasione premissorum incurrerit, misericorditer dispensare dignemini, electionem de persona ipsius ad dictum monasterium, ut premictitur factam, ac omnia inde secuta et sequenda ratam et gratam habentes legitimamque, validam et efficacem nuntiantes, dictorum monasterii et ordinis statutis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de utroque, si sine scandalo. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, tertiodecimo Kalendas Octobris, anno quarto.

556

1421, Setembro 19

Pedro Anes, clérigo do Porto, pede a igreja paroquial de S. Martinho de Rio de Moinhos, da diocese do Porto, vacante por morte de Gonçalo Afonso.

Reg. Suppl. 154, fl. 216v-217.

Supplicat S. V. devotus vester Petrus Johannis, clericus Portugalensis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancti Martini de Rio de Moinhos Portugalensis diocesis, per obitum quondam Gunsalvi (1) Alfonsi, olim eiusdem ecclesie rectoris, qui pro nonnullis suis negotiis promovendis ad Romanam Curiam veniens et ab illa recedens in loco ultra duas dietas ab Urbe, ubi tunc dicta Curia residebat, non remoto decessit, vacante, cuius fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona aut per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si ecclesia ipsa que pro medietate de iure patronatus monasterii beate Margarite (2) de Paçoo de Sousa ordinis sancti Benedicti dicte diocesis et pro alia medietate de iure patronatus laicorum existit, et que tanto tempore vacavit quod eius collatio est ad sedem apostolicam legitime devoluta, licet Valascus Alfonsi, prior monasterii sancti Salvatoris de Fraxio, ordinis sancti Augustini Bracarensis diocesis, illam detineat indebite occupatam, specialiter vel generaliter reservata aut alias devoluta existat et super ea inter alios [fl. 217] lis in Romana Curia vel extra eam pendeat indecisa, eidem Petro, qui etiam consensum huiusmodi patronorum habere sperat, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod eidem Petro de parrochiali ecclesia sancti Adriani de Canes dicte Portugalensis diocesis, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, apostolica extitit auctoritate provisum

seu concessum aut mandatum provideri, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, tertiodecimo Kalendas Octobris, anno quarto.

---

(1) Antes escreveu o copista *Gundissalvi,* palavra que traçou.
(2) Cf. n.º 575.

557

1421, Setembro 19

Gomes Lourenço, cónego de Tui, em questão com André Gonçalves sobre o canonicato e prebenda do Porto, pede ao papa confirme a provisão e aceitação dos mesmos.

Reg. Suppl. 155, fl. 47-47v.

Beatissime Pater, dudum vacantibus canonicatu et prebenda ecclesie Portugalensis per obitum quondam Andree Geraldi, ultimi possessoris eorumdem, extra Romanam Curiam defuncti, devotus vester Gometius Laurentii, canonicus Tudensis, illos acceptavit et de eisdem sibi auctoritate litterarum apostolicarum provideri obtinuit, quibus acceptatione et provisione non obstantibus, quidam Andreas Gondissalvi, assertus rector tunc parrochialis ecclesie de Bretheande Lamecensis, nunc de Murça Bracharensis, diocesum, in dictis canonicatu et prebenda se intrusit ac illos occupavit, cuius occasione, idem Gometius cum dicto Andrea et cum aliis occupantibus ipsos, tam in partibus quam in Curia, litigavit ac unam diffinitivam sententiam contra eosdem habuit que, nulla appellatione suspensa, transivit in rem iudicatam. Supplicat igitur S. V. dictus Gometius quatinus acceptationem et provisionem ac sententiam predictas gratas habentes et ratas, eas ex vestra certa scientia confirmare et, si opus est, de dictis canonicatu et prebenda, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem [fl. 47v] annuum non excedunt, etsi premisso vel alias quovis modo aut per quamcumque aliam personam seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, aut specialiter vel generaliter dispositioni apostolice sedis reservati vel devoluti et litigiosi existant, et lis inter aliquos in Romana Curia vel extra pendeat indecisa, eidem G[ometio] de novo dignemini misericorditer providere. Non obstañ canonicatu et prebenda ecclesie Tudensis ac medietate sine cura parrochialis ecclesie sancti Michaelis de Çago Tudensis diocesis, quos obtinet, quorum omnium fructus, etc., viginti librarum Turonensium similium secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, necnon perpetua portione sine cura ecclesie sancte Marie de Faaron Silvensis diocesis, in qua pretendit ius habere, cuius fructus, etc., centum librarum Turonensium similium, etc., ut supra, ac gratia expectativa, in cancellaria eiusdem S. exprimenda, et non obstañ defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, cum quo auctoritate apostolica ad hoc, ut credit, satis extitit dispensatum, ac, si necesse est, super eodem defectu secum misericorditer dispensare, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro utroque. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, tertiodecimo Kalendas Octobris, anno quarto.

558

1421, Setembro 27

Luís da Guerra, sobrinho de D. João I, rei de Portugal, renova súplica anterior sobre a incompatibilidade de benefícios, e pede a expedição das letras apostólicas.

Reg. Suppl. 154, fl. 274.

Reformatio super dispensatione ad incompatibilia (1).

Beatissime Pater, cum in supplicatione, cuius copia prescribitur, cum devoto vestro Ludovico de la Guerra, illustrissimi principis regis Portugalie nepote, ut duo incompatibilia, etiam si parrochiales fuerint ecclesie, per litteras V. S. primo, deinde ut ipsa una cum decanatu Bracharensi, qui dignitas curata et electiva existit, sit ut tam predictarum quam super huiusmodi decanatu litterarum conficiendarum, tria dumtaxat incompatibilia cum potestate permutandi, etc., recipere et quoad vixeret (2) licite retinere valeret gratiose dispensaverit, prout in ipsis litteris ac supplicationibus et reformationibus vestra beatissima manu signatis latius continetur, quarum tenores hic eadem S. habere dignetur pro sufficienter expressis. Cum autem, Pater Sancte, littere super huiusmodi decanatus gratia conficiende in cancellaria apostolica cum expressione clausule etiam si due parrochiales ecclesie fuerint expediri recusentur, dignetur S. V., de remedio super hoc providentes oportuno, ipsas litteras apostolicas predicti decanatus cum prefate clausule necnon omnium et singularum in prefatis litteris et supplicationibus contentorum, beatissima manu vestra signat. expressione in dicta cancellaria ac alibi ubilibet expediri mandare. Constitutionibus apostolicis, cancellarie regulis iuris, statutis ac aliis contrariis nequaquam obstantibus, cum non obstañ et clausulis in prefatis supplicationibus et reformationibus contentis et aliis oportunis et sub prima data. — *Fiat et sub prima data O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, quinto Kalendas Octobris, anno quarto.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto. No Reg. Suppl. 157, fl. 261, depois das palavras *Cassat. quia fuit de vacan. per fiat*, na margem esquerda, encontramos o seguinte: *Beatissime Pater. Cum...*, etc. desta súplica até às palavras *etiam si parrochiales fuerint*. Essa parte da súplica incompleta foi riscada.

(2) No ms. *viexisset*, com sinal de erro.

559

1421, Setembro 29

Beatriz Anes, freira professa do mosteiro de S. Pedro de Arouca, em litígio com Leonor Pereira sobre a eleição a abadessas do mosteiro, pede ao papa confirme a sua eleição, se constar do litígio que nenhuma tem direito ao governo do dito mosteiro.

Reg. Suppl. 154, fl. 277-278.

Beatissime Pater, exponitur S. V. pro parte humilis et devote oratricis vestre Beatricis Johannis, abbatisse monasterii sancti Petri de Arouca Cisterciensis ordinis, Lamecensis diocesis, quod licet olim ipsa, dicto monasterio tunc per obitum quondam Leonoris, eiusdem monasterii abbatisse, extra Romanam Curiam defuncte, vacante, concorditer electa et deinde electio huiusmodi per S. V. litteras confirmata ac de persona sua eidem monasterio provisum canonice ipsaque Beatrix possessionem pacificam regiminis et administrationis bonorum dicti monasterii assecuta fuisset ac tunc illi presideret, tamen postmodum Johannes Alvari Pereyra, genitor Leonoris Pereyra, monialis dicti monasterii, pretendens de persona eiusdem Leonoris prefato monasterio, sic ut premittitur, vacanti, etiam per eiusdem S. V. litteras provisum illamque ei prefectam (1) fuisse in abbatissam cum multis aliis armigeris equestribus et pedestribus, cum balistis et aliis offensibilibus armis terribilibus [fl. 277v] dictum monasterium manu potenti aggressus et in illud per eamdem Beatricem propter vim et metum qui merito cadere poterant in constantem intromissus, prefatam Leonorem filiam suam introduxit in possessionem, eamque predictam B[eatricem] per vim et metum huiusmodi coram certis notariis et testibus quos secum ad hoc duxerat, ad cedendum omni regimini et administrationi, necnon iuri sibi in ipso monasterio vel ad illud quomodolibet competenti inducta, de quo tunc ipsa Beatrix postmodum quamprimum ad locum sibi tutum devenerat publice protestata fuit, in possessione regiminis et administrationis huiusmodi ab illis dicta Beatrix, ut premittitur, potenter eiecta, tamquam abbatissam huiusmodi laicali potentia immisit et immitti fecit, dictaque Lionor premissis omnibus consentiens seu ut verisimiliter creditur illa fieri procurans, seque de regimine et administratione huiusmodi intromisit, et insuper sibi munus benedictionis impendi fecit, reddens se propterea regimine et administratione ac monasterio predictis ac omni iure, si quod sibi in illis quomodolibet competiit, penitus indigna. Quare supplicatur S. V. pro parte dicte Beatricis quatinus alicui probo in illis partibus committere et mandare dignemini ut de premissis summarie, simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura iudicii, sola facti veritate inspecta, informet, et si per informationem huiusmodi ita esse reppererit, eadem Beatrice in possessione regiminis et administrationis huiusmodi, quibus sic, ut prefertur contra iustitiam violenter spoliata existit, ad presens restituta, prefatam Leonorem regimine et administratione, necnon monasterio predictis ac omni iure huiusmodi auctoritate apostolica sententialiter privet eamque amoveat realiter ab eisdem et alias eidem Beatrici in premissis debite defensionis et restitutionis auxilio assistens, sibi in eisdem premissis et aliis emergentibus, incidentibus et connexis ministret iustitie complementum et nichilominus, si sibi forsan constiterit electionem et confirmationem predictas et alia inde secuta minus canonice facta fuisse neutrique ipsarum Beatricis et Leonoris in eodem monasterio seu ad illud ius competere, de persona eiusdem Beatricis [fl. 278] dicto monasterio, cuius fructus, etc., duarum milium librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive adhuc per obitum Leonoris, seu tunc per privationem huiusmodi aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacet et dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservatum vel devolutum aut litigiosum sit, provideat, eamque illi preficiat in abbatissam, litis pendentia inter Beatricem et Leonorem prefatas super regimine et administratione predictis coram reverendo patre episcopo Samariensi extra Romanam Curiam pendente, cuius statum presentibus habere dignemini pro expresso et quam etiam ab eo advocare dignemini et eidem probo committere ulterius audiendam, decidendam et fine debito terminandam ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat, prout de iure.* O.

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, tertio Kalendas Octobris, anno quarto.

(1) No ms. *prefatam*, com sinal de erro.

560

1421, Outubro 3

João Vasques, sacerdote da diocese de Viseu, em questão com Vasco Anes sobre a igreja paroquial de Santa Maria de Alverca, da mesma diocese, pede providências a seu favor.

Reg. Suppl. 155, fl. 124v-125.

Beatissime Pater, dudum parrochiali ecclesia sancte Marie de Alverca Visensis diocesis, per obitum quondam Martini Cadrato, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, devotus S. V. Johannes Valasci, presbyter dicte diocesis, a quibusdam laicis eiusdem ecclesie, veris patronis et existentibus in pacifica possessione vel quasi iuris presentandi personam ydoneam in rectorem dicte ecclesie dum vacat, necnon Valascus Johannis [fl. 125], gerens (1) se pro presbytero dicte diocesis, a quibusdam aliis etiam laicis et pro patronis eiusdem ecclesie se gerentibus, reverendo patri domino episcopo Visensi (2) successive, alias infra tempus debitum, ad eamdem ecclesiam presentati fuerunt. Qui quidem episcopus neutri Johannis et Valasci predictorum ad presentationem huiusmodi in rectorem prefate ecclesie instituere voluit, ortaque propterea inter Johannem Valasci et Valascum prefatos materia questionis et causa huiusmodi coram venerabili viro Martino Gundisalvi, eiusdem episcopi vicario generali, aliquamdiu ventilata, qui contra eumdem Johannem et pro eodem Valasco unam, primo, et deinde per ipsum Johannem ad sedem apostolicam appellato, venerabilis vir Alvarus Martini, scolasticus ecclesie Egitaniensis, in huiusmodi causa per reverendum patrem Gundissalvum, episcopum Egitaniensem (3), subdelegatus, cui postea causa ipsa apostolica auctoritate commissa extitit, aliam diffinitivas sententias promulgarunt iniquas, a qua quidem ultima sententia idem Johannes, sentiens exinde indebite se gravari, ad sedem appellavit eamdem. Supplicat igitur S. V. dictus Johannes Valasci quatinus presentationem huiusmodi sibi factam confirmare ac sibi de dicta ecclesia que, ut ab aliquibus asseritur, tanto tempore vacavit quod eius collatio est ad sedem apostolicam legitime devoluta et cuius fructus, etc., triginta quinque librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si specialiter vel alias generaliter reservata aut alias devoluta existat, et super ea inter aliquos alios lis pendeat indecisa, eidem Johanni Valasci misericorditer providere causamque ultime appellationis huiusmodi cum omnibus suis incidentibus, emergentibus et connexis alicui probo viro in partibus committere dignemini de gratia speciali. Constitutionibus apostolicis ac aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de nova provisione.* O.

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, quinto Nonas Octobris, anno quarto.

---

(1) No ms. *asserens*, com sinal de erro.

(2) Cf. notas 1 dos n.os 430 e 514.

(3) Gonçalo Vasques, nomeado em 1395 por Bonifácio IX. Depois da sua morte, ocorrida em 1426, foi nomeado Luís da Guerra, deão de Braga, por Martinho V em 12 de Fevereiro de 1427. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 235.

561

1421, Outubro 9

Pedido da administração da parte portuguesa da diocese de Badajoz para o bispo de Évora D. Pedro, pelo facto de o prelado português de Badajoz, D. Pedro, estar já muito velho.

Reg. Suppl. 155, fl. 188v-189. Publicada por SOUSA COSTA, A. D. DE, *Mestre André Dias de Escobar, figura ecuménica do século XV, Documentos*, n. 37.

Beatissime Pater. Cum propter graves et hactenus inextinguibiles guerras regnorum Portugalie et Castelle necnon diuturnam pestiferi scismatis continuationem ecclesia Pacensis, cuius iurisdictio in utrisque regnis prefatis exercetur et eius bona consistunt, in duas partes divisa, per duos, quorum unus apud ipsam ecclesiam, alius vero in dicto regno Portugalie residet, pro tempore gubernatur (1), sitque Petrus episcopus, partem ipsius ecclesie in ipso regno Portugalie percipiens et administrans, adeo senio confractus, circa septuagesimum sue etatis annum constitutus, et alias corporis sui viribus destitutus quod ipsi ecclesie in partibus illis preesse et ipsius administrationem exercere non valet per seipsum, ne igitur ipsa ecclesia neglectui submittatur in regno Portugalie memorato, aut eius iurisdictio et bona penitus alienentur, supplicatur S. V. pro parte humilium et devotorum oratorum vestrorum universorum cleri dicti [fl. 189] regni, infra eamdem diocesim consistentium, quatinus reverendum patrem Petrum, episcopum Elborensem (2), de regali prosapia procreatum, qui iurisdictionem et bona huiusmodi laudabiliter valeat conservare et etiam alienata reducere, quamdiu ecclesie Elborensi prefuerit, eidem P[etro] episcopo Pacensi, quoad vixerit et donec huiusmodi guerra penitus sedata et sopita fuerit, in coadiutorem in spiritualibus et temporalibus in dicto regno Portugalie dumtaxat constituere, ordinare et etiam deputare dignemini eique huiusmodi coadiutoris (3) officium in eisdem spiritualibus et temporalibus exercendi ac illa in dicto regno Portugalie dumtaxat regendi et gubernandi una cum regimine et administratione ecclesie Elborensis plenariam concedere potestatem, prout veri episcopi Pacenses gubernare et administrare de iure possent et deberent. Constitutionibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat durante vita episcopi Pacensis predicti et committatur. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, septimo Idus Octobris, anno quarto.

(1) Cf. SOUSA COSTA, OFM, ANTÓNIO D. DE, *Mestre André Dias de Escobar, figura ecuménica do século XV*, pp. 86-87, nota 223.

(2) Cf. nota 1 do n.º 439.

(3) No ms. *coadiutorem*, com sinal de erro.

562

1421, Outubro 10

Pedido de expedição das letras apostólicas sobre as indulgências, privilégios e isenções da albergaria dos Hispanos de Roma.

Reg. Suppl. 155, fl. 173v.

Reformatio indulgentiarum hospitalis Ispanorum in Urbe (1).

Beatissime Pater. Cum in supplicatione, cuius copia superius describitur, dubitetur litteras desuper conficiendas cum expressione indulgentiarum et aliorum contentorum in privilegiis hospitalis Anglicorum de Urbe successive per predecessores S. V. ac summos pontifices concessis, prout necessarium supradicto hospitali Ispanie fore videretur, expediri non posse, dignetur igitur S. V. ipsas litteras ad instar gratiarum, indulgentiarum, privilegiorum, consuetudinum et immunitatum et cum eorum expressione expediri mandare. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac aliis quibuscumque in contrarium editis non obstantibus. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, sexto Idus Octobris, anno quarto

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

563

1421, Outubro 17

Leonor Pereira, freira professa do mosteiro de S. Pedro de Arouca, em litígio com Beatriz Anes, sobre o governo do mosteiro, depois de várias intervenções de leigos, inclusive do pai e outras pessoas armadas, pede ao papa providências a seu favor.

Reg. Suppl. 155, fl. 246-246v.

Beatissime Pater, dudum vacante monasterio monialium sancti Petri de Arouca, Cisterciensis ordinis, Lamescensis diocesis, per obitum quondam Leonoris, ipsius monasterii abbatisse, extra Romanam Curiam defuncte, quedam Beatrix Johannis, monialis, preten-

dens se in ipsius monasterii abbatissam electam, in illo se intrusit ac de regimine et administratione illius de facto se intromisit. Postmodum S. V. devote creature vestre episcopo Samariensi (1) in partibus illis residenti, suis dedit litteris in mandatis, ut si electionem huiusmodi per impressionem seu alias repperiret minus canonice processisse, illa per ipsum cassata et annullata, ac predicto monasterio, ut premittitur vacante, de persona devote vestre Leonoris Pereyra, monialis dicti monasterii, ordinem ipsum expresse professe, super sua ydoneitate certa cognitione premissa, provideret, idemque episcopus legitime, et iuris ordine observato, in huiusmodi causa procedens, vocata dicta Beatrice et aliis que erant evocande, per suam diffinitivam, per quam dictam pretensam electionem cassavit et annullavit ac de persona dicte Leonoris eidem monasterio providit ipsamque illi in abbatissam prefecit, curam, regimen et administrationem illius sibi plenarie committendo, sententiam promulgavit, que tandem, nulla provocatione suspensa, in rem [fl. 246v] transivit iudicatam. Sed dicta Beatrix, laicali suffulta potentia, dictum monasterium exire ac regimen et administrationem eiusdem ipsi Leonori dimittere, etiam loco et tempore congruis requisita, recusavit. Quapropter dictus episcopus, iudex et executor prefatus Johannem Alvari Pereyra laicum, eiusdem Leonoris genitorem, requisivit ut laycos armigeros de dicto monasterio expelleret, ne ipsum in executione sententie sue prefate impedirent idemque Johannes, dicta Leonore invita et contradicente, cum comitiva potenti, manu armata dictum monasterium inaccessit *(sic)*, sine lesione tamen monasterii et personarum ibidem existentium, cuius timore territi, armigeri inibi existentes abinde recesserunt. Subsequenter prefatus episcopus eamdem Leonorem in ipsius monasterii corporalem possessionem induxit, sententiam suam executioni debite demandando. Supplicat igitur eidem S. humiliter dicta Leonor abbatissa quatinus alicui probo [viro] in illis partibus committere et mandare dignemini ut, si premissa repperiret veritate fulciri, preditam sententiam et omnia inde secuta approbet, ratificet et confirmet, supplens omnes defectus, si qui propter accessum dicti Johannis manu armata ad huiusmodi monasterium aut alias intervenerint in eisdem, necnon penas et censuras per prefatum episcopum in ipsam Beatricem et sibi in hiis adherentes ac contradictores quoslibet et rebelles promulgatas, servatis processibus, aggravet, quotiens opus fuerit, cum invocatione auxilii brachii secularis. Et nichilominus ipsam Leonorem abbatissam, prout iustum fuerit, in possessione sua huiusmodi defendat ac sibi a suis subditis obedientiam, reverentiam et honorem exhiberi necnon de fructibus, redditibus et proventibus dicti monasterii integre responderi faciat cum effectu. Contradictores quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam auctoritate apostolica compescendo, cum non obstañ et clausulis oportunis.—*Fiat in forma.* O.

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, sextodecimo Kalendas Novembris, anno quarto.

---

(1) Talvez se trate da igreja titular de Sebaste, na Palestina. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, II, p. 232-233.

564

1421, Outubro 20

Ocupada várias vezes a cidade de Tui, a sé catedral e seus anexos sofreram destruições que era necessário reparar. Para tal fim, os interessados pedem ao papa indulgências para os que

contribuírem com esmolas e visitarem a igreja catedral e a faculdade de mandarem pedir esmolas pelas terras e reinos da Península.

Reg. Suppl. 156, fl. 5v-6.

Beatissime Pater, dudum satore zizanie procurante, gravi inter certos regni Castelle insidiatores et inimicos ac ipsum regnum orta discordia et guerris suscitatis, civitas Tudensis que in confinibus dicti regni situata et per eosdem inimicos obsessa et demum manu ostili occupata atque capta de facto extitit, tractu vero temporis, treugis inter eosdem inimicos et civitatem tractatis, ipsa civitas a dictis inimicis fuit pacifice relicta, quibus treugis finitis, iterum per eos inimicantes in obsidione posita et ut prefertur rapta et occupata per vim et potentiam fere per septennium extitit, quibus obsidionibus et aliis tribulationibus causantibus, tam dicta civitas in suis membris quam [fl. 6] etiam maior et cathedralis ecclesia ipsius et claustrum eiusdem ecclesie bombardis et aliis ingeniis dirupta (1) et destructa (2) ipsaque ecclesia vestimentis sacerdotalibus, libris, calicis et aliis ornamentis pro maiore parte, occasione dicte guerre, privata fuerint necnon etiam nonnulla bona et possessiones ad episcopalem et capitularem Tudeñ mensas pertinentia destructa. Cum autem, Pater Sancte, dicta ecclesia in eius edificiis ac aliis ad servitium divinum ibidem necessariis magnis propter premissa reparationibus indigeat, ad cuius reedificationem bona ad ipsas mensas pertinentia, propter ipsorum paucitatem, sufficere non valeant, ob quod christifidelium elemosine sunt plurimum oportune, dignetur S. V. eisdem christifidelibus, qui ecclesiam ipsam devote in septem Domini nostri Jhesu Christi et quatuor beate Marie Virginis et aliis festivitatibus et octavis earum in cancellaria eiusdem S. exprimendis, ecclesiam ipsam visitaverint et ad ipsius reedificationem manus porrexerint adiutrices necnon illis qui pro rehedificatione ecclesie et claustri predictorum seu ad ornamenta predicta caritativa subsidia erogaverint vel in eorum testamentis aliquid legaverint decem annos et totidem quadragenas ac in dictis octavis centum dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxare necnon episcopo et capitulo Tudeñ ut per questarios ipsas helemosinas per Yspaniarum et aliarum terrarum regna huiusmodi helemosinas querere valeant ac ipse indulgentie imperpetuum durent etiam dignemini misericorditer concedere de gratia speciali, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque. — *Fiat in forma.* O.

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, tertiodecimo Kalendas Novembris, anno quarto.

(1) No ms. *dirupte,* com sinal de erro.
(2) No ms. *destructe,* com sinal de erro.

565-568

1421, Outubro 20

Rodrigo ou Rui Dias, colector geral em Portugal, pede a igreja paroquial de Tresminas, da diocese de Braga, vacante por morte de Álvaro Martins, deão bracarense. Gomes Lourenço, cónego de Tui, pede a perpétua porção da igreja paroquial de Santa Maria de Faro, vacante tam-

bém por morte do dito Álvaro Martins, e a igreja paroquial de Santa Eulália de Lara, da diocese de Tui. Álvaro Vasques, clérigo do Porto, solicita o canonicato e prebenda do Porto, vacantes por morte de mestre Afonso, deão do Porto.

Reg. Suppl. 157, fl. 185v-187.

Beatissime Pater, dudum parrochiali ecclesia sancte Marie de Termiras Bracharensis diocesis, tamquam certo vacante, devotus vester Alvarus Martini, decanus tunc ecclesie Bracharensis, ipsam ecclesiam a S. V. impetravit ipseque Alvarus, litteris nondum confectis, extra Romanam Curiam diem clausit extremum. Supplicat igitur S. V. devotus orator vester Rodericus Didaci, canonicus Bracharensis, in regnis Portugalie et Algarbii eiusdem S. collector, quatinus sibi specialem gratiam facientes de dicta parrochiali ecclecia de Tersmiras *(sic)*, cuius fructus, etc., tricentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, si, ut premititur, per mortem dicti Didaci aut alio quovis modo, seu per mortem cuiusdam Fernandi Valasci, olim ipsius ecclesie rectoris, aut per resignationem alterius Martini Johannis in manibus Ordinarii factam seu per non promotionem cuiusdam alterius Fernandi Valasci, nunc eamdem ecclesiam occupantis, infra annum ad sacros ordines, aut per capitulum *Licet canon*, vel per constitutionem *Execrabilis*, seu per quamcumque aliam personam aut per irregularitatem, inhabilitatem vel illicitam detentionem [fl. 186] vacet, aut si tanto tempore vacaverit quod collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta vel alias specialiter vel generaliter dispositioni eiusdem sedis reservata et litigiosa seu de iure patronatus laicorum existat, et dictus Alvarus familiaris domini Petri cardinalis sancti Angeli (1) commensalis existeret, eidem R[oderico] dignemini misericorditer providere, non obstañ canonicatu et prebenda ecclesie Bracharensis ac parrochiali ecclesia sancti Salvatoris de Johanne et heremitagium sine cura sancte Anne *(sic)* de Azinhoso Bracharensis diocesis ac perpetua portione sine cura parrochialis ecclesie sancti Salvatoris de Turribus Novis Ulixbonensis diocesis, quos obtinet, necnon cantoria ecclesie Portugalensis, que officium seu dignitas electiva et curata existit, in qua pretendit ius habere, quorum omnium fructus, etc., quadringentarum librarum Turonensium similium secundum predictam extimationem valorem annuum non excedunt, ac non obstañ gratia expectativa et gratia ad duo incompatibilia in cancellaria eiusdem S. exprimendis ac non obstañ quod dicta ecclesia etiam per dictum Fernandum Valasci occupetur seu ad presens detineatur, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

566. Item, Beatissime Pater, cum olim quedam perpetua portio sine cura parrochialis ecclesie sancte Marie de Faarom Silvensis diocesis, quam devotus vester Egidius Alfonsi Leitom, clericus eiusdem diocesis, obtinebat, vacare speraretur per contractum matrimonii per eumdem Egidium contrahendum, devotus vester Alvarus Martini prefatus tunc, ut prefertur, decanus Bracharensis, ipsam portionem a S. V. impetravit ipseque Alvarus, litteris nondum confectis, extra Romanam Curiam decessit. Supplicat igitur S. V. Gometius Laurentii, canonicus Tudensis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de dicta perpetua portione sine cura, cuius fructus, etc., in absentia octuaginta, residendo vero et computatis quotidianis distributionibus, centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, si ut premittitur per mortem dicti decani aut per contractum matrimonii dicti Egidii seu per renuntiationem

seu liberam resignationem eiusdem quomodocumque et ubicumque factam aut fiendam vacet vel vacare speretur seu contigerit (2), sive alio quovis modo aut per quamcumque aliam personam seu constitutionem *Execrabilis* seu irregularitatem, inhabilitatem vel illicitam detentionem vacet aut si reservata, devoluta aut litigiosa existat generaliter vel specialiter, et dictus Alvarus familiaris domini Petri cardinalis sancti Angeli commensalis existeret, eidem G[ometio] dignemini misericorditer providere, non obstañ quod per [fl. 186v] dictum Egidium etiam detineatur seu quod dictus Gometius canonicatum et prebendam ecclesie Tudensis ac medietatem sine cura parrochialis ecclesie sancti Michaelis de Çago Tudensis diocesis obtineat, quorum fructus, etc., viginti librarum Turonensium similium secundum predictam extimationem valorem annuum non excedunt, ac non obstañ defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, cum quo auctoritate apostolica sufficienter extitit dispensatum, necnon gratia expectativa in cancellaria eiusdem S. exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

567. Item, Beatissime Pater, cum parrochialis ecclesia sancte Eolalie de Lara Tudensis diocesis vacet ad presens seu vacare speretur per renuntiationem vel liberam resignationem cuiusdam Alfonsi Martini, eamdem ecclesiam ultimo possidentis, per eum in Romana Curia vel extra eam factam vel fiendam, supplicat igitur S. V. dictus Gometius Laurentii, canonicus Tudensis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de dicta parrochiali ecclesia, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, si, ut premittitur, per renuntiationem seu resignationem dicti Alfonsi vel alias quovis modo seu per quamcumque aliam personam seu per constitutionem *Execrabilis*, vel per irregularitatem, inhabilitatem aut illicitam detentionem vacet, vel specialiter seu generaliter dispositioni sedis apostolice reservata vel devoluta, aut litigiosa existat, eidem G[ometio] dignemini misericorditer providere, non obstañ quod per dictum Alfonsum Martini detineatur, ac non obstañ omnibus supra in supplicatione eiusdem Gometii scriptis, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

568. Item, Beatissime Pater, supplicat S. V. devotus vester Alvarus Valasci, clericus Portugalensis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie Portugalensis, vacantibus per mortem quondam magistri Alfonsi, decani Portugalensis, ultimi possessoris eorumdem, extra Romanam Curiam defuncti, quorum fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, si, ut premittitur, per mortem dicti decani aut alias quovis modo, aut per quamcumque aliam personam seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, vel alias generaliter vel specialiter dispositioni apostolice sedis reservati aut devoluti seu litigiosi existant, eidem Alvaro dignemini misericorditer providere, non obstañ quod per quemdam Johannem Gonsalvi Chiquilinho, presbyterum Bracharensis diocesis, occupentur seu ad presens detineantur, ac gratia expectativa, in cancellaria eiusdem S. [fl. 187] exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus tribus et de utroque pro secundo similiter et pro tertio O. Fiat.

Datum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem, decimo tertio Kalendas Novembris, anno quarto.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 535.

(2) No ms. *contingerit.*

569

1421, Outubro 22

Inês Alvares, freira professa do mosteiro de Almoster, pede a dispensa do impedimento de ilegitimidade, para ser promovida a dignidades, mesmo abaciais, do seu mosteiro e Ordem.

Reg. Suppl. 157, fl. 180-180v.

Supplicat S. V. humilis et devota eiusdem S. filia Agnes Alveri, monialis professa monasterii de Almoster, ordinis Cisterciensis, Ulixbonensis diocesis, quatinus secum, ut, non obstante defectu natalium quem patitur de soluto genita et soluta, ut ad abbatiales dignitates seu principales prelaturas ordinis predicti, si alias sibi canonice conferantur, seu ad illas eligatur, libere recipere et licite retinere possit et valeat, dignemini misericorditer dispensare, dicto defectu, statutis municipalibus et ordinationibus et constitutionibus apostolicis ac aliis contrariis, si qua sint, nequaquam obstantibus, cum clausulis oportunis [fl. 180v]. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, undecimo Kalendas Novembris, anno quarto.

570

1421, Outubro 23

Álvaro Vasques, clérigo do Porto, pede o canonicato e prebenda de Tui e os prestimónios de Valdevez e de Valadares e metade da igreja paroquial ou mosteiro de Ázere, da mesma diocese, vacantes pela resignação ou privação de Antão Gonçalves, clérigo da diocese de Viseu, familiar do papa.

Reg. Suppl. 157, fl. 187.

Beatissime Pater, cum canonicatus et prebenda ecclesie Tudensis et prestimonia de Valdevez et de Valladeres necnon medietas sine cura parrochialis ecclesie monasterii nuncupati de Azere Tudensis diocesis vacent seu vacare sperentur per renuntiationem seu liberam resignationem devoti familiaris vestri Antonii Gonsalvi, clerici Visensis diocesis, per eum qui ipsa beneficia omnia a S. V. impetravit, et ea, litteris, ut creditur, nondum confectis, in Romana Curia vel extra resignavit, seu resignare proponit, de eis factam vel fiendam, supplicat igitur S. V. devotus vester Alvarus Valasci, clericus Portugalensis prefatus, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de dictis canonicatu et prebenda, prestimoniis ac medietate sine cura dicte ecclesie, quorum omnium fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, si, ut premittitur, per renuntiationem seu liberam resignationem dicti Antonii vel cuiuscumque alterius in Romana Curia vel extra eam quocumque modo factam vel fiendam vacent vel vacare contigerint aut alias quovis modo, seu per quam-

cumque (1) aliam personam vel prestimonium de Valdevez prefatum quod, ut fertur, curatum existit, per assecutionem alterius beneficii curati vacet, seu ipsa omnia per promotionem cuiusdam Garsie Roderici (2), quondam eorumdem ultimi possessoris, ad ecclesiam Silvensem, seu per munus consecrationis eidem impensum vel per lapsum temporis de consecrandis episcopis vel per constitutionem *Execrabilis* aut per irregularitatem, inhabilitatem seu illicitam detentionem vacent, vel alias specialiter vel generaliter dispositioni sedis apostolice reservati, devoluti seu litigiosi existant, et dictus Antonius familiaris continuus commensalis eiusdem S. sit, eidem Alvaro dignemini misericorditer providere, non obstañ quod dicta beneficia per aliquos occupentur seu ad presens detineantur, ac dicta gratia expectativa que in cancellaria, ut in prescripta supplicatione dicti Alvari continetur, declarabitur, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis ac executoribus ut in forma. — *Fiat ut petitur pro omnibus tribus et de utroque pro secundo similiter et pro tertio. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, decimo Kalendas Novembris, anno quarto.

---

(1) No ms. *quamcum*, com sinal de erro.
(2) Cf. nota 1 do n.º 473.

571

1421, Outubro 29

João Anes, prior do mosteiro de S. Salvador de Grijó, da diocese do Porto, em litígio com Vasco Peres, prior do mosteiro de Santa Maria de Baltar, sobre o priorado, que se dizia tê-lo impetrado, pede nova provisão do mesmo.

Reg. Suppl. 155, fl. 295-295v.

Beatissime Pater, dudum prioratu sancti Salvatoris de Igrejoo, ordinis sancti Augustini, Portugalensis diocesis, per obitum quondam Gondisalvi (1) Petri Ferreria, ipsius monasterii prioris, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, S. V. devoto vestro Johanni Johannis, prefatum ordinem expresse professo, de eodem gratiose providit seu provideri mandavit, cuius quidem provisionis vigore, possessionem dicti prioratus extitit (2) pacifice assecutus. Ex post vero quidam Valascus Petri, assertus prior monasterii de Baltar, dicti ordinis, eumdem prioratum sancti Salvatoris a S. V. sub certis modis dicitur impetrasse. Quapropter materia questionis exorta inter predictos Johannem et Velascum, causa pro parte dicti Johannis super prioratu huiusmodi venerabili et circumspecto viro domino Guillelmo Maligñ, vestri sacri palatii causarum apostolici auditori, commissa et nichilominus citatio et inhibitio contra prefatum Velascum ad partes decreta extitit. Verum, Pater Sancte, a nonnullis asseritur neutri dictorum Johannis et Velasci in seu ad dictum prioratum ius competere. Supplicatur igitur S. V. pro parte dicti Johannis, possessoris, quatinus dicto domino Guillelmo seu alteri, loco sui, in huiusmodi causa forsan surrogando, auditori committere et mandare dignemini ut, si sibi per eventum litis huiusmodi constiterit neutri Johannis et Velasci predictorum in seu ad dictum prio-

ratum [ius] quomodolibet competere, prefatum prioratum qui electivus existit, cuius fructus, etc., sexingentorum florenorum auri de camera, ut asseritur, communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, vel alio quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si devolutus aut alias generaliter vel specialiter reservatus seu affectus sedi apostolice existat, etiam si super eodem prioratu inter aliquos alios in Romana Curia vel extra lis pendeat indecisa, cuius cause statum dignemini habere pro expresso, predicto Johanni, possessori, conferat ac etiam noviter provideat de eodem, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Et cum clausulis oportunis.

... ...

[fl. 296]

... ...

Fiat ut petitur pro utroque. O.

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, quarto Kalendas Novembris, anno quarto.

---

(1) No ms. *Gondisalvum*, com sinal de erro.

(2) No ms. *extit*, com sinal de erro.

572

1421, Outubro 29

Gomes de Figueroa, cavaleiro da Ordem de S. Tiago da Espada, pede a criação dum vigário ou oficial nas suas terras da diocese de Badajoz, com jurisdição para julgar as causas eclesiásticas.

Reg. Suppl. 156, fl. 122-122v.

Beatissime Pater. Pro parte devoti vestri Gometii Sugerii de Figueroa, militis, filii quondam Laurentii Sugerii de Figueroa, magistri militie sancti Jacobi de Spata, V. S. humiliter exponitur et devote...

... ...

[fl. 122]

... ...

Item, Pater Sancte, inter alios milites intra diocesim Pacensem domiciliatos supradictus Gometius unum satis magnum vocatum Villam Novam et alia quam plura loca quasi contigua in diocesi pleno iure tenet et possidet antedicta, quorum vicini utriusque sexus circa forum ecclesiasticum tam convenire quam conveniri consueverunt semper coram vicario seu officialibus episcopi Pacensis, in civitate Pacensi constitutis. Cum autem, Pater Sancte, propter magnam distantiam locorum huiusmodi a dicta civitate et alias multas inconvenientias vicinis et personis ipsorum locorum ad comparendum et litigandum in dicta civitate coram officialibus huiusmodi euntibus et redeuntibus sepe subsecuta sint et quotidie eis proveniant et fortius dubitatur verisimiliter in futurum, presertim propter guerras que adiu citra in illis partibus viguerunt, cum sint in fine regni Castelle, fines Portugalie contingentes, pro parte [fl. 122v] ipsius Gometii S. V. humili-

ter supplicatur quatinus ad obviandum inconvenientiis huiusmodi et futuris scandalis quibuscumque ac quietem dictorum vicinorum procurandum, dignemini vestri ex certa scientia stricte iniungere et mandare domino episcopo Pacensi quatinus illico in principali dictorum locorum ipsius Gometii unum vicarium foraneum vel officialem seu archipresbyterum instituat atque realiter ponat cum effectu et sufficienti potestate, quemadmodum in certis aliis locis extra dictam civitatem de iure vel consuetudine ponere consuevit, et cum ibidem ipse et successores sui episcopi Pacenses semper tenere debeant et teneantur, qui omnes et singulas causas ad forum ecclesiasticum pertinentes inter et contra personas locorum predictorum motas et pro tempore movendas quomodocumque audiat, terminet et decidat ac tandem in eos eam iurisdictionem in omnibus et per omnia exerceat quam alii similes officiales vel vicarii foranei in dicta vel aliis diocesibus circumvicinis extra civitates constituti de iure vel consuetudine exercere consueverunt atque possunt nec dicti vicini aut persone locorum huiusmodi, nisi per appellationem, preterquam in causis criminalibus et matrimonialibus, ad episcopum vel eius vicarium generalem aut officialem Paceñ propter aliquam causam ire debeant, nisi quod ibi cause omnes sententialiter terminentur. Non obstantibus apostolicis et provincialibus et synodalibus constitutionibus et ordinationibus statutisque et consuetudinibus ecclesie Pacensis et aliis contrariis quibuscumque. Et cum clausulis oportunis. — *Committatur. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, quarto Kalendas Novembris, anno quarto.

573

1421, Outubro 29

João Vasques, arcediago de Penela, pede os direitos à igreja paroquial de S. Tomé, sobre o que D. Fernando Martins Coutinho, bispo de Coimbra, litigara com a Universidade de Lisboa.

Reg. Suppl. 157, fl. 6v-7.

Beatissime Pater, orta lite et pendente in vestro sacro palatio apostolico coram certo dicti palatii auditore inter devotum V. S. Fernandum Martini Coutinho primo et Johannem Valasci, archidiaconum de Penella, in ecclesia Colimbriensi secundo, in eius loco per eamdem (1) S. in iure [fl. 7] eiusdem surrogatum ex una et universitatem Studii Ulixbonensis de et super parrochiali ecclesia sancti Thome Ulixboneñ et eius occasione parte ex altera ad nonnullos actus adeo quod due, una super attemptatis et alia super nullitate senteñ et processus sententie fuerint late. Cum autem, Pater Beatissime, sit processum et a nonnullis asseratur neutri litigantium predictorum in dicta ecclesia parrochiali ius competere, ideo supplicat[ur] eidem S. V. pro parte dicti Johannis Valasci quatinus auditori cause huiusmodi committere dignemini et mandare quod, si per eventum litis huiusmodi, cuius statum hic dignemini habere pro sufficienter expresso, sibi constiterit neutri ipsorum litigantium in dicta ecclesia ius habere seu competere, ipsam ecclesiam, cuius fructus, etc., centum octuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alias quovis modo vacet,

etiam si ex alterius cuiuscumque persona, etiam per ingressum religionis vel matrimonii contractum, vel sedis apostolice vel alicuius ex reverendissimis patribus sancte Romane Ecclesie cardinalibus capellanus vel familiaris aut proventuum camere apostolice debitorum collector vel succollector fuerit, etiam si tanto tempore vacaret seu vacaverit quod eius collatio ad dictam sedem sit legitime devoluta, vel eidem sedi generaliter reservata, eidem Johanni eam conferat et de eadem auctoritate apostolica provideat, archidiaconatu predicto et tercenaria, quos obtinet, in ecclesia Colimbriensi, quorum fructus, etc., centum decem librarum monete predicte annuatim non excedunt, ac canonicatibus et prebendis ecclesie Colimbriensis et Portugalensis, super quibus litigat et quorum possessionem nondum habet, ac gratia expectativa (2) et aliis gratiis, in cancellaria exprimendis, non obstantibus, quorum canonicatuum fructus, etc., centum quinquaginta librarum dicte monete valorem annuum non excedunt, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 7v]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus sex. O.

Datum Rome, paud Sanctam Mariam Maiorem, quarto Kalendas Novembris, anno quarto.

---

(1) No ms. *eadem*, com sinal de erro.
(2) No ms. *spectativa*.

574

1421, Outubro 30

João Rodrigues do Casal, perpétuo porcionário na igreja colegiada de S. Pedro de Ferreira, da diocese do Porto, pede o mestre-escolado do Porto.

Reg. Suppl. 156, fl. 105v-106.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. humilis et devotus vester Johannes Roderici de Casal, portionarius perpetuus in seculari ecclesia sancti Petri de Ferreira Portugalensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de scolastria in ecclesia Portugalensi, ex eo vacante quod quidam Johannes Fernandi, tunc parrochialem ecclesiam sancti Felicis de Belinho Bracarensis diocesis obtinens, eamdem scolastriam que dignitas, non tamen maior post pontificalem, existit, tunc certo modo vacantem, vigore gratie S. V. pacifice assecutus, ipsam ex tunc una cum dicta ecclesia per mensem et ultra detinuit, contra constitutionem *Execrabilis* et canonicas sanctiones, sive ut premittitur, sive alias quovis alio modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si curata et electiva et generaliter vel specialiter reservata existat, cuius fructus, redditus et proventus octuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, eidem Jo[hanni] dignemini misericorditer providere ac secum qui defectum natalium patitur de presbytero, ordinem sancti Augustini canonicorum regularium expresse professo, genitus et soluta, ut eo non obstante [fl. 106] defectu,

super quo secum dispensatum extitit (1), ut in cancellaria exprimetur, dictam scolastriam recipere et retinere libere et licite valeat, dignemini misericorditer dispensare. Non obstañ dicta perpetua portione, in dicta ecclesia sancti Petri, quam obtinet, cuius fructus, etc., viginti librarum Turonensium similium secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ac quod super parrochiali ecclesia supradicta cum dicto Jo[hanne] Fernandi credat se in partibus litigare et quam paratus est dimittere, cum predictam scolastriam pacifice assecutus fuerit, cuius fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ac non obstañ quod nuper eadem S. V. dicto Jo[hanni] Roderici de eadem scolastria providit, alio modo vacante, ut dicebatur, necnon obstañ canonicatu et prebenda ecclesie Elborensis, de quo sibi per S. V. fuit nuper provisum, cuius possessionem non habet, cuius fructus, redditus et proventus centum viginti librarum Turonensium supradictorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis, signantes per *Fiat ut petitur et dispensamus* (2). — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, tertio Kalendas Novembris, anno quarto.

(1) No ms. *existit.*

(2) Depois de *signantes* foram riscadas as palavras *per fiat ut petitur et dispensamus* e à margem direita do texto foi anotado: *sic cassum in originali.*

575

1421, Novembro 3

Pedro Anes renova súplica sobre a igreja paroquial de S. Martinho de Rio de Moinhos, por ter chamado ao mosteiro de Paço de Sousa de Santa Margarida do Paço, quando é de S. Salvador do Paço.

Reg. Suppl. 156, fl. 92v.

Reformatio Petri Johannis super parrochiali ecclesia sancti Martini de Rio de Moinhos Portugalensis diocesis (1).

Beatissime Pater, cum in supplicatione, cuius copia premittitur, fuerit error in expressione monasterii, quia, ubi dicitur monasterium beate Margarite de Paçoo, dici debeat monasterium sancti Salvatoris de Paçoo (2), cum etiam in dicta diocesi Portugalensi non sit aliud monasterium vocatum de Paçoo, preterquam monasterium sancti Salvatoris predictum, dignetur igitur S. V. dictum errorem in registro supplicationum corrigi atque litteras apostolicas de et super contentis in originali supplicationis, cum dicti erroris correctione, expediri mandare, cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, tertio Nonas Novembris, anno quarto.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

(2) Cf. n.º 556.

576

1421, Novembro 5

Afonso Martins, clérigo da diocese de Évora, pede o canonicato e prebenda de Silves, vacantes por morte de Gonçalo Vasques.

Reg. Suppl. 156, fl. 112.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. humilis et devotus vester Alfonsus Martini, clericus Elborensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie Silvensis, vacantibus per obitum cuiusdam Gundissalvi Velasci, extra Romanam Curiam defuncti, cuius fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt et qui tantum tempus vacavit (1) quod eius (1) collatio legitime est devoluta, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque facto vel persona vacent seu etiam devoluti et generaliter vel specialiter reservati, affecti vel litigiosi sint, eidem Alfonso dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod quidam Johannes Gundisalvi vel alia quevis persona ipsos detineat indebite occupatos ac non obstañ quod nuper eadem S. de quibusdam aliis beneficiis dicte Silvensis ecclesie, tunc certo modo vacantibus, eidem A[lfonso] providit, quorum fructus, etc., centum triginta librarum similium eadem extimatione valorem annuum non excedunt, quibus paratus est dum (1) habita possessione, etc., ac ipsa gratia expectativa, in cancellaria declaranda, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac dicte ecclesie aliisque in contrarium facientibus quibuscumque non obstantibus, cum clausulis oportunis.

... ...

[fl. 112v]

Fiat ut petitur pro utroque. O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Nonis Novembris, anno quarto.

(1) No ms. sinal de erro.

577

1421, Novembro 5

Afonso Martins, clérigo da diocese de Évora, pede a tesouraria de Silves, com a respectiva prebenda.

Reg. Suppl. 156, fl. 112-112v.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. humilis et devotus vester Alfonsus Martini, clericus Elborensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de thesauraria cum

sua prebenda Silvensis ecclesie per resignationem cuiusdam Nuni Caliga, in manibus Ordinarii factam, vacante, cuius fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque facto vel persona vacent, aut tanto tempore vacaverint (1) quod eius *(sic)* collatio ad sedem apostolicam est devoluta, etiam si generaliter vel specialiter reservata, affecta seu quovis modo litigiosa sit, etiam si curata vel electiva sint *(sic)*, eidem A[lfonso] dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod quidam Egidius Martini vel alia quevis persona ipsam detineat indebite occupatam ac non obstañ iure quod habere pretendit in aliis beneficiis in dicta Silvensi ecclesia (2), cuius fructus, etc., centum triginta librarum dicte [fl. 112v] monete, quibus paratus est, dum habita possessione, etc., ac ipsa gratia expectativa, in cancellaria declaranda. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac dicte ecclesie aliisque in contrarium facientibus quibuscumque non obstantibus, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro utroque. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Nonis Novembris, anno quarto.

---

(1) No ms. *vacaverit*, com sinal de erro.
(2) No ms. *ecclesie*, com sinal de erro.

578

1421, Novembro 10

Pedro Anes, doutor em decretos, chantre e cónego de Viseu, pede mais benefícios.

Reg. Suppl. 156, fl. 203.

Supplicat S. V. devotus vester Petrus Johannis, decretorum doctor, cantor et canonicus ecclesie Visensis, quorum fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, quatinus secum ut ipse una cum dicta cantoria aliud beneficium ecclesiasticum, cum cura vel sine cura, seu alias cum ea incompatibile, etiam si dignitas maior post pontificalem, personatus, administratio seu officium, cum cura vel sine cura, etiam si electivum, in metropolitañ cathedrali vel collegiata ecclesia fuerit, si sibi canonice conferatur, libere recipere et quoad vixerit retinere, illaque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficia, duo tantum incompatibilia, similiter recipere et, donec vixerit, insimul retinere libere et licite possit et valeat, dignemini misericorditer dispensare, generalis concilii et quibuscumque aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis et gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria exprimenda, aliisque contrariis nequaquam obstantibus, cum ceteris non obst. et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 203v]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus tribus. O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto Idus Novembris, anno quarto.

579

1421, Novembro 10

Luís Gonçalves, cónego de Viseu, pede o indulto de receber os proventos dos benefícios, sem obrigação da residência pessoal nos mesmos.

Reg. Suppl. 156, fl. 203-203v.

Supplicat S. V. devotus vester Ludovicus Gundissalvi, canonicus ecclesie Visensis, quatinus sibi ut, in Romana Curia residendo vel Studio generali insistendo, fructus, redditus et proventus omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum que nunc in quibusvis ecclesiis sive locis obtinet et imposterum obtinebit, etiam si parrochiales ecclesie, canonicatus [fl. 203v] et prebende ac dignitates, personatus vel officium cum cura vel sine cura et etiam electiv. fuerint, cum ea integritate usque ad quinquennium libere percipere valeat, cum qua illos perciperet si in ipsis personaliter resideret et ad residendum interim in eisdem minime teneatur nec ad id invitus a quoquam valeat coartari quodque fructus, etc., huiusmodi personis ydoneis clericis vel laicis arrendare, locare seu ad firmam vel annuam pensionem concedere libere et licite possit, dignemini misericorditer indulgere. Non obstañ si primam in eisdem ecclesiis sive locis personalem non fecerit residentiam consuetam necnon si alias sibi ut in dicta Curia residendo vel huiusmodi Studio insistendo huiusmodi fructus, etc., imperpetuum vel ad certum tempus, iam vel nondum elapsum, percipere posset, apostolica vel ordinaria fuerit auctoritate concessum, ac quibuscumque apostolicis ac in provincialibus et synodalibus conciliis editis constitutionibus et ordinationibus generalibus vel specialibus ac statutis et consuetudinibus ecclesiarum et locorum, in quibus beneficia huiusmodi forsan fuerint, contrariis iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis.

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus tribus. O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto Idus Novembris, anno quarto.

580

1421, Novembro 10

Pedido da expedição das letras apostólicas sobre o mestre-escolado do Porto, a favor de João Rodrigues do Casal.

Reg. Suppl. 156, fl. 203v.

Reformatio super scolastria in ecclesia Portugalensi (1).

Beatissime Pater, dignetur S. V. litteras apostolicas pro devoto vestro Johanne Roderici de Casal super supplicatione, cuius copia superius inseritur, in cancellaria confi-

ciendas, expediri mandare, non obstañ gratia expectativa, quam dictus Jo[hannes] obtinet et cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro omnibus tribus. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto Idus Novembris, anno quarto.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

581

1421, Novembro 12

João Fernandes, mestre-escola do Porto, pede a igreja paroquial de Santa Cruz da mesma diocese.

Reg. Suppl. 156, fl. 253v.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. devotus vester Johannes Fernandi, scolasticus ecclesie Portugalensis, quatinus sibi de parrochiali ecclesia sancte Crucis Portugalensis diocesis, que de iure patronatus laicorum existit (1), cuius fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante ex eo quod Rodericus Gunsalvi, archidiaconus ecclesie Portugalensis predicte, dictam parrochialem ecclesiam sancte Crucis una cum archidiaconatu ecclesie Portugalensis, qui dignitas in eadem, non tamen maior post pontificalem existit, insimul, nulla canonica dispensatione obtenta, per nonnullos annos obtinuit, prout obtinet de presenti, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet et tanto tempore vacavit quod eius collatio ad sedem apostolicam legitime est devoluta ac generaliter vel specialiter reservata et litigiosa existat, dignemini misericorditer providere ac cum eodem Johanne qui bacallarius in decretis existit, ut dictam ecclesiam sancte Crucis, si sibi conferatur, una cum scolastria predicta per quinquennium insimul retinere illasque pro simili vel dissimili, similibus vel dissimilibus beneficio seu beneficiis permutare libere et licite valeat, dignemini misericorditer dispensare. Non obstañ quod idem Jo[hannes] dictam scolastriam ecclesie Portugalensis, que dignitas, non tamen maior post pontificalem, in eadem existit, obtinet, cuius fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum apud Sanctum Petrum, pridie Idus Novembris, anno quarto.

(1) No ms. *existat*, com sinal de erro.

582-584

1421, Novembro 15

D. João I, rei de Portugal, pede a expedição das letras apostólicas relativas à dispensa do impedimento de ilegitimidade e recepção de benefícios, a favor de seu familiar Pedro Afonso.

Reg. Suppl. 156, fl. 243-243v.

Pater Beatissime, nuper S. V. supradicto Petro Alfonsi gratias fecit supradictas. Cum autem, Pater Sancte, per signaturam S. eiusdem, obstantibus regulis cancellarie eiusdem S., petita, prout superius petuntur, minime veniant, supplicat igitur eidem S. V. humilis et devotus filius rex Portugalie quatinus sibi in personam supradicti Petri, dilecti familiaris sui, continui commensalis, specialem gratiam facientes, concedere et mandare dignemini ut littere apostolice super dispensatione super defectu natalium perinde ad quecumque, quotcumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica, etiam si canonicatus et prebende ac dignitates, personatus vel officia in metropolitañ cathedralibus vel collegiatis, et dignitates ipse in metropolitañ cathedralibus maiores post pontificales aut in collegiatis ecclesiis huiusmodi principales, curate et elective fuerint, et alias cum clausula permutandi in cancellaria eiusdem S. expediantur ac si supplicatio ipsa ad omnes eius effectus et alias ad hoc per S. V. sufficienter signata fuisset. Cum clausulis et non obstañ ut supra, signantes ut petitur de omnibus.

583. Item supplicat prenominatus rex quatinus litteras apostolicas super dicta dispensatione conficiendas ad duo incompatibilia pro predicto Petro similiter quoad vixerit et cum clausula etiam si dignitas curata et electiva ac post pontificalem in metropolitañ et cathedrali maior seu principalis in collegiata ecclesia fuerit et alias iuxta prefate (1) supplicationis seriem expediri mandare dignemini, cum clausulis ut supra, signantes ut petitur.

584. Item supplicat idem rex quatinus litteras apostolicas super gratia expectativa pro eodem Petro conficiendas similiter ad duo beneficia et duas collationes, etiam si canonicatus et prebende in cathedralibus ecclesiis fuerint et alias iuxta ipsius supplicationis tenorem expediri mandare dignemini de gratia speciali, cum clausulis et non obstañ ut supra, signantes ut petitur. — *Fiat ut petitur in omnibus et sub prima data. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimo septimo Kalendas Decembris, anno quarto.

(1) No ms. *pretacte.*

585

1421, Novembro 17

Pedido de Gonçalo de Barros, clérigo da diocese de Braga, relativo a certas omissões ocorridas em súplica anterior.

Reg. Suppl. 156, fl. 159.

Reformatio Gundissalvi de Barroz, clerici Bracharensis diocesis, super defectu natalium (1).

Beatissime Pater. Cum per signaturam in originali supplicatione, cuius copia premittitur, per S. V. appositam que est *Fiat de habilitatione. O.*, omnia in dicta supplica-

tione petita minime concessa videantur, dignetur igitur S. V. omnia petita huiusmodi, prout et quemadmodum in ipsa supplicatione continentur, etiam cum dispensatione oportuna concedere, hoc etiam addito quod dictus G[undissalvus] post professionem, etc., cingulum militare iuxta morem dicti Hospitalis recipere valeat, non obstantibus omnibus in predicta supplicatione contentis et cum clausulis oportunis et sub prima data. — *Fiat de consensu magistri. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quintodecimo Kalendas Decembris, anno quarto.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

586

1421, Novembro 18

Vasco Gil, clérigo da diocese de Évora, da idade de dez anos, pede a perpétua porção da igreja paroquial de S. João de Coruche, vacante pelo matrimónio de João Lourenço Vieira.

Reg. Suppl. 157, fl. 19.

Supplicat S. V. devotus orator vester Valascus Egidii, clericus Elborensis diocesis, in decimo sue etatis anno constitutus, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de perpetua portione sine cura parrochialis ecclesie sancti Johannis de Curuche dicte diocesis, vacante ad presens per contractum matrimonii per quemdam Johannem Laurentii Vieyra, extra Romanam Curiam factum, eiusdem portionis ultimum portionarium, cuius fructus, etc., viginti florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive permisso aut alio quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacet et generaliter vel specialiter reservata, devoluta ac litigiosa sit, dignemini misericorditer providere, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis, etc.

... ...

[fl. 20v]

Fiat ut petitur pro omnibus decem O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quartodecimo Kalendas Decembris, anno quarto.

587

1421, Novembro 19

Estêvão Trigo, cónego de Tui, pede o mestre-escolado da mesma igreja, vacante por morte de Afonso Martins.

Reg. Suppl. 156, fl. 271.

Supplicat S. V. devotus orator vester Stephanus Trigo, canonicus ecclesie Tudensis, quatinus sibi gratiam facientes specialem, de scolastria dicte ecclesie Tudensis, que dignitas curata, non tamen maior post pontificalem existit, vacante ad presens per obitum quondam Alfonsi Martini, eiusdem ultimi possessoris, extra Romanam Curiam et in partibus defuncti, cuius fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso aut alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque persona sive per liberam resignationem sponte factam aut per constitutionem *Execrabilis* seu tanto tempore vacaverit quod eius collatio, etc., ad sedem apostolicam devoluta, affecta vel reservata, aut inter aliquos litigiosa existat, eidem Stephano dignemini misericorditer providere, cum eodem ut dictam scolastriam cum parrochiali ecclesia sancte Marie de Bunzios dicte Tudensis diocesis, quam obtinet, ad septennium retinere libere et licite et interim unum illorum incompatibilium cum aliquo alio compatibili permutare valeat, de gratia speciali, misericorditer dispensantes. Non obstañ canonicatu et prebenda ecclesie Tudensis ac parrochiali ecclesia predict., quorum fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium similium secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, quam habet, in cancellaria V. S. declaranda, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 271v]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus septem et habilitamus tertium et dispensamus cum quinto ad triennium. O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertiodecimo Kalendas Decembris, anno quarto.

588

1421, Novembro 19

Afonso Gomes, franciscano e mestre em teologia, penitenciário do papa, pede a expedição das letras apostólicas sobre o indulto para absolver e dar sepultura eclesiástica a certos cristãos que ao morrerem deram sinais de arrependimento, com faculdade de exumar seus corpos.

Reg. Suppl. 156, fl. 284.

Beatissime Pater, nuper S. V. suprainserti tenoris supplicationem ad humilem petitionem devoti vestri fratris Alfonsi Gometii, ordinis Minorum, sacre theologie magistri, eiusdem S. penitentiarii, gratiose signavit. Cum autem, Beatissime Pater, plures utriusque sexus sententiis in predicta supplicatione contentis ligati dies suos clauserunt extremos et propterea ecclesiasticis fuerunt sepulturis privati et sint *(sic)* ad presens, aliqui per duos annos, aliqui per unum cum dimidio, aliqui per annum et reliqui per medium annum et citra, supplicat igitur S. V. frater Alfonsus predictus quatinus litteras apostolicas super eadem supplicatione conficiendas, etiam ultra alia per ipsam concessa, cum potestate quod ipsi predictas personas ecclesiasticis sepulturis carentes, quibus temporibus suo-

rum obituum signa contritionis apperuerunt, exhumari faciat quodque easdem a prefatis sententiis absolvere ac ecclesiasticis sepulturis tradi valeat, mandare per cancellariam apostolicam expediri, misericorditer dignemini. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat, si apperuerunt signa contritionis, satisfactis lesis. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertiodecimo Kalendas Decembris, anno quarto.

MARTINHO V

(EL. 11 NOV., COR. 21 NOV. 1417, + 20 FEV. 1431)

SÚPLICAS

ANO QUINTO

(21 NOV. 1421 – 20 NOV. 1422)

AV, REG. SUPPL., VOL. 158 A 164

589

1421, Novembro 21

Paio Rodrigues de Barros pede ao papa confirme o arrendamento de propriedades e bens pertencentes à igreja da Régua, da diocese do Porto, que lhe fizera D. Fernando da Guerra, arcebispo de Braga, então bispo do Porto e administrador da diocese de Braga.

Reg. Suppl. 158, fl. 41.

Beatissime Pater, olim devota creatura vestra Fernandus, archiepiscopus Bracharensis, tunc Portugalensis episcopus et ecclesie Bracharensis administrator (1), attendens quod proprietates, bona et iura ecclesie de Regua, camera episcopi nuncupata, Portugalensis diocesis, ad mensam episcopalem Portugalensem spectantia, propter diversa inconvenientia ad exilitatem devenerat et in dies magis attenuebatur ac volens super hoc indempnitati predicte mense consulere, omnia huiusmodi bona, proprietates et iura camere predicte cum omnibus iuribus et pertinentiis suis devoto vestro Pellagio Roderici de Barros, domicello Bracharensis diocesis, pro se quamdiu viveret et duabus aliis personis videlicet uni quam ipse ante sui obitum et alteri quam persona nominata per eum nominarent, in emphiteosim sub annua responsione quatuor marcharum argenti boni et iusti ponderis per ipsos Pelagium et personas episcopo Portugalensi pro tempore existenti sub certis modo et forma annis singulis realiter persolvenda concessit, ita tamen quod ipsi Pelagius et persone repararent et reparari faciant et manuteneant casalia, vineas, oliveta, hereditates et alia bona dicte camere, etiam suis sumptibus et expensis, nonnullis aliis etiam in premissis et circa ea conditionibus adiectis, prout in quodam instrumento publico, signo et sigillo ipsius domini episcopi signato et sigillato, plenius continetur. Ut igitur, Pater Sancte, premissa omnia maioris roboris obtineant firmitatem, supplicat eidem S. idem Pelagius quatinus ea omnia et singula pro eorum subsistentia firmiori rata habentes et grata, illa dignemini auctoritate apostolica confirmare, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Constitutionibus apostolicis aliisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat in forma.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, undecimo Kalendas Decembris, anno quinto.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 35.

590

1421, Novembro 26

Toríbio Fernandes, clérigo da diocese de Palência, pede a confirmação do canonicato e prebenda da dita sé, vacantes pela resignação do arcediago de Seia da diocese de Coimbra.

Reg. Suppl. 158, fl. 30v-31.

Beatissime Pater, dudum vacantibus canonicatu et prebenda ecclesie Palentine per liberam resignationem cuiusdam Martini Roderici de Fonte Pudico, archidiaconi de Sea, in ecclesia Colimbriensi, olim ipsius ecclesie Palentine canonici, in manibus vicarii reverendi in Christo patris domini episcopi necnon decani et capituli Palentiñ loco Ordinar. factam et admissam, devotus vester Turibius Fernandi, clericus Palentine diocesis, de eisdem per vicarium, decanum et capitulum prefatos auctoritate ordinaria obtinuit provideri ac in eorum possessionem induci quosque pacifice possidet de presenti. Cum autem, Pater Sancte, ab aliquibus asseratur collationem et provisionem predictas ex certis causis viribus non subsistere, supplicat S. V. [fl. 31] dictus Turibius quatinus collationem et provisionem ac possessionis inductionem huiusmodi et quecumque inde secuta rata et grata habentes, illa ex certa scientia auctoritate apostolica confirmare necnon de ipsis canonicatu et prebenda, quorum fructus, etc., centum quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem, etiam computatis distributionibus quotidianis, valorem annuum non excedunt, sive premisso aut alias quovis modo vel alterius cuiuscumque persona, facto vel obitu, aut per constitutionem *Execrabilis* vacent, etiam si tanto tempore vacaverint quod eorum collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legittime devoluta vel ipsi canonicatus et prebenda generaliter vel specialiter dispositioni apostolice reservati seu inter quoscumque in Romana Curia vel extra litigiosi, cuius litis statum, etc., existant, eidem Turibio de novo in quantum indiget, dignemini misericorditer providere, quadam gratia expectativa (1), si quam habet, ac aliis non obstañ, in cancellaria apostolica declarandis, non obstañ, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, sexto Kalendas Decembris, anno quinto.

(1) No ms. *apostolica*, com sinal de erro.

591

1421, Novembro 28

Frei André do Prado, licenciado em teologia, e Pedro Álvares e Rodrigo Viçoso, bachareis em teologia, franciscanos, pedem ao papa o antigo convento de Santa Zita, da diocese de Lisboa, para aí viverem a Observância franciscana sob a directa dependência do Geral da Ordem.

Reg. Suppl. 158, fl. 14-14v. Publicada por SOUSA COSTA, A. D. DE, *Mestre*

Frei André do Prado, desconhecido Escotista português do século XV, em *Revista Portuguesa de Filosofia*, 33 (1967) 319-320 (Separata, pp. 27-28).

Beatissime Pater. Cum olim in quodam monte quasi deserto Ulixboñ diocesis quoddam heremitagium seu capella in reverentiam Dei ac beate Cite fundatum (1), factum et edificatum fuisset et a fratribus Tertii Ordinis tentum et gubernatum, quod quidem ab eisdem derelictum a triginta annis citra vel quasi desolatum existit, prout hodiernis temporibus cunctis habitantibus est privatum, considerantes itaque devoti et humiles oratores vestri Andreas de Prato, licentiatus, Petrus Alveri et Rodericus Viçoso, bacalarii in theologia, fratres ordinis Minorum sancti Francisci, prefatum heremitagium ad solitariam vitam exercendam ydoneum habeant (2) necnon beatissimi Francisci regulam cupientes observare nephandasque mundi delectationes evitare, V. S. humiliter et devote supplicant quatinus, [fl. 14v] eis in suo proposito favorabiliter annuentes, prefatum heremitagium cum suis adherentiis necnon ut in eodem cum aliis duobus, tribus aut pluribus residentiam facere ac quascumque elemosinas pro reparatione et edificatione heremitagii predicti ac loci et habitationum huiusmodi a quibuscumque recipere licite et libere possint et valeant eosque eximentes ab omni iurisdictione cuiuscumque prelati, preterquam generalis dicti ordinis, quodque interim alibi residentiam facere minime teneantur, nec ad id compelli non possint, licentiam et facultatem de specialis dono gratie misericorditer impertiri dignemini, iuribus, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac aliis in contrarium editis nequaquam obstantibus, cum clausulis oportunis, et necessariis. — *Fiat ut petitur de concessione loci. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto Kalendas Decembris, anno quinto.

(1) No ms. *fundatam*, com sinal de erro.
(2) No ms. sinal de erro.

592

1421, Novembro 29

André Gonçalves, capelão, familiar e contínuo comensal do Infante D. Afonso, filho de D. João I, rei de Portugal, pede um benefício incompatível com a igreja paroquial de S. Tiago de Murça, da diocese de Braga.

Reg. Suppl. 158, fl. 90-90v.

Beatissime Pater, supplicat S. V. humilis et devotus vester Andreas Gundisalvi, capellanus, familiaris et continuus commensalis domini Alfonsi, filii serenissimi principis Johannis regis Portugalie, quatinus secum ut cum parrochiali ecclesia sancti [fl. 90v] Jacobi de Murça Bracharensis diocesis, quam possidet, aliud beneficium ecclesiasticum curatum seu incompatibile, si sibi canonice conferatur, etiam si alia parrochialis ecclesia aut dignitas, personatus, administratio vel officium cum cura vel sine cura, etiam electiv., in metropolitañ cathedralibus vel collegiatis, et dignitas ipsa in metropolitana vel cathe-

drali maior post pontificalem vel principalis in collegiata ecclesia existat, si sibi alias canonice conferatur, vel assumatur vel eligatur ad illud, per decennium libere et licite retinere, illaque ex causa permutationis vel alias simpliciter simul vel successive dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia beneficia ecclesiastica recipere valeat, dignemini misericorditer dispensare de gratia speciali. Non obstañ parrochiali ecclesia sancti Jacobi suprascripta, cuius fructus, etc., centum quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria exprimenda. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat.* O.

Datum Rome, apud Santum Petrum, tertio Kalendas Decembris, anno quinto.

593

1421, Novembro 29

Afonso Martins, que estudara direito canónico durante seis anos, reitor da igreja paroquial de S. Pedro de Miragaia, pede a retenção desta e da igreja paroquial de S. Pedro de Teixeira da diocese do Porto.

Reg. Suppl. 158, fl. 109-109v.

Beatissime Pater, dudum bone memorie Baldassar, episcopus Tusculanus, tunc in sua obedientia Jo[hannes] xxiii (1) nuncupatus, cum devoto vestro Alfonso Martini, rectore parrochialis ecclesie sancti Petri de Miragaya Portugalensis diocesis, ut quodcumque beneficium ecclesiasticum, curatum seu alias incompatibile, etiam si parrochialis ecclesia aut dignitas, etiam electiva et maior post pontificalem seu principalis, personatus vel officium cum cura in metropolitana, cathedrali vel collegiata ecclesia foret, ac dictam parrochialem ecclesiam sancti Petri per quinquennium insimul retinere valeret, per quasdam suas dispensavit, et deinde postquam dictus Alfonsus parrochialem ecclesiam sancti Petri de Teixeira dicte diocesis, tunc certo modo vacantem, canonice sibi collatam assecutus, illam ac dictam ecclesiam de Miragaya (2) per tempus tenuerat, prout tenebat, [fl. 109v] cum finis quinquennii huiusmodi instare nosceretur, S. V. huiusmodi quinquennium usque ad biennium, a fine ipsius quinquennii computandum, per suas litteras prorogavit, prout in illis plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, ab aliquibus hesitetur tempus biennii huiusmodi transivisse dictusque Alfonsus, qui in partibus illis commoratur, adhuc ecclesias, quarum fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sperans tempus huiusmodi nondum expirasse, teneat antedictas, fructus, etc., percipiendo ex eisdem, supplicatur S. V. pro parte eiusdem Alfonsi, qui in iure canonico per sex annos studuit, quatinus biennium huiusmodi, si ipse infra illud adhuc extiterit, usque ad quinquennium a fine ipsius biennii computandum prorogare, alioquin sibi cum habilitatione necessaria de eisdem ecclesiis, secundum premissa tunc vacantibus, seu ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacent, etiam si generaliter vel specialiter reservate vel devolute ac litigiose sint, misericorditer providere, secum-

que ut illas per quinquennium insimul retinere, cum licentia ipsarum alteram interim pro compatibili permutandi libere et licite valeat, generalis concilii et quibuscumque aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, dispensare dignemini de gratia speciali. Non obstantibus premissis necnon gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis.—*Fiat.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Kalendas Decembris, anno quinto.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 8.

(2) No ms. *Miragara.*

594

1421, Novembro 29

João Afonso, cónego do Porto e licenciado em direito canónico, com rigoroso exame, pela Universidade de Bolonha, pede outro benefício incompatível com a igreja de S. Gosme da diocese do Porto.

Reg. Suppl. 158, fl. 110.

Beatissime Pater, supplicat S. V. humilis et devotus vester Johannes Alfonsi, canonicus Portugalensis ac cum rigore examinis sub Studio Bononiensi in iure canonico licentiatus, quatinus cum ecclesia parrochiali sancti Cosmatis Portugalensis diocesis, quam possidet, aliud beneficium ecclesiasticum incompatibile, si sibi canonice conferatur, etiam si dignitas, personatus vel officium in metropolitañ, cathedralibus vel collegiatis curata et electiva maior post pontificalem et principalis ecclesiis existat, licite retinere et quoad vixerit libere retinere illaque ex causa permutationis vel alias simul vel successive dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel similia, dissimile vel dissimilia recipere valeat, dignemini misericorditer dispensare de gratia vestra speciali. Non obstañ iure quod in decanatu ecclesie Portugalensis, qui dignitas maior post pontificalem in eadem ecclesia esse dinoscitur, sibi competit, ad quam electus et confirmatus fuit, sed eius possessionem recuperare non valet, cuius fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, et prefata ecclesia, canonicatu et prebenda ac portione sine cura in ecclesia sancte Marie de Leirea Colimbriensis diocesis, quas obtinet, quarum fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur ad decennium.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Kalendas Decembris, anno quinto.

595

1421, Dezembro 3

João Fernandes, bacharel em direito canónico, mestre-escola do Porto, pede a expedição das letras apostólicas sobre a igreja paroquial de Santa Cruz da diocese do Porto.

Reg. Suppl. 158, fl. 107.

Reformatio Johannis Fernandi, scolastici ecclesie Portugalensis, super parrochiali ecclesia sancte Crucis Portugalensis diocesis (1).

Beatissime Pater, [cum] hesitetur an ex signatura petitionis prenarrata dispensatio ad quinquennium pro devoto vestro Johanne Fernandi, in decretis bacallario suprascripto, venire censeatur, ad quod tollendum dubium dignetur S. V. litteras apostolicas super ipsa petitione cum dispensatione huiusmodi expediri mandare, cum clausulis oportunis. — *Fiat O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Nonas Decembris, anno quinto.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

596

1421, Dezembro 3

Nova súplica de Martinho Anes, clérigo do Porto, sobre a dispensa do impedimento de ilegitimidade e benefício eclesiástico.

Reg. Suppl. 158, fl. 108-108v.

Reformatio Martini Johannis, clerici Portugalensis, super dispensatione defectus natalium (1).

Dignetur S. V. litteras apostolicas super supplicationibus, quarum copie premittuntur, et quas S. V. quamlibet videlicet ipsarum pro devoto vestro Martino Johannis suprascripto expediri mandare, cum huiusmodi dispensatione inibi petita, presertim ad canonicatus et prebendas ecclesiarum cathedralium et cum expressione quod dudum etiam cum eodem Martino ante predictam obtentam [fl. 108v] dispensationem huiusmodi ut ad minores dumtaxat ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum sine cura obtinere posset, ordinaria extitit auctoritate dispensatum, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et sub prima data O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Nonas Decembris, anno quinto.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

597

1421, Dezembro 4

Nova súplica do abade e convento de Santa Maria de Florença sobre a união do mosteiro de Campora à abadia beneditina de Santa Maria.

Reg. Suppl. 158, fl. 94.

Reformatio abbatis et conventus monasterii sancte Marie Florentini super unione monasterii sancte Marie de Podio sancti Sepulchri, dale Campora vulgariter nuncupati, Florentine diocesis (1).

Verum, Pater Sancte, quia attenta signatura supplicationis, cuius copia superius continetur, difficilimum esset et quasi impossibile eisdem abbati et conventui tam presto dare pro orta et possessionibus eidem monasterio dale Campora sufficientem recompensam, prout artari videntur ex signatura eiusdem S., supplicant igitur iidem abbas et conventus ut ipsi comodosius fructum sentiant gratie per S. V. ipsis concesse, quatinus dignemini prefatum monasterium dale Campora dicto monasterio Florentino unire et annectere de presenti et succesive quandocumque ipsi abbas et conventus pro orta et possessionibus prelibatis dictis locis recompensam sufficientem seu pretium dederint seu solverint cum effectu, ortus et possessiones huiusmodi cum omnibus eorum iuribus et pertinentiis universis prefato monasterio sint et esse intelligantur annexi, uniti et incorporati, ita quod ex tunc eis liceat per se vel alios orti et possessionum monasterii dale Campora iuriumque et pertinentiarum predictorum corporalem possessionem et tenutam apprehendere et perpetuo retinere, priori signatura et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque et sub prima data. — *Fiat de domibus dumtaxat. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, pridie Nonas Decembris, anno quinto.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

598

1421, Dezembro 5

Pedro Anes, clérigo do Porto, pede a igreja paroquial de S. Martinho de Rio de Moinhos da diocese do Porto, vacante por morte de Gonçalo Afonso.

Reg. Suppl. 158, fl. 131.

Supplicat S. V. devotus vester Petrus Johannis, clericus Portugalensis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancti Martini de Rio de Moinhos Portugalensis diocesis, per obitum quondam Gunsalvi Alfonsi, olim eiusdem ecclesie rectoris, qui pro nonnullis negotiis promovendis in Romanam Curiam veniens et ab illa recedens in loco ultra duas dietas ab Urbe, ubi tunc dicta Curia residebat, non remote (1) decessit, vacante, cuius fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso sive alio quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona aut per constitutionem *Execrabilis* vel *Ad regimen* seu per liberam resignationem in Curia vel extra coram notario et testibus sponte factam vacet, etiam si ecclesia ipsa, que pro medietate de iure patronatus monasterii sancti Salvatoris de Paçoo de Sousa ordinis sancti B[enedicti] dicte diocesis, et pro alia medietate de iure patronatus laicorum existit, tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta vel alias generaliter seu specialiter reservata seu affecta existat et super ea inter aliquos in Romana Curia vel extra lis pendeat indecisa, eidem Petro qui etiam consensum huiusmodi patronorum habere sperat, non obstañ quod quidam Valascus Alfonsi, prior monasterii sancti Salvatoris de Fraxio ordinis sancti Au-

gustini, Bracarensis diocesis, seu aliquis alius illam detinuerit et detineat indebite occupatam, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod eidem Petro de parrochiali ecclesia sancti Adriani de Canas dicte Portugalensis diocesis, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, apostolica extitit auctoritate provisum seu concessum aut mandatum provideri, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Nonis Decembris, anno quinto.

---

(1) No ms. *remicto*, com sinal de erro.

599

1421, Dezembro 5

Pedro Anes, cónego de Viseu, doutor em decretos, pede a absolvição de irregularidade e outras penas por ter vivido em concubinato.

Reg. Suppl. 158, fl. 131-131v.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. devotus vester Petrus Johannis, canonicus Visensis, decretorum doctor, quatinus cum ipse, dudum temporibus retroactis, concubinas, filios etiam et filias procreando, publice tenuerit, penas et censuras necnon excommunicationis et alias sententias in clericos talia presumentes per provincialia seu synodalia concilia aut alias apostolica seu ordinaria auctoritatibus forsan latas incurrendo, omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam, premissorum seu etiam criminum et excessuum aliorum per eum hactenus commissorum quorumcumque occasione, per eum contractam abolere eumque a criminibus et excessibus huiusmodi necnon sententiis, censuris et penis, si quas propter premissa incurrerit, absolvere ac ad famam et honorem pristinos restituere secumque super irregularitate, si quam huiusmodi sententiis, penis et censuris seu earum aliqua ligatus, immiscendo se divinis, contraxit necnon quod ad quamcumque cathedralem, etiam metropolitanam ecclesiam eligi, assumi, prefici seu alias promoveri illique preesse necnon ipsius curam, regimen et administrationem in spiritualibus et temporalibus gerere et exercere munusque consecrationis alias rite recipere libere et licite valeat, premissis necnon constitutionibus apostolicis ceterisque contrariis nequaquam obstantibus dispensare dignemini de gratia speciali et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et habilitamus. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Nonis Decembris, anno quinto.

600

1421, Dezembro 12

André Gonçalves, secretário e comensal de D. Afonso, filho de D. João I, rei de Portugal, pede outra igreja paroquial, além da de S. Tiago de Murça da diocese de Braga.

Reg. Suppl. 158, fl. 174v.

Beatissime Pater, supplicat S. V. humilis et devotus vester Andreas Gundissalvi, secretarius et continuus commensalis domini Alfonsi, filii serenissimi principis Johannis, regis Portugalie, quatinus secum ut cum parrochiali ecclesia sancti Jacobi de Muıça (1) Bracharensis diocesis, quam possidet, aliam parrochialem ecclesiam, si sibi alias canonice conferatur, per decennium libere et licite insimul retinere illamque ex causa permutationis vel alias simpliciter, simul vel successive dimittere et loco dimissi vel dimissorum, aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficia ecclesiastica recipere valeat, dignemini misericorditer dispensare de gratia speciali. Non obstañ parrochiali ecclesia sancti Jacobi suprascripta, cuius fructus, etc., centum quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur ad triennium O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, pridie Idus Decembris, anno quinto.

---

(1) No ms. *Murtha.*

601

1421, Dezembro 12

João Rodrigues, cónego do Porto, a quem D. Vasco, bispo do Porto, concedera a abadia da colegiada de S. Martinho de Cedofeita, pede a sua confirmação, visto que Luís da Guerra, clérigo do Porto, que dela tinha sido provido pelo arcebispo de Braga, vacante então a sé do Porto, se dispunha a resignar a ela.

Reg. Suppl. 158, fl. 215v-216.

Beatissime Pater, nuper abbatia secularis et collegiate ecclesie sancti Martini de Cedoffeita Portugalensis diocesis, per liberam resignationem quondam Alvari Martini, ipsius ecclesie abbatis, per eum de illa, quam tunc obtinebat, in manibus metropolitani, cum tunc ecclesia Portugalensis actuali administratore carebat, extra Romanam Curiam factam et per illum admissam idem archiepiscopus prefatam abbatiam Ludovico de la Guerra, clerico Portugalensi, contulit et de illa etiam providit, idemque L[udovicus] in vim collationis et provisionis predictarum eamdem abbatiam, ut asseritur, extitit assecutus, postmodum vero eadem abbatia per obitum ipsius Alvari, extra eamdem Curiam defuncti, ut asserebatur, vacante, reverendus pater Valascus, episcopus Portugalensis (1), illam devoto vestro Johanni Roderici, canonico Portugalensi, auctoritate ordinaria contulit et de illa etiam providit, idemque Jo[hannes], credens ipsam abbatiam per huiusmodi obitum, ut prefertur, vacare, illam extitit assecutus, verum, Pater Sancte, prefatus Ludovicus dictam abbatiam ac omne ius sibi in ea seu ad eam quomodolibet competens sponte et libere resignare proponit vel ex nunc etiam in manibus S. V. resignat. Quare supplicat eidem S. humiliter dictus Johannes quatinus resignationem huiusmodi ratificantes, sibi de prefata abbatia que dignitas principalis et curata est, cuiusque fructus, etc.,

ducentorum quinquaginta florenorum auri communi extimatione valorem annuum non excedunt, etiam si per resignationem vel obitum huiusmodi, sive alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, et generaliter vel specialiter reservata, devoluta seu litigiosa sit, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod in Portugaleñ predicta ac Ulixboñ canonicatus et prebendas, [fl. 216], quorum ducentorum septuaginta, obtinet, ac de archidiaconatu in eadem Portugalensi ecclesiis, cuius septuaginta florenorum auri [predicta] extimatione (2) valorem annuum non excedunt, concessum est provideri, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria apostolica exprimenda. Cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat.*

... ...

[fl. 216v]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus septem. O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, pridie Idus Decembris, anno quinto.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 92, nota 1 do n.º 479.

(2) No ms. falta a palavra *predicta*, mas antes de *extimatione* vem o sinal de erro.

602

1421, Dezembro 13

Gonçalo Rodrigues de Magalhães, de descendência nobre, pede a confirmação da igreja paroquial de S. Bartolomeu de Monte Redondo da diocese de Tui.

Reg. Suppl. 158, fl. 212.

Sanctissime Pater, alias S. V. cum devoto vestro Gundissalvo Roderici de Magalhanes, rectore, abbate nuncupato, parrochialis ecclesie sancti Bartholomei de Monte Rotundo Tudensis diocesis, ut ipse eamdem ecclesiam et unum aliud curatum beneficium ecclesiasticum seu alias cum eadem ecclesia incompatibile, etiam si dignitas, etc., fuerit, cum potestate permutandi, etc., per certum tunc expressum tempus insimul retinere valeret, misericorditer dispensari concessit, prout in petitione per eamdem S. per *Fiat ut petitur* super hoc signata, cuius tenorem habere placeat pro expresso, plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, ab aliquibus hesitetur utrum (1) per eamdem signaturam dispensatio memorata sibi ad vitam veniat, supplicat eidem S. humiliter dictus [Gundisalvus], qui de nobili genere procreatus existit, quatinus ad omne ambiguitatis scrupulum summovendum, litteras apostolicas super eadem petitione conficiendas cum expressione dispensationis huiusmodi quoad vitam ipsius G[undisalvi] in cancellaria apostolica expediri mandare dignemini, cum in eadem petitione contentis ac aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ad decennium O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Idus Decembris, anno quinto.

---

(1) No ms. *ver.*

603

1421, Dezembro 15

D. Fernando, sobrinho de D. João, rei de Portugal, pede ao papa indulgências para os visitantes e para quem desse esmolas para o acabamento do mosteiro do Espírito Santo, que ele fundara e construíra para os Franciscanos no lugar de Gouveia, diocese de Coimbra.

Reg. Suppl. 158, fl. 228.

Beatissime Pater. Cum devotus V. S. filius dominus Fernandus, illustrissimi principis et domini domini Johannis, regis Portugalie, nepos, de salute propria recogitans et terrenum in celestibus thesauris recondere satagens, de bonis sibi a Deo collatis quoddam monasterium in loco de Golvea, Colimbriensis diocesis, sub honore et vocabulo Sancti Spiritus, per fratres ordinis sancti Francisci inhabitandum ac inibi perpetuo Domino famulandum, sumptibus onerosis et maximis expensis erexit et dotavit ipsumque perficere et complere ac in esse conservare sine christifidelium suffragiis non potest quovis modo, supplicat igitur S. Vestre dictus exponens quatinus omnibus et singulis christifidelibus dictum monasterium, in Sancti Spiritus et aliis diebus et festivitatibus per cancellariam dari consuetis, devote visitantibus annuatim et ad completionem et huiusmodi monasterii in esse conservationem manus porrigentibus adiutrices, septem annos et totidem quadragenas de iniunctis sibi penitentiis dignemini misericorditer relaxare et nichilominus concedentes quod huiusmodi indulgen[tia] sit perpetuo duratura, cum clausulis opportunis. — *Fiat in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimo octavo Kalendas Januarii, anno quinto.

604

1421, Dezembro 15

Gomes Lourenço pede providências quanto ao canonicato e prebenda do Porto e sua presença na Cúria.

Reg. Suppl. 158, fl. 228-228v.

Pro Gometio Laurentii super canonicatu et prebenda ecclesie Portugalensis (1).

Beatissime Pater, cum nuper supplicatio, cuius copia superius describitur, per Sanctitatem Vestram fuisset signata, dictus Gometius in ea contentus, qui ad presens in Romana Curia existit, adeo sit pauper quod litteras apostolicas super huiusmodi gratia conficiendas de presenti expedire non [fl. 228v] possit, nisi prius ad partes ad querendum peccunias pro eisdem vadat, et quia, Pater Sancte, eius patria adeo est remota quod eundo et redeundo, excepto tempore iam elapso ac in quo sibi erit necessarium in partibus pec-

cunias querere, terminus sex mensium datus per S. V. ad expediendas similes novas provisiones preteriret, supplicat igitur S. V. dictus Gometius quatinus sibi terminum aliorum sex mensium ultra dictos sex per eamdem S. V. in talibus provisionibus, ut dictum est, concessos eidem Gometio ad eundum, standum et redeundum de partibus cum pecuniis ad dictas litteras expediendas prorrogare dignemini de gratia speciali, constitutione super confectione litterarum infra sex menses edita et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et aliis oportunis, non obstañ quod dicti canonicatus et prebenda per quemdam Martinum Valasci, assertum rectorem parrochialis ecclesie de Bretheande Lamecensis diocesis ad presens occupentur seu etiam detineantur. — *Fiat pro utroque* (2). *O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimo octavo Kalendas Januarii, anno quinto.

---

(1) Estas palavras vêm na margem esquerda do texto.

(2) Sinal de erro por cima da palavra *utroque.*

605

1421, Dezembro 17

D. Frei André Dias, bispo de Cidade Rodrigo, pede benefícios incompatíveis, de forma a poder providenciar a seu sustento.

Reg. Suppl. 158, fl. 232-233. Publicada por SOUSA COSTA, A. D. DE, *Mestre André Dias de Escobar, figura ecuménica do século XV, Documentos*, n. 38.

Beatissime Pater. Cum devota creatura vestra Andreas, episcopus Civitatensis (1), in sacra theologia magister, ordinis sancti Benedicti professor, nullum beneficium nec emolumentum ecclesiasticum, unde sustentari (2) [fl. 232v] et statum suum tenere valeat, obtineat, supplicat S. V. idem episcopus quatinus sibi ut unum, duo, tria, quatuor et tot beneficia vel officia ecclesiastica, regularia vel secularia, ordinum quorumcumque, cum cura vel sine cura, etiam si due dignitates in ecclesiis cathedralibus fuerint, aut due parrochiales ecclesie seu duo beneficia incompatibilia existant, aut duo monasteria electiva simul, aut si in metropolitañ seu aliis cathedralibus vel collegiatis ecclesiis aut monasteriis in metropolitañ seu cathedralibus maiores post pontificales et in collegiatis ecclesiis principales dignitates seu abbatiales aut regulares necnon prestimonia vel prestimoniales portiones aut simplicia beneficia existant, quod *(sic)* eorum fructus, etc., quingentas librarum Turonensium parvorum secundum taxationem decime valeant annuatim, si ei canonice conferantur, vel assumatur seu eligatur aut assumetur, postuletur, presentetur ad illa, recipere et donec et quousque possessionem pacificam administrationis bonorum Civitatensis seu alterius, cui de persona sua imposterum forsan provideri contigerit, ecclesie, assecutus fuerit, simul retinere, cum potestate illa permutandi et alia reassumendi, totiens quotiens sibi placuerit, concedere et dispensare dignemini. Non obst. gratia expectativa, quam idem episcopus habet, et quadam pensione centum

florenorum similium, sibi super fructibus mense monasterii Cellenove ordinis sancti Benedicti Auriensis diocesis sibi ad vitam suam assignata, et quod ipse episcopus eiusdem ordinis sancti Benedicti professor existit, ac monasterio sancti Andree de Randufe ac prioratu sancti Michaelis alias sancte Marie de Soza ordinis sancti Benedicti Bracharensis et Colimbriensis diocesum, necnon abbatia sancte Marie de Caritate ordinis Premonstratensis Civitatensis diocesis, quorum omnium fructus, etc., quingentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, auctoritate apostolica sibi commendat., quorum omnium nullam possessionem habet, constitutionibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus ordinum et ecclesiarum, in quibus huiusmodi beneficia forsan fuerint, etiam nequaquam obstantibus, et cum aliis non obstañ et clausulis opportunis. — *Fiat quod habeat etiam ad duo incompatibilia et sub prima data* [fl. 233].

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, sextodecimo Kalendas Januarii, anno quinto.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 107, nota 1 do n.º 623.

(2) No ms. *sustentare.*

606

1421, Dezembro 18

O cardeal de Santa Susana e o prior e frades da Ordem de S. Jerónimo do mosteiro de S. Pedro ad Vincula *pedem a união da igreja da Santa Maria do Mosteiro.*

Reg. Suppl. 158, fl. 231-231v.

Beatissime Pater, cum eximie et antique devotionis ecclesia sancte Marie Monasterii nuncupata, que antiquitus fuit religiosorum, que est posita circa ecclesiam sancti Petri ad Vincula, assignata episcopis Tusculanis, sancte Romane ecclesie cardinalibus, qui pro tempore fuerint, et cum antiquis temporibus sit inhabitata et in divino cultu et ornamentis et in spiritualibus et temporalibus sit quasi penitus destituta ac etiam in edificiis collapsa et quasi interdicta sit clausa et, quod amarius refertur, sit facta domus bestiarum et in ea omnino divinus cultus sit diminutus, cum sex canonici prebendati in ipsa instituti rarissime in anno visitent, quodque nisi ecclesie predicte celeri remedio succurratur, irremediabilem patietur ruinam, cum autem, Beatissime Pater, prior et fratres [fl. 231v] monasterii sancti Petri ad Vincula de Urbe, ordinis sancti Jeronimi doctoris, sub regula sancti Augustini, dictam ecclesiam sancte Marie Monasterii desiderant tenere ac in spiritualibus et temporalibus servire, ex quorum presentia eiusdem ecclesie reformatio speratur (1); et cum locus sancti Petri ad Vincula adeo sit artus quod habitacula fratrum iuxta observantiam regularem dicti ordinis ampliari non possit nec ordinari, propter quod dicti fratres patiuntur maximum scandalum et periculum animarum suarum, idcirco supplicat S. V. devota creatura vestra A. tituli sancte Susanne, sancte Romane ecclesie presbyter cardinalis (2), cui eadem ecclesia sancte Marie per eamdem S. commendata (3), cum ad hoc sit plenius informata, canonicatus et prebendas eiusdem ecclesie et canonicorum, cedentibus ipsis vel decedentibus, supprimere necnon ecclesiam predictam bonaque eius,

fructus et redditus et proventus dicte ecclesie sexaginta florenorum auri annuatim predict. priori et fratribus predictis, quorum fructus viginti florenorum auri valorem non excedunt, imperpetuum unire, annectere et incorporare V. Clementie accedat auctoritas ut, canonicis dicte ecclesie cedentibus vel decedentibus, et eorum canonicatus imposterum supprimantur bonaque, redditus prebendarum ipsorum in usus fratrum predictorum cedant pro sustentatione vite eorum, eo quod non possunt resistere in officio divino, propter maximam paupertatem in qua dimisit eos dominus cardinalis de Lixbona qui defunctus est (4), ut ipsi per se (5) vel per alios possessionem bonorum fructus, etc., predictorum, cum predicti canonicatus et prebende fuerint simul vel successive suppressi, apprehendere et in proprios usus valeant convertere et dicto (6) monasterio licentiam concedere misericorditer dignemini, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur etiam de unione O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quintodecimo Kalendas Januarii, anno quinto.

---

(1) No ms. *experatur*, com sinal de erro.

(2) D. António Pancerino de Portugruaro, patriarca de Aquileia, nomeado cardeal do título de Santa Susana em 6 de Junho de 1411 por João XXIII. Passou em 1431 a cardeal-bispo de Frascati e morreu em Roma, a 3 de Julho de 1431. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 32, 48, 99.

(3) No ms. sinal de erro por cima da palavra *commendata*.

(4) Cf. nota 1 do n.º 149.

(5) No ms. falta a palavra *se*, mas depois de *per* vem o sinal de erro.

(6) No ms. *dicti*, com sinal de erro.

607

1421, Dezembro 22

André Gonçalves, reitor da igreja paroquial de S. Tiago de Murça e da capela de Santa Maria de Rocamador do mesmo lugar, pede indulgências para os visitantes das mesmas.

Reg. Suppl. 159, fl. 61-61v.

Beatissime Pater, cum ad capellam beate Marie virginis de Recamadar in situ de Murça Bracharensis diocesis ex singulari devotione quam christicole [fl. 61v] diversarum partium vicinarum propter multa miracula [que per ipsius beate Marie] merita fuerunt ibidem, ex diversis mundi partibus ad eamdem capellam [confluit] populi multitudo, ut ergo ipsa ecclesia que reparatione et edificatione indiget quamplurimum sumptuosa que absque christifidelium suffragiis fieri non possunt et ut decentius reparetur et edificetur ac in statu conservetur quodque etiam devotio ipsa ad eamdem capellam augeatur, supplicat S. V. humiliter devotus orator vester Andreas Gundissalvi, parrochialis ecclesie sancti Jacobi de Murça et capelle suprascripte rector, quatinus omnibus vere penitentibus, confessis et contritis, qui in vigiliis et festivitatibus ipsius gloriose Virginis Marie et domini nostri Jhesu Christi utpote Nativitatis, Circuncisionis, Epiphanie, Parasceves, Resurrectionis, Ascensionis, Penthecostes, Trinitatis, Corporis Christi et eorumdem festorum octavis eamdem capellam devote visitaverint et ad huiusmodi reparationem et conservatio-

nem manus porrexerint adiutrices vel in testamentis suis aliquid relinquerint, decem annos indulgentiarum et totidem quadrageñ in perpetuum dignemini misericorditer indulgere, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, undecimo Kalendas Januarii, anno quinto.

608

1421, Dezembro 22

João Gomes renova pedido de dispensa e respectivas letras apostólicas.

Reg. Suppl. 159, fl. 129.

Reformatio Johannis Gometii super dispensatione de uberiori (1).

Beatissime Pater, cum per signaturam supplicationis, cuius copia prescribitur, obstantibus regulis cancellarie, non veniant canonicatus et prebende ecclesiarum cathedralium, supplicat igitur S. V. prefatus Jo[hannes] quatinus litteras super dicta supplicatione conficiendas in cancellaria eiusdem S. V., etiam si canonicatus et prebende in ecclesiis cathedralibus fuerint, saltem quoad unum canonicatum et prebendam, sub prima data expediri mandare dignemini, cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, undecimo Kalendas Januarii, anno quinto.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

609

1422, Janeiro 4

O Infante D. João, filho de D. João I, rei de Portugal, pede ao papa declare a isenção da Ordem de S. Tiago da Espada, que não devia estar sujeita à jurisdição temporal do pai.

Reg. Suppl. 159, fl. 101. Publicada por SOUSA COSTA, A. D. DE, *O Infante D. Henrique na Expansão portuguesa*, Braga 1960, *Documentos*, n. 10. *Monumenta Henricina*, III, n. 17, pp. 27-28.

Beatissime Pater. Exponitur S. V. pro parte devotissimi filii et fidelis servitoris S. V. Johannis, serenissimi principis Johannis, regis Portugalie et Algarbii, nati, quod, licet tempore, quo ordo sancti Jacobi de Spata in Hispaniarum partibus ad expugnandum fidei inimicos, quibus partes eedem tunc valde affligebantur, primo creatus et institutus fuit, sancta sedes apostolica et summus pontifex, qui tunc eidem sedi preerat, ordinem ipsum et eius regulam approbando et confirmando, omnes et singulas personas ac bona ipsius ordinis presentia et futura sub iurisdictione et protectione eiusdem sedis submiserit et ordo predictus qui etiam in Portugalie et Algarbii partibus existit, cuius administra-

tionem S. V. eidem servitori V. commisit, a seculari domini et genitoris sui iurisdictione tam criminaliter quam civiliter sit exemptus, nichilominus ex quadam usurpativa potestate ab eadem laicali iurisdictione de facto plurimum vexatur, asserendo ordinem predictum, qui penitus ecclesiasticus est, ad suam laicalem iurisdictionem pertinere. Cum autem, Beatissime Pater, non sit dignum quod illi qui regulares et sub ecclesiastica religione sunt, ad forum trahantur vetitum, eapropter supplicat S. V. idem servitor vester humiliter et devote quatinus auctoritate apostolica decernere et declarare dignemini ordinem et personas ac bona eius mobilia et immobilia ecclesiastica esse et ad iurisdictionem Ecclesie pertinere nullumque preter Ecclesiam et superiorem suum de ordine et personis ac bonis predictis se intromittere debere, certos executores auctoritate eadem contra personas easdem ad seculare iudicium tam civiliter quam criminaliter trahentes in forma debita deputando, de gratia speciali, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, pridie Nonas Januarii, anno quinto.

610

1422, Janeiro 13

Antão Gonçalves, clérigo da diocese de Viseu, familiar do papa, renova pedido sobre o canonicato de Lisboa, na expectativa da prebenda, por ter omitido a referência à perpétua porção de Santa Maria da Arruda.

Reg. Suppl. 159, fl. 161-161v.

Beatissime Pater, S. V. sub data familiarium V. S. gratiam fecit devoto oratori vestro Antonio Gunsalvi, clerico Visensis diocesis, eiusdem S. familiari continuo commensali, de canonicatu sub expectatione prebende ecclesie Ulixbonensis, prout in litteris desuper confectis latius continetur. Verum, Pater Beatissime, quia per inadvertentiam supplicationem conficientium et litteras super ipsa gratia expedientium nulla fuit facta mentio in litteris expeditis super dicta gratia de portione sine cura acceptata, pro parte dicti Antonii, vacante in parrochiali ecclesia sancte Marie de Aruda Ulixbonensis diocesis, de qua etiam sibi extitit provisum, vigore gratie expectative (1), olim eidem Antonio facte per Johannem papam xxiii in sua obedientia nuncupatum (2), cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum valorem annuum non excedunt, dubitat idem Antonius prefatas litteras occasione predicta viribus non subsistere, ideo supplicat eidem S. Antonius predictus, eiusdem S. familiaris, quatinus sibi gratiam facientes specialem, sibique gratiose concedere gratiam et litteras predictas perinde valere et quecumque inde secuta ac si [fl. 161v] de dicta portione et gratia in dicta gratia expectativa (3) dictorum canonicatus et prebende expressa facta foret mentio, cum alias, Pater Sancte, dicta gratia [minime] ei suffragaretur nec ex ea consequeretur effectum, dignemini misericorditer providere, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et sub prima data. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Idus Januarii, anno quinto.

(1) No ms.: *spectative.*
(2) Cf. nota 1 do n.º 8.
(3) No ms.: *spectativa.*

611

1422, Janeiro 14

Nuno Fernandes, clérigo da diocese de Coimbra, pede a perpétua porção da igreja de Santa Maria de Leiria, sujeita ao mosteiro de Santa Cruz de Coimbra.

Reg. Suppl. 159, fl. 57-57v.

Beatissime Pater, cum in ecclesia sancte Marie de Lerena diocesis Colimbriensis, subdita monasterio sancte Crucis ordinis sancti Augustini extra muros dicte civitatis, per priorem solito gubernari, nonnulle perpetue portiones sine cura vacent (1), elapso iam tempore de conferendis beneficiis ecclesiasticis a sacris canonibus constituto, supplicat S. V. devotus orator vester Nunus Fernandi, clericus [fl. 57v] dicte diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de perpetua [portione sine cura] dicte ecclesie sancte Marie predicte diocesis, cuius fructus quindecim librarum [Turonensium] parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante per obitum Gon[salvi] Martini, extra Romanam Curiam defuncti, et ad sedem apostolicam devoluta, sive premisso vel alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque facto vel persona aut per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata aut devoluta seu litigiosa sit, eidem Nuno dignemini misericorditer providere. Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus in contrarium, iuramento seu auctoritate apostolica firmatis, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 58]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus quinque. O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimo nono Kalendas Februarii, anno quinto.

(1) No ms. *vacen*, com sinal de erro.

612

1422, Janeiro 15

Antão Gonçalves, clérigo da diocese de Viseu, familiar do papa, renova o pedido do canonicato e prebenda de Lisboa, vacantes por morte de Gil Afonso, sub-colector apostólico, circunstância não referida antes.

Reg. Suppl. 159, fl. 170v-171.

Beatissime Pater, vacantibus canonicatu et prebenda ecclesie Ulixbonensis per obitum quondam Egidii Alfonsi, ipsius ecclesie ultimi canonici, extra Romanam Curiam

defuncti, olim fructuum et proventuum camere apostolice debitorum in civitate et diocesi Ulixboneñ, ut dicitur, subcollectoris, devotus orator et familiaris eiusdem S. Antonius Gunsalvi, clericus Visensis diocesis, vigore litterarum apostolicarum expectativarum sub data familiarum eiusdem S. V. infra tempus debitum eosdem canonicatum et prebendam dicte Ulixbonensis ecclesie acceptavit et de eisdem sibi obtinuit provideri. Verum, Pater Sancte, ut dicitur in partibus, predictus Egidius, olim fructuum et proventuum camere apostolice subcollector extitit ut supra, propter quod idem Antonius dubitat dictas acceptationem et provisionem ac omnia alia exinde secuta, etiam aliis ex causis viribus non subsistere, ideo supplicat eidem S. V. idem Antonius, eiusdem S. V. familiaris, continuus commensalis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de dictis canonicatu et prebenda, quorum fructus, etc., ducentarum [fl. 171] [librarum Turo]nensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non [excedunt], distributionibus quotidianis computatis, sive premisso, sive alio quo[vis modo] aut ex alterius cuiuscumque persona vacent, etiam si tanto tempore vacaverint quod eorum collatio ad sedem apostolicam sit legitime devoluta aut generaliter vel specialiter reservata, etiam si super eis lis in Curia Romana et vestro palatio apostolico causarum vel extra eamdem, cuius statum hic habere dignemini pro sufficienter expresso, pendeat indecisa, eidem An[tonio] dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod sibi de archidiaconatu de Penella et perpetua portione tercenaria nuncupata certo modo vacaturis et perpetua portione sine cura parrochialis ecclesie sancte Marie de Aruda Ulixbonensis diocesis, quorum fructus, etc., octuaginta librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, ac canonicatu et prebenda certo modo vacantibus in ecclesia Elborensi, quorum possessionem nondum habet, quorum fructus, etc., octuaginta librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, per eamdem S. V. sibi concessum fuit providere, necnon prestimoniis de Valdevez Tudensis diocesis, cuius fructus, etc., triginta librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, cum ceteris non obstañ et clausulis necessariis et oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimo octavo Kalendas Februarii, anno quinto.

613

1422, Janeiro, 17

Brás Martins, reitor da igreja paroquial de S. Tomé de Lisboa, tinha arrendado o casal de Pinhel e outras possessões do lugar de Vila Longa a Pedro Afonso, à mulher deste, Leonor Domingues, e sucessores, pelo que a filha de nome Branca e o seu esposo Gonçalo Caldeira pedem ao papa a confirmação.

Reg. Suppl. 159, fl. 37v-38.

Beatissime Pater, quondam Blasius Martini, rector tunc parrochialis ecclesie sancti Thome Ulixboneñ, attendens commodum et utilitatem dicte ecclesie, quoddam casale

de Pinhel nuncupatum et nonnullas alias possessiones in loco de Villa Longa Ulixbonensis diocesis consistentia et ad dictam ecclesiam iusto titulo pertinentia, quondam (1) Petro Alfonsi civi Ulixbonensi ac eius uxori Leonori Dominici ceterisque successoribus suis sub certa annua pensione seu certo annuo censu cum certis clausulis et conditionibus in perpetuum concessit, prout in instrumento contractus desuper confecto plenius continetur, que quidem concessio auctoritate ordinaria extitit confirmata, casale et possessiones predicte ad Blancham, dictorum Petri et Leonoris filiam, iusto titulo pervenerunt, que Blancha cum devoto vestro Gunsalvo Galdeira matrimonium contraxit per verba legitime de presenti. Supplicant igitur S. V. Gunsalvus et Blancha coniuges prefati [ut] concessionem [fl. 38] [et pensionem] ad maioris roboris firmitatem confirmetis, ratam habentes et gratam, cum omnibus [inde] secutis, supplentes omnes defectus, si qui intervenerint in eadem, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimo sexto Kalendas Februarii, anno quinto.

(1) No ms. *quamdam.*

614

1422, Janeiro 17

D. Vasco, bispo, e o cabido do Porto pedem a confirmação de oito sacerdotes e quatro corais de Ordens menores para o aumento do culto da catedral, com novas providências para seu sustento.

Reg. Suppl. 159, fl. 38.

Beatissime Pater, dudum cum devoti vestri capitulum ecclesie Portugalensis pro divini cultus augmento et decore octo presbyterorum et quatuor in minoribus dumtaxat ordinibus constitutorum clericorum qui chorales nuncuparentur numerum desideraverunt perpetuo institui, S. V., ad humilem eorumdem capituli petitionem, presbyterorum et clericorum huiusmodi numerum in eadem ecclesia per ipsos capitulum institui et ordinari concessit et nichilominus unam ex prebendis eiusdem ecclesie, quarum singularum fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, per cessum vel decessum aut dimissionem alicuius eiusdem ecclesie canonici vacaturam, eorumdem presbyterorum et clericorum usui applicari ita quod ipsi capitulum corporalem possessionem eiusdem prebende auctoritate propria apprehendere et perpetuo retinere ac predicto usui deputare valerent, sub certis modo et forma mandavit, prout in litteris desuper confectis plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, dicti presbyteri et clerici qui postmodum in dicta ecclesia instituti et usui una ex prebendis huiusmodi tunc vacans cum omnibus iuribus et pertinentiis suis applicata iuxta formam litterarum sunt (1) earumdem, adhuc in dote et redditibus adeo non habundent *(sic)* quod ex aliis congrue valeant sustentari, supplicat S. V. humilis et devota creatura vestra Valascus, episcopus Portugalensis (2) et dicti capitulum quatinus pro

ipsorum presbyterorum et clericorum sustentatione uberiori unam aliam ex eisdem prebendis, quarum singularum fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium parvorum predictorum, quotidianis distributionibus computatis, valorem annuum non excedunt, cum per cessum vel decessum aut dimissionem alicuius alterius eiusdem ecclesie canonici vacare contigerit, eidem usui applicare et deputare dignemini de gratia speciali, ita quod, aliquo ipsius ecclesie canonico cedente vel decedente aut prebendam eiusdem ecclesie alias quomodolibet dimittere liceat eisdem capitulo coporalem illius possessionem pro presbyteris et clericis eisdem auctoritate propria apprehendere et perpetuo retinere, illiusque fructus, etc., in eorum usum huiusmodi convertere (3), alicuius super hoc licentia vel consensu minime requisitis, ita etiam quod quotiens aliquem ipsorum presbyterorum predictorum et clericorum cedere vel decedere contigerit, episcopus et capitulum alium loco ipsius cedentis vel decedentis pro tempore valeat deputare. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac gratiis expectativis a sede apostolica vel eius legatis concessis vel concedendis, ac statutis et consuetudinibus dicte ecclesie ceterisque contrariis quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimo sexto Kalendas Februarii, anno quinto.

---

(1) No ms. *fuerunt*, com sinal de erro.
(2) Cf. nota 1 do n.º 92, nota 1 do n.º 479.
(3) No ms. *committere*, com sinal de erro.

615

1422, Janeiro 20

D. Vasco, bispo do Porto, pede ao papa a faculdade, a favor de João Rodrigues, cónego do Porto, de obter outro benefício incompatível, além da abadia da colegiada de S. Martinho de Cedofeita.

Reg. Suppl. 159, fl. 198v.

Beatissime Pater, supplicat S. V. humilis et devota creatura eiusdem S. Valascus, episcopus Portugalensis (1), in personam dilecti sui Johannis Roderici, canonici ecclesie sue Portugalensis, quatinus cum abbatia seculari ecclesie collegiate sancti Martini de Cedofeita Portugalensis diocesis, quam possidet, aliud beneficium ecclesiasticum incompatibile, si sibi canonice conferatur, etiam si dignitas, personatus vel officium in metropolitañ cathedralibus vel collegiatis curat. et elect. maior post pontificalem et principalis ecclesiis existat, licite recipere [et] quoad vixerit libere retinere illaque ex causa permutationis vel alias simul vel successive dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel dissimile, similia aut dissimilia, recipere valeat, dignemini misericorditer dispensare de gratia speciali. Non obstañ quod in Portugalensi predicta ac Ulixbonensi ecclesiis canonicatus et prebendas, quorum fructus, etc., ducentorum quinquaginta florenorum auri communi extimatione valorem annuum non excedunt, necnon abbatia

seculari ecclesie collegiate sancti Martini de Cedofeita predicta, que dignitas in eadem principalis existit, cuius similiter ducentorum quinquaginta, ac de archidiaconatu qui in eadem Portugalensi ecclesia dignitas, non tamen maior post pontificalem existit, mandatum extitit provideri, cuius septuaginta florenorum auri extimatione predicta valorem annuum non excedunt, fructus, etc., cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimo tertio Kalendas Februarii, anno quinto.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 92, nota 1 do n.º 479.

616-618

1422, Janeiro 21

O Infante D. Duarte, herdeiro do reino, pede ao papa várias graças para os oratórios de Eremitas de Albarquel, Rio Mourinho e Aivado das dioceses de Lisboa e Évora.

Reg. Suppl. 159, fl. 199v-200.

Beatissime Pater, cum in locis de Albarquer et de Ryo Mourinho ac de Ayvado Ulixbonensis et Elborensis diocesum tria oratoria, in quibus nonnulli pauperes qui, abdicatis mundanis illecebris, heremiticam vitam eligentes, in spiritu humilitatis gratum prebent Domino famulatum, existant, ipsique pauperes, ne humani generis inimicus eos otiosos inveniat, aliquos ortos, arbores ac vineas necnon campos seminant, plantant, laborant et cultivant, a quibus fructus aliquos pro recreatione et sustentatione ipsorum colligunt et metunt atque coclearia, canistra, sportas et cistas ac similia propriis manibus faciunt et licet enim ad solvendum decimas fructuum et rerum predictarum minime cogantur, verumtamen quia bonarum mentium est ibi culpam timere ubi culpa minime reperitur, iidemque pauperes pro serenitate conscientiarum suarum cupiant a solutione decimarum predictarum per sedem apostolicam et S. V. esse inmunes et exemptos, supplicat igitur S. V. humiliter et devote devotissimus filius eiusdem S. Eduardus, regnorum Portugalie et Algarbii primogenitus et heres, quatinus sibi in personas predictorum pauperum, qui ad presens in oratoriis predictis sunt aut erunt pro tempore, specialem gratiam facientes, eosdem pauperes a solutione decimarum huiusmodi eximere et liberare dignemini de gratia speciali, constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum aliis clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

617. Item quatinus sibi in personas pauperum predictorum specialem gratiam facientes, eisdem pauperibus qui nunc in locis predictis sunt aut erunt pro tempore, ut liceat eis habere altare portatile in illis locis, in quo a quocumque presbytero seu presbyteris, quem vel quos ad hoc duxerint eligendum seu eligendos, missa et divina officia audire, necnon ab eodem presbytero, quotiens quilibet eorum voluerit, alia ecclesiastica sacramenta ac de peccatis que sibi confitebuntur, nisi talia sint propter que sedes apostolica

sit merito consulenda, absolutionem recipere atque in eisdem oratoriis suas sepulturas eligere possint et valeant, sibi concedere et indulgere dignemini de gratia speciali, constitutionibus [fl. 200] [apostolicis] et aliis in [con]trarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum aliis [clausulis oportu]nis. — *Fiat ut petitur de utroque. O.*

618. [Item quatinus] pauperibus in oratoriis predictis ad presens commorantibus et [imposterum] commoraturis specialem gratiam facientes ut confessor, quem quilibet [eorum] duxerit eligendum, plenam in mortis articulo omnium peccatorum suorum remissionem auctoritate apostolica sibi concedere possit et valeat de gratia speciali, attento, Pater Beatissime, quod felicis recordationis Bonifatius papa viiii (1) in sua obedientia nuncupatus similem gratiam pauperibus heremitis in Serra d'Ossa Elborensis diocesis commorantibus et imposterum commoraturis fecit, que michi ostensa fuit, et cum clausulis oportunis. — *Fiat pro presentibus in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, duodecimo Kalendas Februarii, anno quinto.

(1) Cf. nota 1 do n.º 48.

619

1422, Janeiro 22

Vasco Anes, sacerdote da diocese de Viseu, em litígio com João Vasques sobre a igreja paroquial de Santa Maria de Alverca, solicita do papa providências a seu favor.

Reg. Suppl. 161, fl. 142v-143.

Beatissime Pater, dudum inter devotum oratorem vestrum Valascum Johannis, presbyterum Visensis diocesis, ex una et quemdam Johannem Valasci, pro presbytero dicte diocesis se gerentem, parte ex altera materia questionis de et super parrochiali ecclesia beate Marie de Alverca dicte diocesis, super eo quod idem Valascus per nonnullos (1) incolas dicti loci veros patronos ipsius ecclesie et in possessione presentandi rectorem ad dictam ecclesiam, dum vacare contigit, existentes, ad prefatam ecclesiam, per obitum quondam Martini Quadrado, ipsius ecclesie rectoris, extra Romanam Curiam defuncti, tunc vacantem, extitit presentatus, prefatus vero Johannes etiam per aliquos incollas dicti loci, asserentes ad se consimiliter ius presentandi rectorem ad dictam ecclesiam spectare, dum contigerit vacare, ad prefatam ecclesiam vacantem, ut prefertur, per obitum predicti Martini, similiter fuit presentatus, utroque infra tempus legitimum a domino episcopo Visensi (2) petente *(sic)* presentationem de se factam canonicam fore et se in rectorem ipsius ecclesie institui, prefatus vero dominus episcopus antedictus Valasco dicens, ex quo presentatus erat sibi placere et ad ecclesiam iret et ibi divina officia celebraret et quemdam Johannem Alfonsi eiusdem (3) vicarium cum dicto Valasco ad ecclesiam destinavit et de mandato dicti domini episcopi ipsi Valasco cedulam concessit ut in predicta ecclesia divina celebraret officia et yconium poneret ortaque materia questionis inter dictos presentatos coram Martino Gunsalvi Ribeiro, etiam vicario in spiritualibus generali dicti

domini episcopi Visensis, idem vicarius in huiusmodi causa procedens, pronuntiavit dictum Valascum multum plenius et pinguius ius per presentationem de eo ad dictam ecclesiam factam quam dictus Johannes habere, a qua pronuntiatione pro parte dictorum Johannis ad apostolicam sedem extitit appellatum causaque huiusmodi appellationis episcopo Egitaniensi extitit commissa, in qua quidam Alvarus Martini, scolasticus Egitaniensis ecclesie, cui Gunsalvus episcopus Egitaniensis (4) commiserat vices suas in huiusmodi appellationis causa procedens, attemptis huiusmodi cause meritis pronuntiavit dictum (5) Valascum debere institui in rectorem et in rectorem comfirmari debere in dicta ecclesia, attento quod in examine repertus fuit ydoneus et filius veri patroni, supplicando humiliter episcopo Visensi, quatinus ipsum in dicta ecclesia institueret et confirmaret, a qua sententia prefatus Johannes, sentiens exinde se gravatum, denuo ad sedem apostolicam appellavit, causa diffugii et dilatandi. Et quia, Pater Beatissime, [fl. 143] tam vigore presentationis pretense quam predictorum pronuntiationum dicto Valasco est acquisitum ius in re propter sententias predictas et dictus dominus episcopus ob reverentiam sedis apostolice, ad quam extitit appellatum, dicto Valasco dictam ecclesiam, ut creditur, non adiudicavit seu confirmavit expresse, ideo supplicatur eidem S. V. pro parte dicti Valasci, quatinus sententiam et sententias in huiusmodi causa latas, gratas, ratas atque firmas habere dignemini ipsamque ecclesiam eidem confirmare statumque cause huiusmodi presentibus pro expressis habentes, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si tanto tempore vacavit quod eius collatio ad sedem apostolicam esset reservata vel devoluta, sive per constitutionem *Execrabilis* seu capitulo *De multa*, etiam si generaliter vel specialiter reservata existat, etiam si lis in Romana Curia vel extra indecisa pendeat, eidem Valasco dignemini misericorditer providere. Non obstañ perpetua portione sine cura, quam obtinet, in parrochiali ecclesia sancte Juste Ulixboneñ, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum simili extimatione valorem annuum non excedunt, et cum non obstañ et clausulis oportunis, in cancellaria S. V. exprimendis. — *Fiat in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, undecimo Kalendas Februarii, anno quinto.

---

(1) No ms. *nonnullas*, com sinal de erro.

(2) Era bispo de Viseu ou Pedro Lourenço Buval (cf. n.º 430 e 514) ou João Homem. Cf. nota 1 dos n.os 430 e 514.

(3) No ms. sinal de erro.

(4) Era bispo da Guarda Gonçalo Vasques. Cf. nota 3 do n.º 560.

(5) No ms. *dictam.*

620

1422, Janeiro 23

D. Pedro, bispo de Évora, pede faculdade para arrendar a metade dos proventos da diocese, com o fim de satisfazer às taxas devidas pela sua promoção episcopal.

Reg. Suppl. 159, fl. 180v.

Beatissime Pater, cum devota creatura [vestra] Pe[trus], episcopus [Elborensis] (1), camere apostolice et collegio reverendissimorum patrum dominorum sancte [Romane Ecclesie] cardinalium in annata seu communibus minutisque servitiis ratione promotionis sue per [eosdem] de persona sua ad ecclesiam Elborensem tunc vacantem facte seu illius complemento suo residuo adhuc restante obligatus existit, cupiat et intendat de debito huiusmodi quod, obstantibus sibi certis impedimentis, sine apostolice sedis speciali suffragio commode, sicut tenetur, exolvere nequit, celeriter et salubriter respondere et ne usurarum vorago fructus mense episcopalis et ecclesie Elborensis extenuet vel consumet aut alia gravia dicta ecclesia propterea subeat detrimenta cum aptior et expeditior ad solutionem debiti huiusmodi alia sibi via non existat, supplicat S. V. dictus episcopus quatinus, premissis clementer attentis, sibi ut medietatem omnium fructuum, reddituum et proventuum dicte mense ac ad ipsam et dictam ecclesiam suam quomodolibet pertinentium quibuscumque personis ydoneis clericis vel laicis etiam communitatibus seu universitatibus locorum per triennium pro pretio, censu seu canone, de quo sibi utiliter et rationabiliter videbitur, arrendandi et ex pretio seu canone huiusmodi sic recipiendo camere el cardinalibus predictis ac aliis officialibus S. V. et sedis apostolice ceterisque creditoribus suis quibuscumque de predicto et quovis alio quo illis obligatus est et tenetur debito satisfaciendi et de illo eis respondendi licentiam concedere dignemini et etiam facultatem, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimo Kalendas Februarii, anno quinto.

(1) Cf. nota 1 do n.º 439.

621

1422, Janeiro 23

D. Pedro, bispo de Évora, pede ao papa licença para fundar e dotar o mosteiro de Santa Maria do Espinheiro para os frades de S. Jerónimo, sem necessidade do consentimento do cabido.

Reg. Suppl. 159, fl. 227v-228.

Beatissime Pater, cum devota creatura vestra Petrus, episcopus Elborensis (1), cupiens seminare in terris unde multiplicatum fructum percipere possit in celis, in loco heremitorii beate Marie de Spinherio extra muros Elboreñ ad hoc quidem habili et ydoneo quoddam monasterium pro perpetuis usu et habitatione fratrum ordinis sancti Jeronimi in decenti numero inibi sub eiusdem ordinis regularibus institutis perpetuo Domino famulaturorum cum ecclesia sive oratorio, campanili, campana, cimiterio, dormitorio et aliis necessariis officinis de novo fundare et etiam sufficienter dotare proponat, dubitet tamen quod cum ad dictum heremitorium causa devotionis plerumque magnus populi fit concursus, ac oblationes inibi pro parte obvenientes prefato episcopo et capitulo Elboreñ communiter cedere consueverint dictum capitulum huiusmodi ipsius episcopi pio proposito non prebebunt assensum, quare supplicatur S. V. pro parte dicti episcopi

quatinus sibi monasterium huiusmodi cum ecclesia et aliis premissis fundandi et dotandi dictisque fratribus illud, postquam constructum fuerit, recipiendi et perpetuo inhabitandi, dictorum capituli et alterius cuiuscumque licentia vel assensu minime requisita, licentiam concedere dignemini de gratia speciali, attento quod iidem capitulum alias pro suis supportandis oneribus fructus et redditus habeant oportunos et nichilominus eidem fundando monasterio ac fratribus et personis quibuscumque in ipso pro tempore moraturis ut ipsi omnibus et singulis privilegiis, gratiis, exemptionibus, libertatibus et inmunitatibus, quibus alia eiusdem ordinis monasteria, loca et persone quomodolibet utuntur, uti et gaudere libere et licite valeant de uberioris [fl. 228] dono [gratie mise]ricorditer indulgere, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimo Kalendas Februarii, anno quinto.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 439.

622

1422, Janeiro 26

Pedro Anes, reitor da igreja paroquial de S. Miguel de Vila Franca da diocese de Braga, em defesa própria e de seu irmão Luís Anes, tomou parte nos ferimentos causados ao criminoso João Vasques que veio a morrer, embora tais ferimentos não fossem causa suficiente disso, segundo declarações do cónego do Porto D. João Afonso, vigário geral. À cautela pede a absolvição de penas e de inabilidade, em que porventura possa ter incorrido.

Reg. Suppl. 160, fl. 2v-4.

Beatissime Pater, pro parte humilis et devoti oratoris vestri Petri Johannis, rectoris parrochialis ecclesie sancte Michaelis de Villa Franca Bracharensis diocesis, humiliter exponitur et devote quod dudum quondam Johannes Valasci, monachus monasterii sancti Johannis de Pendorada ordinis sancti Benedicti Portugalensis diocesis, dum ageret in humanis, proprie salutis inmemor, regulari habitu eiusdem ordinis, cuius necnon predicti monasterii monachus expresse professus existebat, temere derelicto, monasterium ipsum illicentiatus exivit, et diu per mundum vagabundus incedens, tandem, variis per eum interim in diversis mundi partibus perpetratis excessibus et delictis, ad quamdam villam, que in illis partibus Antre Ambros *(sic)* Rios vulgariter nuncupatur, dicte Portugalensis diocesis, una cum quibusdam suis complicibus se noctu conferens, dum quemdam laicum carcerali custodia, cui propter sui demerita mancipatus dicebatur, armata manu extrahere satagebat, quemdam familiarem iudicis secularis dicte ville, audito strepitu per dictum iudicem exmissum et conantem dicto Johanni, ne inceptum per eum facinus ad effectum perduceret, obsistere, cumque propter hoc redarguentem inhu[ma]niter interficere, ad eumdem iudicem, qui etiam illic supervenerat, enormiter vulnerare non expavit, propter quod idem Johannes Valasci ad loci Ordinarii curiam delatus et illius carceribus mancipatus fuit, sed illis effractis inde fugiens et per mundum ut prius discurrens, tandem post effluxum iam ab huiusmodi carceris exitu biennii spatium, ad prefatum

monasterium, nulla tamen per eum super premissis a sede apostolica absolutione obtenta, revertens, priorem et monachos ipsius monasterii quod eum in dicto monasterio et sibi, sicut uni ex eis, portionem monachalem exhiberent cominatorie requisivit, quibus se eum recipere et petitam portionem sine abbatis dicti monasterii mandato exhibere non posse respondentibus, idem Johannes, furore commotus, eorum singulos interficere minabatur, unde ipsi merito perterriti, dictum monasterium seu metas eius [fl. 3] aliquandiu exire timuerunt et subsequenter, cum idem Johannes iterum ad dictum monasterium una cum quodam suo in ea parte complice accessisset et se ad dicti abbatis presentiam contulisset ac ipsum abbatem superbo animo omnique reverentia postposita, requisivisset quod eum recipi et huiusmodi portionem sibi exhiberi mandaret, idemque abbas gratiose se, nisi super commissis per eum criminibus et excessibus sufficientem a sede predicta dispensationem primitus exhiberet, hoc minime facturum respondisset, sicuti nec deberet, ipse Johannes continuo in suo malo proposito perseverans, gravius quam ante commotus, in ipsius abbatis presentia palam dixit quod eum, nisi reciperetur et portio huiusmodi sibi ministraretur, interficere non tardaret, cuiusmodi et alia nephanda verba per eumdem Johannem inibi furibunde prolata, familiares dicti abbatis, inter quos prefatus Petrus Johannis tunc existebat, audientes, ipsum Johannem quod a presentia dicti abbatis recederet gratiose monuerunt, qui, eorum multitudinem perhorrescens, tractim a presentia dicti abbatis discessit, sed antequam septa dicti monasterii exivisset, cum quidam Ludovicus Johannis et dictus Petrus Johannis exponens eum concomitantes sibi caritative dicerent se mirari quod cum tanto furore et temeritate ad dictum monasterium, illius abbatem et fratres ac familiares et personas vilipendendo et ipsos interficere comminando accessisset, idem Johannes Velasci, in huiusmodi furore perseverans, dicto Ludovico respondit iam tunc multa tempora exfluxisse quod cordi habuerat et desideraverat eum expedire et occidere et ad id oportunum tempus fore arbitratus, gladium suum, antequam exiret portas monasterii, Deum abnegando cum sanctis, animo et intentione, ut apparebat, ipsos Ludovicum et Petrum exponentem occidendi, evaginans et simili modo ille qui secum venerat et in hac parte sibi complex, in ipsum Ludovicum vehementissimo ictu irruit, cuius Johannis furore ipse Ludovicus resistere et dictum ictum deviare credens, similiter quemdam gladium, quem secum habebat, evaginavit, sed dictus Johannes adeo vehementer percussit quod eumdem Ludovicum huiusmodi ictum retorquere [fl. 3v] seu deviare non valentem gravi et enormi vulnere in capite sauciavit, eum nichilominus acrius invadere non cessando, unde ipsi Ludovicus et Petrus exponens, videntes mortis periculum eis imminere et illud aliter evitare, attento, Pater Beatissime, quod dictus Johannes Valasci gladium habens in manu duos vel tres austeros mag. et bellatores homines illarum partium non curabat, nec in aliquo dicebat se timere, quemadmodum per facta et excessus per eum sepissime commissa apparuit luculenter, et est notorium et manifestum publice, etiam se ad hoc iactando, prefatus Ludovicus ipsum Johannem, non tamen animo occidendi, sed eius furorem et temeritatem reprimendi, se deffendendo casualiter in capite repercussit, ex cuiusmodi percussione idem Johannes paulo post ab hac luce migravit.

Verumtamen, Pater Beatissime, eadem hora et eodem instanti, quo dictus Ludovicus Johannis cum dicto Johanne verbis contendebat, idem Petrus exponens se in quantum potuit contra dicti Johannis complicem et quem pro adiuvatione (1) secum duxerat, ad ipsos interficiendos, deffendebat et ei resistebat, ne per eum interficeretur, sed videns prefatum Ludovicum qui eius frater germanus et uterinus existit, tanto subiacere periculo ac per dictum Johannem letaliter fore percussum et vulneratum, complicem dicti

Johannis eum invadentem, derelicto fratri in mortis articulo constituto celeriter occurrit et dum veniens ad eum sepedictus Ludovicus ipsum Johannem iam ipso instanti repercusserat in capite, ex qua percussione, ut prefertur, migravit a seculo, predictum Johannem Valasci subsequenter gladio percussit ad maxillam sinistram usque ad sanguinis effusionem, ex cuiusmodi percussione idem Johannes minus fuisset factus inhabilis ad divina celebrandum nec mortis periculum incurrisset, ymo vulnus erat curabile et de facili poterat sanari, propter quod dictus Ludovicus ad curiam loci Ordinarii fuit delatus, venerabilis vir dominus Johannes Alfonsi, canonicus Portugalensis, vicarius generalis sedis Portugalensis per capitulum ecclesie Portugalensis, sede ipsa vacante et pastore carente, specialiter deputatus, de premissis summariam informationem recipiens, [fl. 4] per informationem huiusmodi reperit huiusmodi homicidium per dictum Ludovicum, vim vi repellendo et extrema urgente necessitate, commissum fuisse. Quare prefatus Petrus exponens de premisso casu dolens, ex intimis desideret absque conscientie sue lesione ad sacros etiam presbyteratus ordines promoveri et in illis ministrare, humiliter ad pedes V. S. recurrendo, supplicat eidem S. V. idem exponens quatinus ipse qui clericus est et premissa non animo predictum Johannem occidendi, sed pro deffensione sui corporis ac Ludovici fratris eius, vim vi repellendo et extrema urgente necessitate, ad obviandum mortis periculo, quo ei et fratri videbat inminere, commisit prefatumque Johannem cum gladio ad maxillam percussiendo, ad omnes sacros etiam presbyteratus ordines se promoveri et in susceptis ac suscipiendis libere ministrare posset, decernatis et facere valeat, et nichilominus ex superhabundati cautela ipsum ab excomunicationis sententia necnon aliis penis et censuris, quas propter premissa quomodolibet incurrit, absolventes ac omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam per eum, premissorum occasione, contractam penitus abolentes, necnon cum eodem super irregularitate, si quam huiusmodi ligatus sententia, divinis se inmiscendo seu illa ministrando, non tamen in contemptum clavium, contraxerit et quod in omnibus sacris etiam presbyteratus ordinibus ministrare, ac ut illa que possidet et quecumque alia similia vel dissimilia beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebende aut dignitates, personatus, administrationes vel officia fuerint, si sibi alias canonice conferantur, recipere et retinere libere et licite valeat, de munificentia largiflua sedis apostolice et eiusdem S. benignitate dignemini misericorditer dispensare secum, premissis necnon constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus ecclesiarum, in quibus huiusmodi forsan beneficia fuerint, aliisque in contrarium editis et facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur, si deffendendo. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, septimo Kalendas Februarii, anno quinto.

(1) No ms. adiucone.

623

1422, Janeiro 30

Certo clérigo de Brescia, na Itália, pede a comenda, depois de revogada, da igreja de S. Nazário e de S. Celso, que possuía D. Faustino, dominicano, bispo titular de Mégara.

Reg. Suppl. 160, fl. 67-67v.

Beatissime Pater. Cum in civitate Brixie sit quedam notabilis ecclesia, prepositura nuncupata, sanctorum Nazarii et Celsi, que est dignitas principalis curata et electiva in eadem ecclesia habetque parrochiam amplissimam, multis bonis et egregiis civibus repletam, que ad presens per quemdam fratrem Faustinum ordinis fratrum Predicatorum, episcopum Megarensem (1), tenetur in commendam, factam per olim Johannem [papam xxiii] (2), ob cuius fratris Faustini malum regimen et mores pessimos cessat devotio et concursus parrochianorum ad eamdem ecclesiam, cum sint multi credentes quod isti fratres mendicantes non possint nec debeant baptizare, ex quo dux Mediolani, ad tollenda scandala que de facili sequi possent, nisi per S. V. de celeri remedio succurratur, alias supplicavit ut S. V. dignaretur dictam commendam, que exosa est omnibus civibus, revocare et inibi de uno sufficienti preposito providere; ut igitur predictis et aliis scandalis occurratur, supplicat S. V. devotus orator vester Vianinus de Aliotis, clericus Brixiensis, quatinus, specialem gratiam facientes, dictam commendam revocare dignemini necnon de dicta prepositura, que dignitas principalis curata et electiva existit, cuiusque fructus, etc., pro parte que pertinet ipsi preposito, ducentorum florenorum auri communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per revocationem dicte commende, sive alio quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata aut devoluta existat, seu in Romana Curia vel extra lis inter aliquos pendeat indecisa, cuius statum dignetur S. V. habere pro sufficienter expresso, ipsi Vianino dignemini misericorditer providere. Non obst. defectu etatis, quem patitur, cum sit in vicesimo secundo anno et ultra constitutus, super quo dignetur S. V. secum misericorditer [fl. 67v] dispensare, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Committatur Ordinario. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Kalendas Februarii, anno quinto.

---

(1) Neste tempo era bispo de Mégara o português D. Lourenço Afonso, dos Eremitas de Santo Agostinho, mestre em teologia, nomeado por João XXIII a 9 de Julho de 1410 que o nomeou comendatário do mosteiro de S. João de Alpendurada e por sua morte sucedeu-lhe nesta sé titular D. Frei André Dias de Escobar, então bispo de Ajácio, na Córsega, em Maio de 1428, por disposição de Martinho V. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 333. D. Faustino desta súplica deve ser um dos tantos bispos nomeados pelos papas do Cisma, de forma que não é de admirar encontremos mais que um bispo titular de Mégara. Cf. SOUSA COSTA, OFM, A. DE, *Mestre André Dias de Escobar, figura ecuménica do século XV*, Porto-Roma, 1967, p. 149, nota 417.

(2) Cf. nota 1 do n.º 8.

624

1422, Janeiro 30

João Afonso, cónego do Porto, licenciado em direito canónico com rigor de exame no Estudo Geral de Bolonha, pede a recepção e faculdade de troca de benefício compatível, além da igreja de S. Cosme da diocese do Porto.

Reg. Suppl. 160, fl. 76v.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. humilis et devotus vester Johannes Alfonsi, canonicus Portugalensis, cum rigore examinis sub Studio Bononiensi in iure canonico

licentiatus, quatinus cum ecclesia parrochiali sancti Cosmatis Portugalensis diocesis, quam possidet, aliud beneficium ecclesiasticum compatibile, si sibi canonice conferatur, etiam si dignitas, personatus vel officium in metropolitañ, cathedralibus vel collegiatis curata et electiva, maior post pontificalem et principalis ecclesiis existat, licite recipere et quoad vixerit libere retinere illaque ex causa permutationis vel alias simul vel successive dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel similia, dissimile vel dissimilia, recipere valeat, dignemini misericorditer dispensare de gratia vestra speciali. Non obstañ iure quod in decanatu ecclesie Portugalensis, qui dignitas maior post pontificalem in eadem ecclesia esse dinoscitur, sibi competit, ad quam electus et confirmatus fuit, sed eius possessionem recuperare non valeat, cuius fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, et prefata ecclesia, canonicatu et prebenda ac portione sine cura in ecclesia sancte Marie de Leirea Colimbriensis diocesis, quam obtinet, quorum fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur ad decennium. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Kalendas Februarii, anno quinto.

625

1422, Janeiro 30

O Infante D. João, filho de D. João I, rei de Portugal, pede a pluralidade de benefícios para o chantre da sua capela Martinho Ribeiro, já dispensado do impedimento de ilegitimidade e com a igreja paroquial de S. João de Gomil, da diocese de Braga, de que era reitor.

Reg. Suppl. 160, fl. 216-216v.

Beatissime Pater, dudum cum devoto oratore vestro Martino Rybeyro, rectore parrochialis ecclesie sancti Johannis de Gomil Bracharensis diocesis, super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ut, eo non obstante, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, cum cura vel sine cura, obtinere posset, apostolica auctoritate extitit dispensatum, vigore cuius dispensationis, ad subdiaconatus ordinem promotus, eamdem parrochialem ecclesiam extitit [fl. 216v] assecutus. Supplicat igitur S. V. humilis et fidelissimus servitor et orator S. V. [Johannes] (1), infans, devotissimi filii vestri Johannis, Portugalie et Algarbii regis, natus, quatinus, sibi in personam eiusdem Martini Ribeyro, capelle sue cantoris, specialem gratiam facientes, secum, ut, predicto defectu non obstante, quodcumque, quecumque, quotcumque et qualiacumque beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica, cum cura et sine cura, invicem compatibilia, etiam si parrochiales ecclesie, canonicatus et prebende, dignitates, personatus vel officia, etiam cum cura et sine cura, invicem compatibilia, etiam si parrochiales ecclesie, canonicatus et prebende, dignitates, personatus vel officia, etiam cum cura et sine cura, in metropolitañ et cathedralibus ac collegiatis et dignitates ipse in eisdem metropolitañ et cathedralibus maiores post pontificales ac collegiatis huiusmodi ecclesiis principales, etiam si curate et elective fuerint, si sibi alias canonice conferantur, vel assumatur

ad illa, libere recipere et licite retinere possit et valeat, illaque simul vel successive, totiens quotiens voluerit, simpliciter vel ex causa permutationis, aut alias dimittere et, loco dimissi vel dimissorum, aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica, invicem compatibilia, etiam libere recipere et licite retinere possit et valeat, gratiose dignemini misericorditer dispensare. Constitutionibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

Fiat ut petitur pro utroque. O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Kalendas Februarii, anno quinto.

(1) Cf. n.º 831, súplica do Infante D. João, a favor deste Martinho Ribeiro, seu capelão.

626

1422, Janeiro 30

Nova súplica de João Fernandes, completando pedido anterior e solicitando a expedição das respectivas letras apostólicas.

Reg. Suppl. 161, fl. 283v.

Reformatio Johannis Fernandi de Portal. super dispensatione de uberiori (1).

Beatissime [Pater] (2), cum littere apostolice pro devoto vestro Johanne suprascripto super dispensatione quoad defectum natalium, quem patitur de soluto genitus et soluta, super petitione, cuius copia prescribitur, cum clausula etiam si beneficium seu beneficia huiusmodi canonicatus et prebende in cathedralibus etiam metropolitañ ecclesiis fuerint, per cancellariam eiusdem S. nequeant expediri, supplicat igitur eidem S. humiliter dictus Johannes quatinus sibi litteras apostolicas super dicta petitione expediri mandare dignemini, cum non obstañ et clausulis in dicta petitione contentis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Kalendas Februarii, anno quinto.

(1) Palavras na margem esquerda do texto. Não sabemos se é clérigo português.

(2) No ms. sinal de erro, certamente a indicar a omissão da palavra *Pater*.

627

1422, Fevereiro 6

O Infante D. João, filho de D. João I, rei de Portugal, pede a pluralidade de benefícios para o chantre da sua capela Martinho Ribeiro, reitor da igreja de S. João de Gomil, da diocese de Braga.

Reg. Suppl. 160, fl. 99v-100.

Beatissime Pater, dudum cum devoto oratore vestro Martino Martini Rybeyro, rectore parrochialis ecclesie sancti Johannis de Gomil Bracharensis diocesis, super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ut, eo non obstante, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, cum cura vel sine cura, obtinere posset, auctoritate apostolica extitit dispensatum, vigore cuius dispensationis, ad subdiaconatus ordinem promotus, eamdem parrochialem ecclesiam extitit assecutus. Supplicat igitur S. V. humilis et fidelissimus servitor et orator eiusdem S. [Jhoannes] (1) infans, devotissimi filii vestri Johannis, Portugalie et Algarbii regis, natus, quatinus, sibi in personam eiusdem Martini Ribeyro, capelle sue cantoris, specialem gratiam facientes, secum ut, predicto defectu non obstante, quodcumque, quecumque, quotcumque et qualiacumque beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica, cum cura et sine cura, invicem compatibilia, etiam si parrochiales ecclesie, canonicatus et prebende, dignitates, personatus vel officia, etiam cum cura et sine cura, in metropolitañ et cathedralibus ac collegiatis et dignitates ipse in eisdem metropolitañ et cathedralibus maiores post pontificales ac collegiatis huiusmodi ecclesiis principales, etiam si curate et elective fuerint, si sibi alias canonice conferantur, vel assumatur ad illa, libere recipere et licite retinere possit et valeat, illaque simul vel successive, totiens quotiens voluerit, simpliciter vel ex causa permutationis aut alias dimittere et, loco dimissi vel dimissorum, aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia [fl. 100] beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica, invicem compatibilia, etiam libere recipere et licite retinere possit et valeat, gratiose dignemini misericorditer dispensare. Constitutionibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, octavo Idus Februarii, anno quinto.

---

(1) Cf. n.º 831, súplica do Infante D. João, a favor deste Martinho Ribeiro, seu capelão.

628

1422, Fevereiro 9

João Rodrigues do Casal, perpétuo porcionário da igreja colegiada de S. Pedro de Ferreira, da diocese do Porto, o qual estudara direito canónico durante dois anos, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede a pluralidade de benefícios.

Reg. Suppl. 160, fl. 40.

Beatissime Pater, supplicat S. V. humilis et devotus vester Johannes Roderici de Casal, perpetuus portionarius in seculari ecclesia sancti Petri de Ferreira, Portugalensis diocesis, cum quo dudum super defectu natalium, quem patitur de presbytero ordinis sancti Augustini expresso professo genitus et soluta, ut, eo non obstante defectu predicto, ad omnes sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, cum cura vel sine cura, obtinere possit, apostolica fuit auctoritate dispensatum, quatinus secum qui per duorum annorum spatium in iure canonico studuit, ut quatuor alia beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebenda, dignitas, personatus vel officium in

metropolitana, cathedrali vel collegiata ecclesiis fuerint, recipere et retinere, ac omnia beneficia huiusmodi simul vel successive, simpliciter aut ex causa permutationis, quotiens sibi placuerit, dimittere et, loco dimissi vel dimissorum, aliud vel alia simile vel dissimile, similia aut dissimilia recipere et retinere libere et licite valeat, dignemini misericorditer dispensare. Non obstañ perpetua portione quam, vigore dicte dispensationis, obtinet, ac parrochiali ecclesia sancti Felicis de Belinho Bracharensis diocesis, super qua credit se litigare in partibus, quam, vigore gratie expectative, per eamdem S. V. facte, acceptavit, in qua secum ad dictam ecclesiam tenendam dispensabatur, quorum fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, ac de canonicatu et prebenda ecclesie Elborensis, cuius fructus, etc., centum viginti necnon de scolastria ecclesie Portugalensis que (1) dignitas in eadem, non tamen maior post pontificalem existit (2), cuius fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium predictorum valorem annuum non excedunt, concessum est provideri. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, et cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quinto Idus Februarii, anno quinto.

(1) No ms. *qui*, com sinal de erro.
(2) No ms. *existat*, com sinal de erro.

629

1422, Fevereiro 9

Martinho de Abreu, nobre da diocese de Évora, ilegítimo, pede indulto para ingressar na Ordem militar de Cristo e aí ser promovido às dignidades, preceptorias, administrações e comendas da Ordem.

Reg. Suppl. 160, fl. 127v.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. devotus vester Martinus de Abreu, nobilis Elborensis diocesis, quatinus secum, qui defectum patitur natalium de soluto genitus et soluta, ut habitum et ordinem militie Jhesu Christi assumere et profiteri necnon quascumque dignitates, administrationes et preceptorias, etiam conventuales et electivas, eiusdem militie et ordinis, alias sibi canonice conferendas, seu ad quas ipsum eligi vel assumi contigerit, recipere et retinere illasque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, dimittere et, loco dimisse vel dimissarum, similes vel dissimiles preceptorias, dignitates, administrationes et officia similiter recipere et retinere libere et licite valeat, predicto defectu ac Pictavensis concilii et quibuscumque aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon stabilimentis militie et ordinis predictorum ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, dignemini misericorditer dispensare, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat, si non est scandalum. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quinto Idus Februarii, anno quinto.

630

1422, Fevereiro 11

Pedro Anes, clérigo da Guarda, pede a provisão da igreja paroquial de S. Miguel de Vila Franca, da diocese de Braga, que recebera em troca da vigararia da igreja paroquial de Santo Estêvão de Alenquer, porque entretanto não se fizera ordenar de sacerdote, como devia.

Reg. Suppl. 160, fl. 196v-197.

Beatissime Pater, dudum devotus vester Petrus Johannis, clericus Egitaniensis, perpetuam vicariam, quam tunc in ecclesia parrochiali sancti Stephani de Alenquer Ulixbonensis diocesis obtinebat, cum quodam Laurentio Roderici, rectore parrochialis ecclesie sancti Michaelis de Villa Francha Bracharensis diocesis, [fl. 197] pro eadem ecclesia sancti Michaelis de Villa Francha permutarunt *(sic)*, vigore cuius permutationis, dictus Petrus Johannis ipsius parrochialis ecclesie sancti Michaelis de Villa Francha possessionem pacificam fuit adeptus et assecutus et illam expost per annum et amplius pacifice possidens, se non fecit, impedimento cessante legitimo, ad sacerdotium promoveri. Supplicat igitur S. V. idem Petrus Johannis exponens quatinus, sibi et statui suo in premissis pie consulentes, omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam per eum, premissorum occaione, contractam, penitus abolentes, sibi de eadem ecclesia, cuius fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive per dictam permutationem et liberam dimissionem ac resignationem prefati Laurentii Roderici aut non promotionem huiusmodi, sive alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona, etiam si per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si specialiter vel generaliter reservata, affecta vel devoluta sedi apostolice aut litigiosa sit, dignemini misericorditer providere, cum non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 197v]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus sex, de utroque pro quarto, et habilitamus quintum, dum tamen fuerit promotus ante festum Ressurrectionis. O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Idus Februarii, anno quinto.

631

1422, Fevereiro 17

Renovação dos pedidos de dispensa do impedimento de ilegitimidade e de benefícios para Pedro Lourenço de Elvas, João Lourenço de Elvas e Gonçalo Lourenço de Elvas.

Reg. Suppl. 160, fl. 227v-228.

Reformatio Petri Laurentii de Elbis, Johannis Laurentii de Elbis et Gundisalvi Laurentii de Elbis super dispensationibus defectuum natalium (1).

Beatissime Pater, licet S. V. supplicationes dispensationum, quarum copie sunt prescripte, per *Fiat ut petitur pro omnibus tribus et dispensamus* gratiose signaverit, tamen timetur quod littere super illis conficiende ad canonicatus et prebendas ecclesiarum metropolitañ et cathedralium necnon dignitates etiam maiores post pontificales in eisdem metropolitañ seu cathedralibus [fl. 228] aut principales in collegiatis ecclesiis, prout inibi petitum est, per cancellariam S. eiusdem nequeant expediri. Supplicatur igitur S. V. pro parte Petri, Johannis et Gunsalvi prefatorum quatinus ipsis suprapetitas dispensationes concedere et litteras desuper conficiendas cum clausulis etiam si beneficia ipsa canonicatus et prebende in metropolitañ vel cathedralibus ac dignitates etiam maiores post pontificales in eisdem aut principales in collegiatis ecclesiis fuerint, et alias iuxta ipsarum petitionum tenorem, in eadem cancellaria expediri mandare dignemini de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat pro omnibus tribus, etiam ad canonicatus. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertiodecimo Kalendas Martii, anno quinto.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

632

1422, Fevereiro 17

Pedido de Martinho de Abreu, nobre da diocese de Évora, para ingressar na Ordem militar de Cristo, com habilitação a receber e trocar dignidades, administrações, preceptorias ou comendas da Ordem.

Reg. Suppl. 161, fl. 256.

Beatissime Pater, supplicat S. V. devotus vester Martinus (1) de Abreu, nobilis Elborensis diocesis, quatinus secum qui defectum natalium patitur de soluto genitus et soluta, ut habitum et ordinem militie Jhesu Christi assumere et profiteri, necnon quascumque dignitates, administrationes et preceptorias, etiam conventuales et electivas, eiusdem militie et ordinis, alias sibi canonice conferendas, seu ad quas ipsum eligi vel assumi contigerit, recipere et retinere illasque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, dimittere et loco dimisse vel dimissarum similes vel dissimiles preceptorias, dignitates, administrationes et officia similiter recipere et retinere libere et licite valeat, predicto defectu ac Pictavensis concilii et quibuscumque aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon statutis et stabilimentis militie et ordinis predictorum ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, dignemini misericorditer dispensare. Cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat, si sine scandalo. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertiodecimo Kalendas Martii, anno quinto.

(1) No ms. sinal de erro.

633

1422, Fevereiro 17

Afonso Vasques, escolar da diocese de Lisboa, pede a pluralidade de benefícios e dispensa do impedimento de ilegitimidade.

Reg. Suppl. 162, fl. 9-9v.

Beatissime Pater, supplicat S. V. devotus vester Alfonsus Valasci, scolaris Ulixbonensis diocesis, quatinus secum, qui defectum natalium patitur de soluto genitus et soluta, ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri et quecumque, quotcumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebende, dignitates etiam maiores post pontificales seu principales, personatus, administrationes vel officia, similiter cum cura vel sine cura et etiam electiva in metropolitañ, aliis cathedralibus vel collegialibus ecclesiis fuerint, recipere illaque simul vel successive, simpliciter vel ex causa [fl. 9v] permutationis, dimittere et, loco dimissi vel dimissorum, aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiasticum vel ecclesiastica, quotiens sibi placuerit, recipere et retinere libere et licite valeat, predicto defectu ac Pictavensis concilii et aliis quibuscumque constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, dignemini misericorditer dispensare, et si secum ordinaria vel apostolica auctoritate dispensatum sit ipseque in clericum promotus ac beneficia aliqua assecutus sit, hoc in cancellaria S. V. plenius exprimetur. Non obstañ etiam gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda, et cum ceteris non obst. et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et dispensamus. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertiodecimo Kalendas Martii, anno quinto.

634

1422, Fevereiro 20

D. Frei André Dias, bispo de Cidade Rodrigo, pede a abadia de Santa Maria de Penhamaior da Ordem de Cister, porque nada recebia da sua diocese e havia vários anos que trabalhava na Cúria como professor de teologia e penitenciário menor, além das suas pregações.

Reg. Suppl. 160, fl. 216v-217. Publicada por SOUSA COSTA, OFM, A. D. DE, *Mestre André Dias de Escobar, figura ecuménica do século XV, Documentos*, n. 40.

Supplicat S. V. humilis et devota eiusdem S. creatura Andreas, episcopus Civitatensis (1), sacre theologie professor et minor penitentiarius, qui ex fructibus ecclesie sue nichil percipit nullumque habens beneficium, [fl. 217] etiam iam pluribus annis, prout V. S. notum est, legendo, predicando et officium penitentiarii (2) minoris fideliter exer-

cendo in Romana Curia servivit, et ne, Pater Sancte, in sua senectute, in opprobrium episcopalis dignitatis mendicare cogatur, sibi de alicuius subventionis auxilio providere dignemini, abbatiam sancte Marie de Pennamaiori ordinis Cisterciensis, vacantem per translationem Roderici (3), abbatis eiusdem monasterii sancte Marie de Carrazedo dicti ordinis Astoricensis diocesis, cuius fructus, etc., tam per sustentationem abbatis pro tempore existentis, quam monachorum ibidem in communi viventium, centum librarum Turonensium parvorum secundum taxationem decime communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si electiva et generaliter vel specialiter reservata vel devoluta existat, eidem A[ndree] episcopo in titulum seu commendam, donec et quousque dicte sue seu alterius ecclesie possessionem pacificam assequatur, per eum tenendam, regendam, gubernandam, cum omnibus iuribus, fructibus et pertinentiis suis providere dignemini, curam, regimem, administrationem illius sibi in spiritualibus plenarie committendo, ita quod ipse A[ndreas] episcopus de eiusdem monasterii fructibus et iuribus huiusmodi se intromittere et de illis disponere per se vel per alium et ordinare ac in suos usus convertere libere et licite valeat, sicuti veri eiusdem monasterii abbates, qui fuerunt pro tempore, de illis disponere vel ordinare potuerunt, gratia expectativa, quam idem episcopus habet, et quamdam pensionem centum florenorum auri de camera sibi super fructibus mense in monasterio Cellenove dicti ordinis sancti Benedicti Auriensis diocesis ac monasteria sancte Marie de Caritate ordinis Premonstratensis prefate Civitatensis diocesis et sancti Andree de Randufe, Bracharensis diocesis, ac prioratu sancti Michaelis alias sancte Marie de Soza ordinis sancti Benedicti Colimbriensis diocesis, quorum fructus, etc., quadringentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sibi per S. V. et auctoritate apostolica assignata *(sic)* et commendata *(sic)*, quorum omnium nullam possessionem habet, et quod ordinis sancti Benedicti professor existit, etiam constitutionibus apostolicis et statutis nequaquam obstantibus et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur ad beneplacitum sedis apostolice. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimo Kalendas Martii, anno quinto.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 107, nota 1 do n.º 623.

(2) No ms. *penitentiarie.*

(3) No ms. *Fernandi,* em vez de *Roderici,* que é o nome verdadeiro do abade em questão. Cf. Reg. Suppl. 161, fl. 57v. Docum. n.º 638.

635

1422, Fevereiro 27

João Martins, sacerdote, e Luís Gonçalves pedem ao papa admita a resignação e permuta que desejam fazer da perpétua porção na igreja de Santa Maria de Almacave de Lamego e da igreja paroquial de S. Pedro eremita do Pinheiro, da diocese de Lamego, pertencente a direito de padroado do mosteiro de S. Martinho de Mancelos.

Reg. Suppl. 161, fl. 289v-290.

Beatissime Pater, cum devoti vestri Johannes Martini, presbyter, perpetuam portionem in ecclesia sancte Marie de Almacave Lamecensis et Lodovicus Gunsalvi parrochialem ecclesiam sancti Petri Heremite dicti Pinheiro Lamecensis diocesis, quas obtinent, desiderantes illas ex certis rationabilibus causis invicem permutare, ex causa permutationis huiusmodi ex nunc in manibus S. V. sponte resignant, dignetur S. V. resignationes huiusmodi admittere et de parrochiali ecclesia, que de iure patronatus prioris et conventus monasterii sancti Martini de Mancellis ordinis sancti Augustini Bracharensis diocesis et patronorum dicte ecclesie, necnon Valasci Martini de Resende, laici dicte diocesis, quorum omnium, etc., predicto Velasco dempto et tamen requisito, ad id accedit assensus, existit, et cuius quadraginta quinque et Johanni de portione huiusmodi, cuius quadraginta librarum Turonensium parvorum fructus communi extimatione valorem annuum non excedunt, etiam si [fl. 290] specialiter vel generaliter reservati existant, Lodovico prefato misericorditer providere. Non obstañ quod Johannes perpetuam cappellaniam sancti Jacobi, cuius quinque, et Ludovicus mediam canoniam in ecclesia Lamecensi, cuius quindecim, librarum Turonensium similium fructus, etc., secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, obtineant, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de utroque in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Kalendas Martii, anno quinto.

636

1422, Março 2

João Rodrigues do Casal renova súplica anterior, pedindo também a expedição das respectivas letras apostólicas.

Reg. Suppl. 160, fl. 297v.

Reformatio super dispensatione de uberiori defectus natalium (1).

Beatissime Pater, licet [S. V] (2) supplicationem, cuius copia superius est inserta, pro devoto vestro Johanne Roderici de Casal per *Fiat* gratiose signaverit, tamen, obstantibus ordinationibus et regulis S. eiusdem, littere desuper conficiende ad huiusmodi alia beneficia, etiam si canonicatus et prebende in metropolitañ, cathedralibus ac dignitates in eisdem seu collegiatis ecclesiis fuerint, nequeunt expediri. Supplicatur igitur S. V. pro parte eiusdem Johannis quatinus sibi huiusmodi dispensationem concedere et litteras super eadem supplicatione conficiendas ad huiusmodi alia beneficia, etiam si canonicatus et prebende in metropolitañ vel cathedralibus ac dignitates in eisdem seu collegiatis ecclesiis fuerint, in cancellaria S. eiusdem, regulis et ordinationibus predictis ac aliis nequaquam obstantibus, expediri mandare dignemini de gratia speciali. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, sexto Nonas Martii, anno quinto.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

(2) No ms. sinal de erro, a indicar omissão de palavras.

637

1422, Março 4

Gomes Lourenço, cónego do Porto, renova súplica sobre o canonicato e prebenda do Porto, por terem ocorrido omissões na anterior.

Reg. Suppl. 161, fl. 20.

Beatissime Pater, alias S. V. devoto oratori vestro Gometio Laurentii, canonico Portugalensis ecclesie, acceptationem et provisionem per eum factas de canonicatu et prebenda dicte ecclesie Portugalensis ac sententiam (1) pro eo in Romana Curia latam confirmavit ac de novo de dictis canonicatu et prebenda providit. Verum, Pater Sancte, quia in dicta provisione fuit obmissum exprimere quod per quemdam Martinum Vellacii, assertum rectorem parrochialis ecclesie de Breteande Lamecensis diocesis, dicti canonicatus et prebenda occupabantur, dignetur igitur S. V. litteras apostolicas super dicta confirmatione et nova (2) provisione cum dicta expressione sive non obstantia quod dictus Martinus Vellacii dictos canonicatum et prebendam occupat in cancellaria sub prima data dicte nove provisionis misericorditer expediri mandare de gratia speciali, non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto Nonas Martii, anno quinto.

(1) No ms. *sententia*, com sinal de erro.
(2) No ms. *novam*, com sinal de erro.

638

1422, Março 4

D. Frei André Dias renova o pedido da abadia de Santa Maria de Penhamaior, da diocese de Lugo, por ter ocorrido um erro na indicação do abade do mosteiro que era Rodrigo e não Fernando.

Reg. Suppl. 161, fl. 57v. Publicada por SOUSA COSTA, OFM, *Mestre André Dias de Escobar, figura ecuménica do século XV, Documentos*, n. 41b.

Reformatio Andree, episcopi Civitatensis (1), super abbatia de Pennamaiori Cisterciensis ordinis Lucensis diocesis (2).

Beatissime Pater, cum in supplicatione, cuius copia superius describitur, erratum est in proprio nomine, videlicet ubi dicitur Fernandus debet esse Rodericus, et etiam timetur quod valor dicti monasterii sancte Marie de Pennamaiori non sit satis sufficienter expressus, cum, ut creditur, se extendat ad ducentarum quinquaginta librarum, dignetur igitur S. V. litteras, desuper in cancellaria expediendas, expediri mandare cum expresione dicti nominis Roderici et etiam maioris valoris, videlicet ducentarum quinquaginta librarum Turo-

nensium parvorum, cum non obstañ et clausulis oportunis, in suprascripta supplicatione expressis. — *Fiat et sub prima data. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto Nonas Martii, anno quinto.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 107, nota 1 do n.º 623.

(2) Palavras na margem esquerda do texto. Cf. n.º 634, nota 3.

639

1422, Março 6

Rodrigo Durando, religioso professo e prior claustral do mosteiro de Refojos da diocese de Tui e Ordem de Santo Agostinho, pede o priorado para si, devido a enfermidade do prior Gil Rodrigues.

Reg. Suppl. 161, fl. 97v-98.

Beatissime Pater, cum devotus vester frater Egidius Roderici, prior monasterii sancte Marie de Refoyos per priorem soliti gubernari, Romane ecclesie inmediate subiecti, ordinis sancti Augustini Tudensis diocesis, in octuagesimo sue etatis anno vel circiter constitutus, adeo huiusmodi sue etatis senio confractus ac viribus corporis non mediocriter exhaustus necnon preter alia senectutis incommoda morbo paralisis percussus existat sic quod huiusmodi prioratui preesse ac illius curam, regimen et administrationem debite exercere de cetero commode non valeret et propterea huiusmodi suo prioratui pure, simpliciter et libere in manibus V. S. renuntiare proponat seu etiam ex nunc actu renuntiet, supplicat S. V. devotus vester frater Rodericus Durandi, presbyter religiosus expresse professus ac prior claustralis dicti monasterii, quatinus renuntiationem huiusmodi admittentes, sibi de dicto prioratu qui conventualis curatus et electivus est cuiusque fructus, etc., centum et quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, cum illum per renuntiationem predictam vacare contigerit, etiam si actu premisso aut alio quovis modo vel ex alterius cuiuscumque facto vel persona aut per constitutionem *Execrabilis* vacet, et dispositioni sedis apostolice generaliter vel specialiter reservatus, affectus, devolutus vel litigiosus sit, eidem Roderico dignemini misericorditer providere. Non obstañ dicto officio [fl. 98] prioratus claustralis, cuius fructus, etc., ultra duplicem portionem unius canonici dicti monasterii non valent, etc., cui paratus est renuntiare, etc., quamprimum. Et cum omnibus aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, pridie Nonas Martii, anno quinto.

640-641

1422, Março 6

D. Garcia, bispo de Lamego, ao serviço de D. Duarte, regente do reino, sendo chamado frequentemente para os negócios do reino, pede licença de residir fora da cidade e diocese em tais circunstâncias. Pede também faculdade para visitar a diocese por outrem.

Reg. Suppl. 161, fl. 145.

Beatissime Pater, cum devota et humilis creatura vestra Garsias, episcopus Lamecensis (1), per illustrissimum principem dominum Eduardum, primogenitum serenissimi principis domini Johannis, regis Portugalie, et ipsius regni gubernacula gerentem, ad relationem et deliberationes peragendorum et expediendorum in dicto regno ipsius primogeniti vices aliquando in relatione et officio ac deliberationibus eidem episcopo delegando expresse vocatus et retentus extiterit, S. V. pro parte dicti episcopi humiliter suplicatur quatinus, sibi extra suam civitatem et diocesim in dicto officio et relatione ac in exequiis et servitiis dictorum regis et primogeniti in dicta relatione ac deliberationibus dicti regni in nomine regentis, ut premittitur, insistendo, residendo, licentiam concedere dignemini de gratia speciali, iuribus, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

641. Item supplicat S. V. humiliter et devote dictus episcopus ut ne propterea in suis civitate et diocesi officium visitationis et correctionis quod summe necessarium existit, depereat vel negligatur, in detrimentum animarum cleri et alicui (2) populi sibi commissi, quatinus sibi ut ipse, quamdiu prefatis in dicta relatione, obsequiis et servitiis institerit, per alium vel alios ydoneum vel ydoneos ecclesiasticos, quem vel quos ad hoc singulis annis duxerit deputandum vel deputandos, ecclesias (3), monasteria et alia loca ecclesiastica secularia et regularia suarum civitatis et diocesis Lameceñ eorumque personas etiam duo, quatuor aut plurima (4) eadem die visitare et corrigere ac a quolibet eorum integram procurationem seu procurationes in pecunia numerata ac (5) singula singulis diebus visitarentur, iuxta tamen constitutiones recipere valeat, licentiam concedere dignemini de gratia speciali, constitutionibus et ordinationibus apostolicis, presertim dominorum Benedicti xii, Gregorii decimi, Innocentii quarti et aliorum Romanorum Pontificum et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

Fiat ut petitur de utroque. O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, pridie Nonas Martii, anno quinto.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 473.
(2) No ms. sinal de erro.
(3) No ms. *ecclesiarum.*
(4) No ms. *pluri,* com sinal de erro.
(5) No ms. sinal de erro.

642

1422, Março 6

João Martins, sacerdote, e Luís Gonçalves pedem ao papa aceite a resignação da perpétua porção da igreja de Santa Maria de Almacave de Lamego e da igreja paroquial de S. Pedro eremita do Pinheiro, pertencente ao direito de padroado do mosteiro de S. Martinho de Mancelos da diocese de Braga.

Reg. Suppl. 161, fl. 158v.

Beatissime Pater, cum devoti vestri Johannes Martini, presbyter, perpetuam portionem in ecclesia sancte Marie de Almacave Lamecensis, et Ludovicus Gunsalvi parrochialem ecclesiam sancti Petri Heremite domini Pinhe[ir]o Lamecensis diocesis, quas obtinent, desiderantes illas ex certis rationabilibus causis invicem permutare, ex causa permutationis huiusmodi ex nunc in manibus S. V. sponte resignent, dignetur S. V. resignationes huiusmodi admittere et de parrochiali ecclesia, que de iure patronatus prioris et conventus monasterii sancti Martini de Mancellis ordinis sancti Augustini Bracharensis diocesis et parrochianorum dicte ecclesie necnon Valasci Martini de Resende, laici dicte diocesis, quorum omnium, etc., preterquam dicti Valasci Martini et tamen requisiti ad id accedit assensus, existit, et cuius quadraginta quinque Johanni et de portione huiusmodi, cuius quadraginta librarum Turonensium parvorum, fructus, etc., communi extimatione valorem annuum non excedunt, etiam si generaliter vel specialiter reservati existant, Ludovico prefato, non obstañ consensu dicti Valasci, misericorditer providere. Non obstañ quod Johannes perpetuam cappellaniam sancti Jacobi, cuius quadraginta, et Ludovicus mediam canoniam in ecclesia Lamecensi, cuius quadraginta librarum Turonensium similium fructus, etc., secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, obtineant, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro utroque. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, pridie Nonas Martii, anno quinto.

643

1422, Março 10

Estêvão Salvador, sacerdote da diocese da Guarda, capelão da capela da albergaria de S. Pedro e S. Paulo e Santo Elígio ou Elói e S. Clemente, fundada pelo bispo de Lisboa D. Domingos Jardo, pede ao papa determinações, em defesa de seus direitos.

Reg. Suppl. 161, fl. 195v-196.

Beatissime Pater, cum dudum bone memorie Dominicus Jardo, olim episcopus Ulixbonensis (1), ad honorem Dei et sanctorum Petri et Pauli Apostolorum ac sanctorum Eligii et Clementis in civitate Ulixbonensi quoddam hospitale instituerit et fundaverit ac in eodem quamdam capellam ad honorem dictorum sanctorum construxerit et edificaverit et illam de bonis a Deo sibi collatis dotaverit ac voluerit et ordinaverit quod in eodem hospitali perpetuo essent decem cappellanie nuncupate pro anima sua et parentum suorum defunctorum deservite per decem capellanos, quibus et eorum cuilibet ratione dictarum capellaniarum victum et vestitum debito et honesto modo per prepositum sive provisorem seu administratorem dicti hospitalis pro tempore existentem et per ipsos cappellanos et nonnullos alios, quotiens locus vacationis occurrit, eligendum tribueretur et ministraretur et alia fecerit, prout in testamento seu fundatione huiusmodi dicti episcopi fundatoris continetur, et tandem quidam Gundissalvus Martini, eiusdem hospitalis provisor seu administrator, pro tunc existens, ad unam ex dictis decem capellaniis, tunc vacantem, devotum oratorem vestrum Stephanum Salvatoris, presbyterum Egitaniensis dio-

cesis, rite iuxta voluntatem dicti fundatoris admisit et recepit et in cappellanum eiusdem ac sibi alimenta, sicut decebat, ministravit, qui quidem Stephanus ibidem aliquandiu canonice deservivit [fl. 196] et pacifice eamdem capellaniam possedit, quandiu idem Gundissalvus administrator vixit, post cuius Gundissalvi obitum successit ei quidam Gundissalvus Gutterrii in administratorem dicti hospitalis qui ex causis confictis falsis et mendosis animum suum moventibus et per indignationem dictum Stephanum, quamvis de iure facere non debuisset (2), dicta cappellania sua de facto et indebite expoliavit ac victum et vestitum huiusmodi sibi ministrare neglexit et ipsum ab eisdem totaliter privavit et, quod deterius est, ipsum Stephanum in carceribus archiepiscopi Ulixbonensis per suam suggestionem et malitiam, asserens, licet falso, ipsum Stephanum in camera conservationis rerum et ornamentorum dicti hospitalis quoddam furtum commisisse, mancipari procuravit ac in eisdem carceribus quousque iuri suo in eadem capellania competenti renuntiaret, prout de facto renuntiavit, detineri fecit. Cum autem, Pater Sancte, huiusmodi renuntiatio per dictum Stephanum incarceratum facta minime valere, quinymmo ad pristinam possessionem restitui debeat, supplicat igitur S. V. humiliter et devote dictus Stephanus quatinus nomen et cognomen illius, per cuius obitum dicta cappellania ultimo vacavit, presentibus pro expressis et supradictas receptionem et admissionem per prefatum quondam Gundissalvum Martini, ut premittitur, factas ratas et gratas habentes, eas ex certa scientia auctoritate apostolica confirmare pariter et approbare ac eumdem Stephanum ad pristinam suam possessionem, in qua erat tempore huiusmodi spoliationis, reintegrare et restituere et nichilominus de ipsa cappellania, cuius fructus, etc., importatis nichil, residendo vero ultra victum et vestitum, ut dictum est, non valet, sive ut premittitur, sive alias quovis modo et per quamcumque personam vacet, aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta et generaliter vel specialiter dispositioni apostolice reservata, affecta seu litigiosa existat, eidem Stephano de novo misericorditer providere dignemini, dicta renuntiatione ac statutis, consuetudinibus et solempnitatibus dicti hospitalis ac omnibus aliis in contrarium facientibus non obstantibus ac quadam gratia expectativa, in cancellaria declaranda, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de nova provisione. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, sexto Idus Martii, anno quinto.

---

(1) D. Domingos Jardo, bispo de Évora, postulado bispo de Lisboa, foi nomeado por Nicolau IV em Outubro de 1289. Morreu a 16 de Dezembro de 1293. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 506.

(2) No ms. *a*, com sinal de erro.

644-645

1422, Março 16

D. Pedro, bispo de Évora, e sua irmã Dona Constança, sobrinhos de D. João I, rei de Portugal, pedem a plena remissão dos seus pecados.

Reg. Suppl. 161, fl. 234-234v.

Supplicat S. V. devota creatura vestra Petrus, episcopus Elborensis (1), ex utroque parente sive latere de regali prosapia genitus ac serenissimi principis Johannis moderni regis Portugalie nepos, quatinus sibi ut confessor suus, quem duxerit eligendum, sibi semel in vita et semel in mortis articulo plenam remissionem omnium peccatorum suorum auctoritate apostolica concedere valeat dignemini misericorditer indulgere.

645. Item supplicat S. V. humilima et devotissima eiusdem S. et sancte Romane ecclesie filia Constantia, prefati episcopi soror, que etiam ex utroque latere sive parente de regali prosapia originem traxit et dicti regis neptis existit, quatinus sibi de specialis dono gratie indulgere dignemini ut confessor eius, quem ipsa similiter duxerit eligendum, etiam sibi semel in vita et semel in mortis articulo plenam remissionem omnium peccatorum suorum auctoritate apostolica [fl. 234v] concedere possit, cum clausulis oportunis.

Fiat ut petitur pro utroque. O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimo septimo Kalendas Aprilis anno quinto.

(1) Cf. nota 1 do n.º 439.

646

1422, Março 16

Rodrigo Durando, prior claustral do mosteiro de Santa Maria de Refojos da Ordem de Santo Agostinho e da diocese de Tui, eleito prior conventual do mesmo por morte de Gil Rodrigues, pede a confirmação da dita eleição.

Reg. Suppl. 161, fl. 249v-250.

Beatissime Pater. Nuper vacante prioratu seu monasterio sancte Marie de Refoyos Romane Ecclesie immediate subiecto, ordinis sancti Augustini Tudensis diocesis, per obitum quondam Egidii Roderici, extra Romanam Curiam defuncti, devoti oratores vestri conventus prioratus seu monasterii eiusdem ad electionem futuri prioris procedentes, devotum vestrum Rodericum Durandi, priorem claustralem dicti monasterii, ordinem ipsum expresse professum et in sacerdotio constitutum, in eorum et ipsius prioratus sive monasterii priorem concorditer elegerunt. Quare supplicatur S. V. pro parte dicti Roderici quatinus electionem huiusmodi ratam et gratam habentes illamque auctoritate apostolica confirmantes, sibi de eodem prioratu, qui conventualis, curatus et electivus existit et cuius fructus, etc., videlicet mense prioralis eiusdem centum quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, et dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservatus vel devolutus aut litigiosus sit, seu de persona ipsius Roderici (1) dicto monasterio per priorem soliti gubernari, cum modis vacandi et clausulis ac fructibus, etc., ut supra,

dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod prioratum claustralem prioratus seu monasterii huiusmodi obtineat, cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat* [fl. 250] *ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimo septimo Kalendas Aprilis, anno quinto.

---

(1) No ms. *Roderi*, com sinal de erro.

647

1422, Março 20

Antão Gonçalves, familiar do papa, cónego de Lisboa, pede indulto de receber os proventos dos benefícios sem obrigação da residência pessoal nos mesmos.

Reg. Suppl. 161, fl. 275v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Antonius Gunsalvi, eiusdem Sanctitatis continuus commensalis familiaris, canonicus Ulixbonensis, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, ut fructus beneficiorum suorum, obtentorum vel in futurum obtinendorum, etiam si canonicatus et prebenda, dignitas, personatus vel officium aut beneficium, cum cura vel sine cura, vel beneficia quecumque, per ipsum habita et habenda, etiam si alterum ipsorum curatum aut in collegiatis vel cathedralibus seu metropolitañ ecclesiis fuerint et existant, in servitio V. S. aut in aliquo Studio generali (1) residendo vel studendo ac in Romana Curia existendo, residentiam faciendo, percipere valeat, cum ea integritate, cum qua illos percipere posset, si in eis personaliter residisset et interesset et quod ad residentiam huiusmodi faciendam per Ordinarium seu Ordinarios loci, in quo seu quibus huiusmodi beneficium seu beneficia fuerint, minime compelli seu coartari valeat ratione dictorum beneficiorum, sed fructus, redditus et proventus beneficii et beneficiorum suorum habitorum et habendorum, recipere valeat ac si in eisdem personaliter residentiam fecisset, de vestra gratia speciali concedere dignemini, cum dicto Antonio, si et in quantum indigeat, misericorditer dispensantes, provincialibus, synodalibus, apostolicis constitutionibus, consuetudinibus, ordinationibus et statutis de prima residentia facienda et aliis ordinationibus, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, signantes, Pater Sancte, per *Fiat ut petitur et dispensamus*, de vestra gratia speciali. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertiodecimo Kalendas Aprilis, anno quinto.

---

(1) No ms. seguiam-se as seguintes palavras, que foram riscadas: *vel particulariter.* Na margem direita do texto, a seguinte anotação: *sic cassum in originali.*

648

1422, Março 20

O espanhol Pedro Fernandes, secretário do rei de Castela, pede ao papa providências quanto a benefícios, entre os quais se contam o canonicato e prebenda de Toledo, vacantes por morte de Afonso Martins, conhecido pelo nome de deão de Braga.

Reg. Suppl. 161, fl. 295v-296.

Beatissime Pater, nuper devotus orator vester Petrus Fernandi, archidiaconus de Maiorito in ecclesia Toletana, vestre camere apostolice clericus et serenissimi domini regis Castelle secretarius et Sancius de Roias, abbas de Salis in ecclesia Burgensi, V. S. cubicularius, quosdam canonicatum et prebendam dicte ecclesie Toletane per obitum quondam Alfonsi Martini, decani Bracarensis vulgariter nuncupati, extra Romanam Curiam defuncti, vacantes, quarumdam gratiarum apostolicarum expectativarum per eamdem S. V. sub data Constantie, septimo Kalendas Februarii, pontificatus vestri anno primo, utrique eorum factarum, et processuum super eis habitorum vigore, in discordia acceptarunt et eorum uterque acceptavit sibique de eis per suum et dicte gratie sue subexecutorem certo modo obtinuit provideri, ortaque postmodum inter eosdem P[etrum] et S[ancium] de et super canonicatu et prebenda predictis et eorum occasione coram venerabili viro domino Johanne de Cervantes, archidiacono Ispalensi, iudice auctoritate vestra apostolica in Romana Curia specialiter deputato, questionis materia, tandem canonicatus et prebenda predicti dicto S[ancio] sententialiter adiudicati fuerunt, dictoque P[etro] in et super eisdem canonicatu et prebenda silentium perpetuum extitit impositum, etc., prout in eadem sententia que, nulla appellatione suspensa, in rem transivit iudicatam, quamque presentibus habere dignemini pro sufficienter expressa, latius continetur, cumque, Pater Beatissime, idem P[etrus] timeat prefatam eius gratiam, acceptationis et provisionis huiusmodi per eum, ut premittitur, facte et obtente occasione, posse in futurum de consumptione redargui aut eius effectus aliqualiter perturbari, supplicat S. V. idem Petrus quatinus gratiam predictam, prout facta et concessa sibi per eamdem S. V. existit, si et in quantum indigeat, ad tutiorem cautelam illesam [fl. 296] reservantes, ut gratia eadem a data ipsius et processus, per eam habiti, in omnibus et per omnia salva ad alios canonicatum et prebendam in dicta ecclesia vacantes vel vacaturos acceptandos, assequendos et sibi de eis provideri faciend. remaneant perinde ac si idem P[etrus] acceptationem predictam minime umquam fecisset aut in prosecutionem eius aliquatenus processisset, clementer et gratiose concedere dignemini. Non obstañ si etiam dicti canonicatus et prebenda, per eumdem P[etrum] ut premittitur acceptati, sibi forsan de iure debiti fuerint, supplentes in hoc et circa hoc omnem defectum iuris et facti aut omissi aut non debito modo allegati ac extensione dicte gratie certo modo eidem P[etro] per eamdem S. vestram concessa, prout in litteris apostolicis inde confectis, quas et earum tenores hic habere dignemini pro sufficienter expressis, continetur, necnon archidiaconatu de Maiorito, qui dignitas curata in eadem Toletana ecclesia existit, non tamen maior post pontificalem, ac canonicatu et prebenda ecclesie Abulensis et prestimoniis et prestimonialibus portionibus et simplicibus beneficiis in Toletana et Abulensi ecclesiis, civitatibus et diocesibus, quorum nomina et cognomina hic habere dignemini pro sufficienter expressis, ac

beneficio curato ecclesie beate Marie de Val de Moro Toletane diocesis, que obtinet, super quo beneficio curato simul cum dicto archidiaconatu incompatibili retinendo dudum S. V. cum eodem P[etro] ad septennium, prout in litteris apostolicis inde confectis latius continetur, misericorditer dispensavit, quorum omnium fructus, etc., mille florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ceterisque omnibus in contrarium editis et facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertiodecimo Kalendas Aprilis, anno quinto.

649-650

1422, Março 20

Novas súplicas de Pedro Anes, cónego e chantre de Viseu, doutor em decretos, e de Luís Gonçalves, sobre a expedição das letras apostólicas de pedidos anteriores.

Reg. Suppl. 162, fl. 25v-26.

Beatissime Pater, cum in supplicatione per S. V. pro devoto vestro Petro Johannis, cantore ecclesie Visensis, decretorum doctore, ad duo incompatibilia retinenda signata, propter inadvertentiam illam formantis, omissum sit exprimi quod dicta cantoria sit dignitas, dignetur igitur eadem S. V. litteras super dicta cantoria conficiendas cum expressione quod dicta cantoria est dignitas, etiam si curata et electiva existat, et ad duo quecumque, expediri mandare, cum clausulis oportunis. — *Fiat.* O.

650. Item, Beatissime Pater, cum in supplicatione per S. V. super fructibus in absentia percipiendis pro devoto Ludovico Gundisalvi signata solum per signaturam eiusdem S. quinquennium sit concessum, dignetur eadem S. V. litteras superinde conficiendas ad decennium expediri mandare, cum clausulis oportunis. — *Fiat.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertiodecimo Kalendas Aprilis, anno quinto.

651

1422, Março 20

João Esteves, clérigo da diocese de Tui, escolar de direito canónico, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede a pluralidade de benefícios.

Reg. Suppl. 162, fl. 29v-30.

Supplicat S. V. devotus orator vester Johannes Stephani, clericus Tudensis diocesis, in iure canonico scolaris, cum quo alias ut, non obstante defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium

ecclesiasticum etiam si curam haberet animarum, obtinere posset, fuit auctoritate apostolica dispensatum, cuius dispensationis vigore, ad omnes sacros ordines extitit promotus et parrochialem ecclesiam sancti Michaelis de Fontoura dicte Tudensis diocesis, cui cura imminet animarum, pacifice assecutus fuit, quatinus duo, tria, quatuor vel plura beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus, administrationes vel officia in metropolitañ, cathedralibus vel collegiatis ecclesiis existant, et ad ea vel ad eas qui consueverint per electionem assumi, si sibi alias canonice conferantur, vel assumatur ad ea et illa seu eorum alterum, totiens quotiens sibi placuerit, simpliciter vel ex causa permutationis, dimittere et, loco dimissi vel dimissorum, aliud vel alia simile vel dissimile, similia vel dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiastica recipere et retinere libere et licite possit, de uberiori dono gratie secum misericorditer dispensare dignemini, sibique de gratia speciali concedentes quod deinceps in gratiis, per ipsum aut pro eo a sede apostolica vel quibusvis aliis personis impetrandis, nullam de defectu ac dispensatione huiusmodi teneatur facere mentionem, defectu predicto necnon dicta parrochiali ecclesia, cuius fructus, etc., sexaginta florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertiodecimo Kalendas Aprilis, anno quinto.

652

1422, Março 27

João Rodrigues do Casal, perpétuo porcionário na igreja colegiada de S. Pedro de Ferreira da diocese do Porto, dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede a expedição das letras apostólicas sobre súplica anterior.

Reg. Suppl. 162, fl. 128v-129.

Beatissime Pater, nuper S. V. cum devoto vestro Johanne Roderici de Casal, perpetuo portionario (1) in seculari ecclesia sancti Petri de Ferreira Portugalensis diocesis super defectu natalium, quem patitur de presbytero ordinis sancti Augustini expresse professo genitus et soluta, ut, eo non obstante, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, cum cura vel sine cura, obtinere possit, apostolica fuit auctoritate dispensatum, primo, deinde, eadem auctoritate, cum eodem ut, dicto defectu non obstante, quatuor beneficia ecclesiastica ad invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebende ac dignitates, personatus, administrationes vel officia, etiam in cathedralibus et metropolitañ ecclesiis, existerent, similiter fuit dispensatum, prout (2) in supplicationibus super hoc signatis latius continetur. Verum, Beatissime Pater, cum, obstantibus cancellarie V. S. constitutionibus, huiusmodi dispensatio ad canonicatus et prebendas cathedralium et metropolitañ ecclesiarum, cum permutandi facultate, ut petitur, littere apostolice expediri nequeunt, dignetur igitur S. V. huiusmodi litteras cum expressione dicte clausule et aliorum in prima supplicatione petitorum sub prima data expediri mandare, cum non

obstañ in ipsa expressis et clausulis oportunis, dictis constitutionibus et clausulis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque. — *Fiat pro utroque, non tamen ad ecclesias insignes. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, sexto Kalendas Aprilis, anno quinto.

(1) No ms. *perpetuus portionarius*, com sinal de erro.
(2) No ms. segue-se a palavra *latius*, mas com sinal de erro.

653

1422, Março-Abril

D. Frei André Dias, bispo de Cidade Rodrigo, pede a modificação de letras anteriores, de forma a ter maiores facilidades na obtenção dos benefícios.

Reg. Suppl. 162, fl. 213-214. Publicada por SOUSA COSTA, OFM., A. D. DE, *Mestre André Dias de Escobar, figura ecuménica do século XV, Documentos*, n. 42.

Beatissime Pater, alias S. V. per suas litteras sub data vii.° Kalendas Februarii, pontificatus sui anno primo, devote creature vestre Andree, episcopo Civitatensi, sacre theologie magistro, ordinis sancti Benedicti, eiusdem Sanctitatis penitentiario minori (1), qui tunc possessionem regiminis et administrationis ecclesie sue Civitatensis vel alicuius alterius beneficii ecclesiastici non habebat, prout nunc non habet, nec aliunde sibi unde congrue sustentari valeret, respondebant facultates, pro huiusmodi sustentatione de alicuius subventionis auxilio providere volens, ei unum vel duo beneficia ecclesiastica, etiam si ipsorum alterum cum cura aut dignitas, personatus vel officium, etiam curatum et electivum in metropolitañ vel collegiata ecclesia foret, dummodo aliquod beneficiorum huiusmodi parrochialis ecclesia non existeret, cuius seu quorum fructus, etc., centum quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum taxationem decime valorem annuum non excedunt, vacans vel vacantia aut vacaturum seu vacatura ad certas collationes, etc., tunc expressas, communiter vel divisim pertinens seu pertinentia, donec huiusmodi possessione uti et gaudere valeret, gratiose mandavit commendari. Verum, Pater Sancte, prefatus episcopus huiusmodi gratie, presertim quoad dignitatem, etc., huiusmodi, [fl. 213v] propter pluralitatem nobilium qui in partibus illis ab eadem S. similes gratias expectativas obtinuerunt, attentis etiam plerisque aliis causis legitimis, effectum consequi non valet, necnon beneficia partium illarum alia a parrochialibus ecclesiis adeo in suis fructibus et redditibus exilia existant quod ipse episcopus vix aliqua duo ex illis assequendo summam attingere non posset antedictam. Quare supplicat eidem S. dictus episcopus quatinus, ad ipsum paternum convertentes intuitum, litteras predictas quoad dignitates, etc., huiusmodi cassando et revocando, illas ad tot beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, etiam si due parrochiales ecclesie aut alias incompatibilia aut prestimonia, prestimoniales portiones seu simplicia beneficia vel servitoria fuerint, per cessum vel decessum unius vel plurium canonicorum dictarum ecclesiarum aut aliorum quorumcumque etiam non canonicorum, eadem obtinentium, quod eorum fructus, etc., secun-

dum taxationem huiusmodi decime sexingentarum librarum valorem annuum Turonensium parvorum non ascendant, extendere dignemini ad prefatas necnon omnium et singulorum collatorum et collatricum dictarum diocesum collationes, ita quod prefatus episcopus, tam predictarum quam super huiusmodi petitione conficiendarum litterarum vigore, tot de beneficiis eisdem acceptare usque ad dictam summam valeat ac illa sibi, iuxta priorum litterarum continentiam, possit facere commendari usque ad possessionem pacificam alicuius cathedralis ecclesie, dictarum ecclesiarum statutis quod nullus possit prestimonia huiusmodi aut prestimoniales portiones habere, nisi sit canonicus alicuius dictarum ecclesiarum, aut quod in ecclesia Ispalensi seu diocesi nullus ultra unum beneficium sine cura possit habere et monasteriis sancte Marie de Caritate Premonstratensis ordinis Civitatensis diocesis et sancti Andree de Randufe Bracharensis diocesis ac prioratu sancte Marie alias sancti Michalis de Soza Colimbriensis diocesis ordinis sancti Benedicti, sibi auctoritate apostolica commendatis, quorum omnium fructus, [etc.], quingentarum librarum Turonensium parvorum valorem annuum non excedunt, et quadam pensione centum florenorum, sibi super fructibus monasterii Cellenove Auriensis diocesis, per S. V. assignata, quorum omnium nullam possessionem habet, et quod dicti ordinis sancti Benedicti professor existat et aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque ac cum omnibus non obstañ, in dictis litteris contentis, [fl. 214] et cum executoribus ac clausulis oportunis. — *Fiat quod loco dignitatum sint prestimonia et sub prima data.*

(1) Cf. nota 1 do n.º 107, nota 1 do n.º 623.

654

1422, Abril 13

Eduardo Peres de Meneses, escolar da diocese de Coimbra, filho de D. Pedro de Meneses, conde, capitão e governador da cidade de Ceuta, pede a dispensa do impedimento de ilegitimidade e a pluralidade de benefícios.

Reg. Suppl. 162, fl. 214-214v. Publicada em *Monumenta Henricina*, III, n. 22, pp. 37-39.

Beatissime Pater, supplicatur S. V. pro parte devoti vestri Edhuardi Petri de Meneses, scolaris Colimbriensis diocesis, nati nobilis viri domini Petri, comitis, capitanei, gubernatoris civitatis Cepte, quatinus secum ut, non obstante defectu natalium, quem patitur de dicto comite coniugato genitus et soluta, ad omnes etiam sacros ordines promoveri ac unum, duo, tria et plura beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica, cum cura et sine cura, invicem compatientia, necnon quecumque, quotcumque et qualiacumque beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica, cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus, administrationes et officia existant, etiam si ad dignitates vel beneficia huiusmodi consueverint qui per electionem assumi et in ecclesiis cathedralibus, metropolitañ, maiores post pontificales aut in collegiatis ecclesiis principales fuerint, et etiam elective ac etiam si dignitates episcopales vel archiepisco-

pales principales cathedralium ecclesiarum fuerint, si sibi alias canonice conferantur, aut eligatur vel assumatur ad illa, libere recipere et licite retinere valeat et possit, sibique de uberioris (1) dono gratie concedentes et misericorditer dispensantes quod si contingat ipsum Edhuardum aliquem ordinem regularem de militaribus ingredi seu intrare ac habitum recipere et professionem facere, ad omnes dignitates, honores, preceptorias, commendas, prioratus, preheminentias (2), bayllias, administrationes et officia cuiuscumque ordinis, cuius habitum forsan assumpserit seu receperit, etiam si preceptorie, commende, prioratus et dignitates principales ordinis seu ordinum predictorum elective fuerint, et ad eam vel ad eas consueverint qui per electionem assumi, si sibi alias canonice conferantur, vel assumatur ad illud, illas vel illa, libere recipere et licite retinere valeat, predicto defectu non obstante ac statutis et stabilimentis ecclesie vel ecclesiarum secularium et regularium ordinis seu ordinum, cuius seu quorum habitum forsan assumpserit, quo seu quibus cavetur quod nullus preceptoriam seu preceptorias, commendam seu commendas, aut aliquem honorem in ordine seu militia huiusmodi habere valeat, nisi in eodem ordine seu eisdem ordinibus primo per biennium professus fuerit, necnon etiam dicta beneficia, dignitates, abbatias, personatus, [fl. 214v] prioratus seu officia et dignitates principales et prioratus huiusmodi ex causa permutationis vel alias simpliciter libere dimittere et permutare et, loco dimissi vel dimissorum, alium, aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia seu similes vel dissimiles beneficium seu beneficia, dignitates, personatus, abbatias, prioratus, officia et dignitates principales, episcopatus, archiepiscopatus et prioratus principales, cuiuscumque ordinis existant, totiens quotiens sibi videbitur expedire, recipere et retinere ac etiam permutare valeat, dispensare dignemini gratiose, quibuscumque etiam aliis statutis, iuribus, ordinationibus, consuetudinibus tam apostolicis quam ecclesiarum seu monasteriorum et ordinum generalibus et specialibus et aliis in contrarium editis non obstantibus secumque de uberiori dono gratie concedentes et misericorditer dispensantes ut predicta beneficia, dignitates, personatus, episcopatus et archiepiscopatus libere recipere possit et valeat, non obstañ defectu etatis, quem patitur in octavo anno sue etatis constitutus, et aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque, signantes, Pater Sancte, per *Fiat ut petitur et dispensamus*, etiam ad dignitates principales predictas, de vestra gratia speciali. — *Fiat ut petitur et dispensamus.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Idus Aprilis, anno quinto.

---

(1) No ms. *uberiori*, com sinal de erro.

(2) No ms. vem repetida aqui a palavra *prioratus*, mas com sinal de erro.

655

1422, Abril 16

O cardeal de Santo Ângelo intercede junto do papa por Gonçalo Martins, cónego da colegiada de S. Martinho de Cedofeita, seu familiar, para lhe ser concedida a abadia da dita colegiada, apesar do defeito de idade.

Reg. Suppl. 162, fl. 98-98v.

Beatissime Pater, nuper S. V. devoto vestro Gundissalvo Martini, canonico ecclesie sancti Martini de Cedofeyta Portugalensis diocesis, familiari domini cardinalis sancti Angeli (1), de abbatia eiusdem ecclesie, que dignitas principalis curata et electiva in ea existit, tunc certo modo vacante, provideri mandavit, certis sibi super hoc executoribus deputatis, prout in litteris apostolicis desuper confectis plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, idem Gundissalvus tempore date dictarum litterarum defectum etatis pateretur et adhuc patiatur, ad huiusmodi [fl. 98v] abbatiam obtinendam, cum dicto tempore quasi in vicesimo secundo sue etatis huiusmodi anno constitutus dumtaxat existeret, in quo nunc existit, de quo in litteris ipsis nulla mentio habita est, nec cum eo dispensatum existat, supplicat igitur S. eidem supradictus cardinalis, ad cuius supplicationem supradictam provisionis gratia tamquam de beneficio per obitum familiaris sui vacante facta est, quatinus de ampliori gratia cum eodem Gundissalvo ut dictam abbatiam, cuius fructus, etc., cum distributionibus, trecentorum et sexaginta, sine distributionibus vero trecentorum scutorum auri de Francia secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, non obstañ dicte etatis defectu ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac aliis contrariis quibuscumque, perpetuo libere et licite possit retinere, dignemini misericorditer dispensare sibique concedere quod littere predicte et processus habiti per easdem et quecumque inde secuta perinde a data ipsorum valeant plenamque obtineant roboris firmitatem ac si in eis huiusmodi dispensatio expressa et apposita plene et per eas cum eodem Gundissalvo super hoc dispensatum fuisset vel quod littere predicte cum huiusmodi dispensatione iterum fiant et reficiantur sub prima data, cum non obstañ ibi expressis, ac quod idem Gundisalvus canonicatum et prebendam in dicta ecclesia obtinet valoris viginti quinque scutorum similium secundum eamdem extimationem, cum clausulis oportunis et sub prima data. — *Fiat ut petitur et dispensamus et sub prima data. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, sextodecimo Kalendas Maii, anno quinto (2).

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 535.

(2) Esta data foi riscada. Na margem direita do texto a seguinte anotação: *Correct. et dat. cass. de mandato domini notri.* P.

656

1422, Abril 17

Gil Afonso, perpétuo porcionário na igreja de Santa Maria de Faro da diocese de Silves, pede o canonicato e prebenda de Silves, depois da privação a fazer contra Martinho Afonso, cónego prebendário da dita sé.

Reg. Suppl. 162, fl. 233v-234.

Beatissime Pater, cum Martinus Gundissalvi, presbyter, canonicus prebendatus ecclesie Silvensis, excommunicationis quadam sententia innodatus, in contemptum clavium, divina celebraverit officia et alias se immiscuit, irregularitatem incurrendo, ac quoddam laicale homicidium manu propria perpetravit, ad obtinendum dictos canonicatum

et prebendam se reddidit indignum et effectus est inhabilis, supplicat eidem S. V. devotus vester Egidius Alfonsi, perpetuus portionarius in ecclesia beate Marie de Faron Silvensis diocesis, quatinus episcopo Silvensi vel alicui alteri probo viro in partibus committere dignemini et mandare ut se de premissis omnibus et singulis informet et quod, si premissa seu ipsorum aliqua, que ad privationem dicti Martini sufficiant, reperiat veritate fulciri, ipsum Martinum dictis canonicatu et prebenda privet (1) et eosdem canonicatum et prebendam, quorum fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per premissa, sive alio quovis modo, vel ex alterius cuiuscumque persona, seu per constitutionem *Execrabilis*, aut liberam resignationem dicti Martini vel alicuius alterius de ipsis canonicatu et prebenda sponte factam, vacent, aut generaliter vel specialiter reservati sint, etiam si tanto tempore vacaverint quod eorum collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta sit, eidem Egidio Alfonsi conferat et assignet ac etiam de illis provideat, non obstañ perpetua portione in ecclesia beate Marie predicta, quam obtinet, cuius fructus, etc., extimatione predicta quadraginta librarum similium communi extimatione valorem annuum non excedunt. Et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 236v]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus novem, pro quinto in forma iuris et septimum habilitamus. O. Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimo quinto Kalendas Maii, anno quinto.

(1) No ms. *privat*, com sinal de erro.

657

1422, Abril 20

Dona Constança, irmã de D. Pedro, bispo de Évora, e sobrinha de D. João I, rei de Portugal, pede dispensa do impedimento de parentesco para contrair matrimónio.

Reg. Suppl. 162, fl. 100.

Beatissime Pater, cum consanguinei (1) humilis et devote eiusdem S. et sancte Romane Ecclesie filie Constantie, ex utroque parente de regali prosapia, ut puta clare memorie Alfonso comite de Gionn, dure memorie (2) Henrici regis Castelle nato patre et Ysabella comitissa de Gionn, inclite memorie Fernandi Portugalie regis nata matre procreate, ac humilimi et devotissimi S. et Ecclesie predictarum filii Johannis, moderni regis Portugalie, neptis, eamdem Constantiam quam primum commode poterunt cum aliis personis nobilibus et potentibus iuxta status eius decentiam desiderent matrimonialiter copulari, supplicatur eidem S. pro parte consanguineorum eorumdem necnon devote creature vestre Petri episcopi Elborensis (3), ipsius Constantie germani, quatinus si tractatus intervenerit de matrimonio contrahendo inter prefatam Constantiam et aliquam aliam personam, sibi in tertio vel quarto consanguinitatis vel affinitatis gradibus coniunctam, Constantia et alia persona predicte pro bono pacis et concordie seu aliis quibusvis

rationabilibus de causis, invicem matrimonium contrahere et in illo, postquam contractum fuerit, perpetuo remanere, libere et licite valeant, impedimentis ex consanguinitate et affinitate huiusmodi provenientibus ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, duodecimo Kalendas Maii, anno quinto.

---

(1) No ms. *sanguinei*, com sinal de erro.
(2) No ms. *memore*.
(3) Cf. nota 1 do n.º 439.

658

1422, Abril 24

O abade D. Gomes e os monges do mosteiro de Santa Maria de Florença, pedem ao papa licença para venderem ou trocarem certo prédio e casas, com vistas à maior utilidade do mosteiro.

Reg. Suppl. 163, fl. 184v-185.

Beatissime Pater. Cum devoti oratores S. V. abbas et conventus monasterii sancte Marie Florentiñ ordinis sancti Benedicti quoddam podere sive predium cum domibus ruinosis, cum terris laborativis, cultis et incultis, in parrochia sancti Andree ad Rovezanum Florentine diocesis, infra suos confines positum e a flumine sepius et plurimum dampnificatum ipsique monasterio parum fructuosum nonnullisque civibus Florentinis satis accomodum, preterea cum predictum monasterium dudum duas domos in civitate Florentina, unam videlicet in sancti Petri maioris et aliam in sancti Proculi Florentiñ parrochiis sitas, que quidem domus de anno ab Incarnatione Domini nostri Ihesu Christi millesimo tricentesimo septuagesimo sexto de mense Februarii per certos officiales communitatis Florentine ad vendendum bona ecclesiastica deputatos pro pretio septingentorum et viginti quinque florenorum auri quibusdam civibus Florentinis vendite et ex tunc per ipsos cives detempte et occupate fuerunt, presenti vero anno de mense Decembris proxime preteriti monasterio et conventui prefatis restitute fuerunt hac conditione adiecta quod abbas et conventus sepedicti omne melioramentum per ipsos cives in ipsis domibus in reparationibus factum restituere teneantur, quia vero, Pater Beatissime, abbas et conventus sepedicti ad restituendum illud melioramentum in reparatione illarum patratum omnino sint impotentes ipsaque restitutio esset eis penitus inutilis ipsique cives loco illarum domorum alia bona immobilia eidem monasterio satis accomoda per modum excambii parati sint consignare, si prefate domus eis pro se suisque heredibus et successoribus remaneant et ad id apostolice sedis accedat assensus ipsaque permutatio cedere videatur in utilitatem evidentem dicti monasterii, pro parte abbatis et conventus huiusmodi eidem S. devote et humiliter supplicatur quatinus committere et mandare dignetur alicui probo viro in partibus illis, qui de premissis omnibus et singulis summarie, simpliciter et de plano se diligenter informet et, si per informationem huiusmodi reperiat permutationem poderis sive predii [fl. 185] et domorum predictarum, si fiant, in evidentem utilitatem monasterii cedere, abbati et conventui sepedictis permutationes prefatas ut prefertur faciendi

liberam auctoritate apostolica licentiam concedat de gratia speciali. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon statutis et consuetudinibus monasterii et ordinis predictorum ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de utroque, si in evidentem. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, octavo Kalendas Maii, anno quinto.

659

1422, Abril 27

Luís Gonçalves, reitor da igreja paroquial de S. Miguel de Lajeosa da diocese de Viseu, pede o canonicato e prebenda de Coimbra, de que João Anes se tornara indigno.

Reg. Suppl. 162, fl. 272v-273.

Beatissime Pater, cum quidam Johannes Johannis, canonicus ecclesie Colimbriensis, sue salutis immemor, quemdam laicum interfecerit, in anime sue periculum et [fl. 273] scandalum plurimorum, et propterea canonicatu et prebenda dicte ecclesie, quos obtinet, reddiderit se indignum, supplicat S. V. devotus vester Ludovicus Gunsalvi, rector parrochialis ecclesie sancti Michaelis de Lagiosa Visensis diocesis, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, alicui probo viro in Romana Curia vel extra committere et mandare ut de premissis summarie se informet et, si ita esse reppererit, eumdem Johannem dictis canonicatu et prebenda sententialiter privet et amoveat realiter ab eisdem, et nichilominus de dictis canonicatu et prebenda, quorum fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo, vel ex alterius cuiuscumque persona vacent, etiam si specialiter vel generaliter reservati aut devoluti ac litigiosi existant, etiam si lis inter aliquos in Romana Curia vel extra pendeat indecisa, cuius statum dignemini habere pro sufficienter expresso, eidem Ludovico dignemini misericorditer providere. Non obstañ dicta parrochiali ecclesia ac canonicatu et prebenda ecclesie Visensis, quos obtinet, et quorum omnium fructus, etc., centum triginta librarum Turonensium similium valorem annuum non excedunt, necnon gratia expectativa, in cancellaria V. S. exprimenda. Cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur in forma iuris. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quinto Kalendas Maii, anno quinto.

660

1422, Abril 29

Luís Gonçalves, cónego de Viseu e reitor da igreja de S. Miguel da Lajeosa da dita diocese, pede a expedição das letras apostólicas relativas a certa súplica anterior sem menção de quatro anos de estudo de direito canónico, por ser difícil provar esse tempo de estudo.

Reg. Suppl. 163, fl. 55.

Reformatio Ludovici Gundissalvi (1).

Beatissime Pater, cum in supplicatione, cuius copia premittitur, super duobus incompatibilibus retinendis pro devoto vestro Ludovico Gundissalvi, canonico Visensi ac rectore parrochialis ecclesie sancti Michaelis de Lajeosa Visensis diocesis, signata, contineatur inter cetera quod per quatuor annos iura canonica studuit, quod esset in Curia prescise *(sic)* quatuor annos difficile probare, et alias gratia huiusmodi per simplex *Fiat* signata (2) modicum tempus sibi concessa existat, dignetur igitur eadem S. litteras, absque expressione dictorum quatuor annorum, ad decem annos expediri mandare, presertim contemplatione tanti filii supplicantis et cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Kalendas Maii, anno quinto.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

(2) No ms. sinal de erro, a indicar omissão de palavra.

661

1422, Abril 29

Diogo Peres, clérigo da diocese de Silves, pede o canonicato e prebenda da dita sé, de que se tornara indigno Martinho Gonçalves, sacerdote e cónego prebendário de Silves.

Reg. Suppl. 163, fl. 163v-164.

Beatissime Pater, cum Martinus Gun[dissal]vi, presbyter, canonicus prebendatus ecclesie Silvensis, quadam excommunicationis sententia innodatus, in contemptum clavium divina celebraverit officia et alias se immiscuerit eisdem, irregularitatem incurrendo, ac quoddam laicale homicidium manu propria perpetraverit, ad obtinendum dictos canonicatum et prebendam se reddidit [fl. 164] indignum et effectus est inhabilis, supplicat eidem S. V. devotus vester Didacus Petri, clericus Silvensis diocesis, quatinus episcopo Silvensi vel alicui alteri prelato seu probo viro in partibus committere dignemini et mandare ut se de premissis omnibus et singulis informet et, si premissa seu ipsorum aliqua que ad privationem dicti Martini sufficiant, reperiat veritate fulciri, ipsum Martinum dictis canonicatu et prebenda privet et eosdem canonicatum et prebendam, quorum fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive propter premissa, sive alio quovis modo, vel ex alterius cuiuscumque [persona] (1), seu per constitutionem *Execrabilis*, aut liberam resignationem dicti Martini seu alicuius alterius de ipsis canonicatu et prebenda sponte factam vacent, aut generaliter vel specialiter reservati sint, etiam si tanto tempore vacaverint quod eorum collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta sit, eidem Didaco conferat et assignet ac etiam de illis provideat. Cum non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 165v]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus septem et pro quarto in forma iuris, dispensantes cum ultimo. O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Kalendas Maii, anno quinto.

(1) No ms. sinal de erro, a indicar a omissão da palavra *persona*.

662

1422, Maio 4

João Afonso, reitor da igreja paroquial de Paredes, da diocese de Lamego, eleito cónego de Coimbra pelo cabido, com o consentimento de D. Fernando, bispo da diocese, pede a confirmação de quanto fora estabelecido pelos mesmos.

Reg. Suppl. 163, fl. 137v-138.

Beatissime Pater, cum scolasticus, thesaurarius, canonici et capitulum ecclesie Columbriensis, attendentes commodum et utilitatem eiusdem ecclesie et ut divinus cultus in ea augeretur considerantesque quod si devotum S. V. Johannem Alfonsi, rectorem parrochialis ecclesie de Paredes Lamecensis diocesis, in novum canonicum dicte ecclesie Columbriensis reciperent, esset eidem ecclesie multipliciter fructuosus, eumdem Johannem, etiam de consensu reverendi patris domini Fernandi episcopi Columbriensis (1), in novum ecclesie Columbriensis predicte canonicum concorditer elegerunt et in eorumdem canonicum et in fratrem receperunt et admiserunt ac etiam novam prebendam pro eodem Johanne de bonis mense capitularis Columbriensis erexerunt et deputaverunt illamque sibi necnon stallum in choro et locum in capitulo cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, sicuti et uni ex aliis canonicis ipsius ecclesie assignarunt et deputaverunt ac illorum canonicorum numero aggregaverunt, ita tamen quod si aliquam aliam prebendam in dicta ecclesia vacare contigerit, illam eidem Johanni pertinere deberetur et aliam eidem mense, etiam ipso Johanne cedente vel decedente aut illam aliter quomodolibet dimittente, reverti deberet, statuerunt, prout in quodam instrumento publico desuper confecto plenius continetur, et deinde, eodem Johanne in possessione eorumdem canonicatus et prebende sibi collatorum existente, quedam alia prebenda per obitum quondam Antonii Martini, olim ipsius ecclesie Columbriensis canonici, extra Romanam Curiam defuncti, vacavit et vacat ad presens, supplicat igitur S. V. idem Johannes, cum quo alias ut, non obstante defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, quecumque, quotcumque (2) et qualiacumque beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, invicem compatibilia, etiam si dignitates, personatus vel officia, etc., ac canonicatus et prebende in cathedralibus vel collegiatis ecclesiis, etc., forent, retinere valeret illaque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, dimittere et loco (3) dimissi vel dimissorum, etc., posset, apostolica extitit auctoritate dispensatum, quatinus ordinationes et statuta predicta et alia omnia et singula, in dicto instrumento contenta, confirmare et approbare, supplentes omnes defectus, [fl. 138] si qui intervenerint in eisdem, et quod ipse Johannes eamdem novam prebendam, quam obtinet, perpetuo retinere et pro alio beneficio ecclesiastico iuxta dispensationem predictam permutare possit, concedere et aliam per obitum dicti Antonii vacantem, etiam si ad collationem S. V. pertineat, prefate mense unire, annectere et incorporare dictoque Johanni, si necesse fuerit, de dictis canonicatu et prebenda, quos possidet, quorum fructus, etc., viginti quatuor librarum Turonensium parvorum, quotidianis distributionibus exceptis, secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, etiam si dispositioni apostolice specialiter reservati aut in Romana Curia vel extra litigiosi, cuius statum, etc., existant, de novo providere dignemini, de gratia speciali, non obstañ quod dictam parrochialem ecclesiam,

cuius fructus, etc., octuaginta librarum similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, obtinet, et gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria S. V. exprimenda, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus dicte ecclesie Columbriensis, presertim de certo canonicorum numero, et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et committatur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto Nonas Maii, anno quinto.

(1) Cf. nota 2 do n.º 112.
(2) No ms. *quodcumque*, com sinal de erro.
(3) No ms. *locum*, com sinal de erro.

663

1422, Maio 6

Álvaro Gonçalves, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Lagos, da diocese de Silves, pede a confirmação do canonicato e prebenda da dita sé, de que fora privado Lourenço Martins.

Reg. Suppl. 163, fl. 156v-157v.

Beatissime Pater, nuper vacantibus canonicatu et prebenda ecclesie Silvensis per privationem Laurentii Martini, eiusdem ecclesie canonici, extra Romanam Curiam auctoritate ordinaria factam, devotus vester Alvarus Gundisalvi, rector parrochialis ecclesie beate Marie de Lagus Silvensis diocesis, eosdem canonicatum et prebendam predicta auctoritate sibi collatos extitit pacifice assecutus. Dubitat tamen idem A[lvarus] premissa pro eo viribus [fl. 157] non subsistere quod ipse, qui defectum natalium patitur de presbytero genitus et soluta, super quo dudum secum ut, eo non obstante, ad minores ordinaria primo, et deinde ut ad omnes etiam sacros ordines posset promoveri et tria beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, sibi invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebende in metropolitañ et cathedralibus ecclesiis, etc., fuerint, recipere et retinere valeret apostolica fuit auctoritatibus dispensatum, cuius dispensationis vigore, dictam parrochialem ecclesiam et mediam canoniam in eadem Silvensi, necnon quamdam perpetuam portionem in parrochiali beate Marie de Tavira dicte diocesis ecclesiis, tunc certis modis vacantes, canonice sibi collatas extitit assecutus, qua quidem media canonia per eum dimissa, eosdem canonicatum et prebendam, vacantes ut premittitur, extitit de facto assecutus, licet ex tenore dispensationis non potuit antedicte, fructus modicos exinde percipiendo, similiter de facto inhabilitatis et infamie maculam sive notam quoad dictos canonicatum et prebendam propterea incurrendo. Supplicat igitur eidem S. humiliter dictus A[lvarus] quatinus omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam, per eum occasione premissorum contractam, abolentes sibique de dictis canonicatu et prebenda, quorum fructus, etc., quadraginta florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alio quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona vacent, etiam si generaliter vel specialiter reservati, affecti vel devoluti sint et super eos inter aliquos lis, cuius statum presentibus haberi placeat pro expresso, in Romana Curia vel extra eam pendeat indecisa, dignemini de novo misericorditer

providere ac secum quod dictos canonicatum et prebendam, si sibi, vigore presentium, conferantur, recipere et retinere, necnon illas (1) parrochialem de Lagus et portionem predictas, simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens sibi placuerit, dimittere et, loco dimissi vel dimissorum, similia vel dissimilia beneficia ecclesiastica etiam retinere valeat, dignemini misericorditer dispensare. Non obstañ quod parrochialem ecclesiam de Lagus et portionem predictas, quorum fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium similium extimatione predicta valorem annuum [fl. 157v] non excedunt, obtinet, ac gratia expectativa, in cancellaria V. S. exprimenda, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 158v]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus et dispensamus cum secundo. O. Fiat.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, pridie Nonas Maii, anno quinto.

---

(1) No ms. *illos*, com sinal de erro.

664

1422, Maio 8

Álvaro Gonçalves, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Lagos, da diocese de Silves, dispensado do impedimento de ilegitimidade e com a provisão de vários benefícios, pede faculdade de receber e permutar quaisquer benefícios.

Reg. Suppl. 163, fl. 159v-160.

Supplicat S. V. devotus vester Alvarus Gunsalvi, rector parrochialis ecclesie beate Marie de Lagus Silvensis diocesis, cum quo dudum super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta ut, eo non obstante, ad minores ordines (1) primo, et deinde ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri et tria beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, sibi invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebende in metropolitañ vel cathedralibus ecclesiis, etc., fuerint, recipere et retinere valeret, apostolica fuit auctoritatibus dispensatum, cuius dispensationis vigore, ad omnes etiam sacros ordines rite promotus, necnon dictam parrochialem ecclesiam et mediam canoniam in Silvensi ac quamdam perpetuam portionem in parrochiali beate Marie de Tavira dicte diocesis et, dicta media canonia per eum dimissa, canonicatum et prebendam in eadem Silvensi ecclesiis, tunc certis modis vacantes, canonice sibi collatos, extitit assecutus, quatinus secum ut quotcumque, quecumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus et dignitates ipse in metropolitañ vel cathedralibus maiores post pontificales aut in collegiatis ecclesiis principales fuerint, si sibi canonice conferantur, vel assumatur ad illa, recipere et retinere illaque necnon parrochialem ecclesiam, canonicatum et prebendam et perpetuam portionem predictos, quos obtinet, simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens sibi placuerit, dimittere et, loco dimissi vel dimissorum, aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia [fl. 160] vel dissimilia beneficium seu beneficia, ecclesiasticum seu ecclesiastica, etiam reci-

pere et retinere valeat, dignemini misericorditer dispensare. Non obstantibus premissis ac gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria exprimenda, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, octavo Idus Maii, anno quinto.

(1) No ms. sinal de erro, certamente a indicar omissão de palavras.

665

1422, Maio 11

João Rodrigues renova súplica anterior sobre a abadia da colegiada de S. Martinho de Cedofeita e pede a expedição das letras apostólicas, apesar de certas omissões ocorridas na primeira.

Reg. Suppl. 163, fl. 152.

Reformatio Johannis Roderici super abbatia secularis et collegiate ecclesie sancti Martini de Cedofeita Portugalensis diocesis (1).

Beatissime Pater, cum in supplicatione, cuius copia prescribitur, per errorem et negligentiam formantis eamdem, de prefata abbatia, que revera electiva est, nulla prorsus mentio facta extitit quodque etiam in ipsa hec verba, quamquam superflue posita sunt, videlicet idemque Ludovicus in vim collationis et provisionis predictarum eamdem abbatiam, ut asseritur, extitit assecutus, quinymo ipse L[udovicus] illam nequaquam assecutus extitit, dignetur igitur S. V. litteras apostolicas super dicta supplicatione conficiendas cum expressione dicte dictionis, videlicet electiva et cum omissione dictorum verborum scilicet idem L[udovicus] in vim collationis et provisionis predictarum eamdem abbatiam, ut asseritur, extitit assecutus, perinde in cancellaria S. V. expediri mandare ac si in supplicatione ipsa de hac dictione electiva expressa et de dictis verbis idemque L[udovicus] in vim collationis et provisionis predictarum eamdem abbatiam, ut asseritur, extitit assecutus, nulla penitus mentio facta fuisset, premissis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Cum non obstañ et clausulis in ipsa supplicatione contentis et aliis oportunis et sub prima data. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quinto Idus Maii, anno quinto.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

666

1422, Maio 13

João Rodrigues, cónego da sé do Porto, pede providências quanto à expedição das letras apostólicas sobre benefícios incompatíveis e a colegiada de S. Martinho de Cedofeita.

Reg. Suppl. 163, fl. 212-212v.

Reformatio Johannis Roderici, canonici ecclesie Portugalensis, super dispensatione ad incompatibilia beneficia obtinenda (1).

Beatissime Pater, quia dubitatur ab aliquibus dispensationem pro devoto vestro Johanne Roderici in supplicatione, cuius copia supra scribitur, narrante in eadem supplicatione quod S. V. per *Fiat ut petitur* gratiose signaverit quoad vixerit petitam ad quinquennium expediri non posse, supplicatur S. V. pro parte eiusdem Johannis quatinus sibi inibi petitam dispensationem concedere et litteras desuper conficiendas ad huiusmodi quinquennium quoad inibi expressam abbatiam, cum ibidem nominato archidiaconatu seu alio quocumque incompatibili retinendam, cum licentia interim ipsorum alterum pro compatibili permutandi et alias, prout inibi petitum est, in cancellaria S. eiusdem expediri mandare dignemini, de gratia speciali, S. eiusdem voluntate et decreto, necnon aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. — *Fiat quod sit ad quinquennium. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Idus Maii, anno quinto.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

667

1422, Outubro 9

Lopo Afonso, clérigo da diocese de Coimbra, pede nova provisão sobre a metade da igreja paroquial de S. Cosme de Ázere da diocese de Tui, por a ter possuído durante anos sem receber a Ordem de presbítero.

Reg. Suppl. 164, fl. 63.

Beatissime Pater, olim devotus vester Lopus Alfonsi, clericus Colimbriensis diocesis, medietatem cum cura parrochialis ecclesie sancti Cosme de Azer Tudensis diocesis auctoritate apostolica extitit assecutus, quam absque dispensatione canonica tenuit per quinque annos vel quasi (1), ad sacerdotium non promotus, propter legitimum impedimentum, quo cessante, incontinenti se fecit promoveri et quia dicta medietas est exilium fructuum, cum ultra duodecim ducatorum vel quasi auri vel saltim modicum plus secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt annuatim, supplicat S. V. humiliter dictus Lo[pus] qui presbyter est, quatinus sibi de ipsa medietate, sive per huiusmodi non promotionem, sive per resignationem quondam Alfonsi Gunsalvi, dictam medietatem ex certis causis animum suum moventibus apud sedem apostolicam resignatam et factam, seu alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona, seu per constitutionem *Execrabilis* aut capitulum *De multa* vacet, etiam si reservata vel devoluta sit, de novo dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa (2), per eamdem S. V. sibi facta, in cancellaria exprimenda, et quadam perpetua portione sine cura, certo modo vacante in parrochiali ecclesia sancti Jo[hannis] de Curuche Elborensis diocesis, de qua mandatum est sibi provideri, cuius possessionem nondum habet, et aliis beneficiis et grat. in cancellaria exprimendis, et cum non obstañ et clausulis oportunis ac

executoribus ut in forma, signantes, Pater Sancte, per *Fiat ut petitur et dispensamus*, de gratia speciali. — *Fiat ut petitur et dispensamus. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, septimo Idus Octobris, anno quinto.

---

(1) No ms. segue-se a palavra *detinuit*, com sinal de erro.
(2) No ms. *spectativa*, com sinal de erro.

668

1422, Outubro 12

Martinho Anes, clérigo da diocese de Braga, pede a perpétua porção da igreja paroquial de S. Leonardo de Atouguia.

Reg. Suppl. 164, fl. 102v-103.

Beatissime Pater, supplicat S. V. devotus vester Martinus Johannis, clericus Bracharensis diocesis, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, de perpetua portione sine cura vacante in parrochiali ecclesia sancti Leonardi de Atouguya Ulixbonensis diocesis, per obitum quondam Alvari, ipsius portionis ultimi portionarii, qui a Romana Curia per duas dietas et ultra diem suum clausit extremum, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta [fl. 103] [Lateranensis] statuta concilii ad sedem apostolicam [devoluta] existat [seu alias generaliter vel specialiter] reservata, eidem Martino dignemini misericorditer providere. Cum non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 105]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus septem et de utroque pro quinto. O.

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, quarto Idus Octobris, anno quinto.

669

1422, Outubro 16

Lourenço Gomes e Gonçalo Domingues pedem ao papa confirme a troca que eles fizeram de certas igrejas.

Reg. Suppl. 164, fl. 80-80v.

Beatissime Pater. Cum devoti oratores vestri Laurentius Gometii sancte Marie de [fl. 80v] Monte Agraço et Gunsalvus Dominici sancti Laurentii de [...] diocesis, quas

obtinent, ex causis rationabilibus desiderent in[vicem] permutare... supplicant] S. V. humiliter Laurentius et Gunsalvus prefati quatinus resignationem [...] permutatione predicta et non aliter in manibus V. S. ex nunc fac[iunt admittere] dignemini et Laurentio de sancti Laurentii, cuius centum, et Gunsalvo de sancte Marie prefatis, cuius etiam centum, librarum Turonensium parvorum, fructus, etc., secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, etiam si specialiter vel generaliter reservate vel devolute fueri[n]t providere dignemini. Non obst. canonicatu et prebenda ecclesie Ulixbonensis ac parrochiali ecclesia sancti Stephani Ulixboneñ quos idem Laurentius obtinet, quorum fructus, etc., trecentarum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ac dispensatione ad incompatibilia, ac gratiis expectativis, in cancellaria exprimendis, et aliis non obstañ et cum clausulis oportunis.

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus septem. O.

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, decimo septimo Kalendas Novembris, anno quinto.

670

1422, Outubro 19

Súplica de Beatriz Anes, prioressa do mosteiro de S. Pedro de Arouca, eleita abadessa, mas em competição com Leonor Pereira, que conseguira do papa certa comissão judicial, relativa à declaração de nulidade da eleição, posteriormente confirmada pelo bispo de Viseu que lhe deu a bênção abacial, em conformidade com outras determinações pontifícias.

Reg. Suppl. 164, fl. 114v-115v.

Beatissime Pater, nuper monasterium sancti Petri de Arouca Cisterciensis ordinis Lamecensis diocesis per obitum quondam Leonoris, eiusdem monasterii abbatisse, extra Romanam Curiam defuncte, vacans, devote vestre in Christo filie conventus dicti monasterii devotam in Christo filiam vestram Beatricem Johannis, monialem et priorissam ipsius monasterii, in earum et eiusdem monasterii abbatissam elegerunt, electione vero de dicta Beatrice sicut (1) premittitur celebrata non obstante, S. V., ad instantiam ut creditur cuiusdam Leonoris Pereyra, asserte monialis dicti monasterii, asserentis dictam electionem factam fuisse per vim et metum qui cadere poterant in constantem, episcopo Samariensi (2) primo dicitur mandasse et commisisse quatinus, si vocatis prefata (3) Beatrice et aliis que forent evocande, predictam electionem per impressionem aut vim vel metum qui merito cadere poterant in constantem, seu alias vitiose factam repperiret, auctoritate apostolica ipsam declararet penitus non tenere aut ipsam cassaret et annullaret, prout de iure esset faciendum et nichilominus eadem auctoritate de eadem abbatia dicte Leonori provideret ipsamque dicto monasterio in abbatissam preficeret, prout in eisdem litteris, quarum tenorem presentibus habere dignemini pro sufficienter expresso, hec et alia plenius contineri dicuntur, quarum litterarum vigore, quidam Lupus assertus episcopus Samariensis [fl. 115] [...] procedens [...] velle [...] etiam [...] recusatus prefatam electionem tam vitio electionis ipsius quam persone electe, licet ut creditur nulliter vel saltem iniuste,

cassavit et annullavit atque de predicto monasterio eidem Leonori providit ipsamque illi prefecit in abbatissam et nichilominus eidem munus benedictionis impendit, quorum vigore, licet ab eodem episcopo et eius sententia fuisset ad sedem apostolicam appellatum, eadem Leonor possessionem dicti monasterii indebite et iniuste ut creditur occupavit, secundo vero per alias suas litteras, quarum tenorem presentibus habere dignemini pro sufficienter expresso, reverendo in Christo patri domino episcopo Visensi (4) inter cetera prefatam electionem in communi forma confirmari mandavit, quarum litterarum vigore, et ipsa Beatrix eidem monasterio in abbatissam prefecta sibique munus etiam benedictionis fuit impensum et eapropter exorta questionis materia inter prefatas Leonorem, asserentem timere se spoliari primo ex una et dominam Beatricem ream partibus ex altera, causa huiusmodi extitit commissa bone memorie Thome de Amelia, quondam episcopo Vigintimiliensi (5) et post eius obitum successive venerabili viro domino Johanni de Opizis sacri palatii causarum apostolici auditori, cui etiam deinde cause nullitatis et iniustitie processus et sententie dicti episcopi Samariensis, necnon appellationis ab ipsa sententia ut premittitur imposite ac etiam negotii principalis commisse fuerunt, quarum commissionum vigore, citationes decrete ad partes emanarunt et credunt etiam execute. Verum, Beatissime Pater, dubitatur ab aliquibus electionem et confirmationem predicte exponentis viribus non subsistere ac asseritur neutre predictarum Beatricis et Leonoris in seu ad dictam abbatiam ius competere, idcirco pro parte dicte Beatricis S. V. humiliter supplicatur quatinus, attento quod, quamvis electio huiusmodi persone vitio non subsistat, super hoc cum eadem est postea per S. V. sufficienter dispensatum seu dispensari commissum si per eventum litis huiusmodi vel alias repertum fuerit neutre earumdem Beatricis [fl. 115v] et Leonoris [in] seu ad dictam abbatiam ius [competere ...] abbatiam prefatam, que dignitas curata et electiva [...] fructus, etc., duarum milium librarum Turonensium parvorum communi extimatione, ut asseritur, valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, vel alio quovis modo et ex cuiuscumque persona vacet, etiam per constitutionem *Execrabilis* et tanto tempore vacaverit quod eius provisio, etc., ad sedem apostolicam legitime devoluta aut eidem sedi reservata seu affecta existat, eidem Beatrici conferre et assignare ac ipsi etiam de eadem noviter dignemini misericorditer providere, non obstante lite pendente predicta, etiam si alias in Romana Curia vel extra super eadem abbatia inter easdem seu quascumque alias personas lis seu lites quovis modo pendeant indecise, quorum omnium statum presentibus habere dignemini pro sufficienter expresso, aut si per prefatam Leonorem vel quamcumque aliam personam possideatur seu indebite occupetur ceterisque contrariis non obstantibus, cum clausulis oportunis.

... ...

[fl. 117]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus quatuor. O.

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, quartodecimo Kalendas Novembris, anno quinto.

---

(1) No ms. *sicud*, com sinal de erro.

(2) Cf. nota 1 do n.º 563.

(3) No ms. *prefate*.

(4) Cf. notas 1 dos n.ºº 430, 451 e 514.

(5) Tomás de Amelia, doutor em ambos os direitos, ouvidor das causas do palácio apostólico, nomeado bispo de Vintemilha, na Itália, em 29 de Março de 1419. Cf. HUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 528.

671

1422, Outubro 21

João Peres, sacerdote da diocese do Porto, pede a igreja paroquial de Mazedo, da diocese de Tui, pertencente ao direito de padroado laical.

Reg. Suppl. 164, fl. 99v.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Johannes Petri, presbyter Portugalensis diocesis, quatinus, sibi specialem gratiam facientes, de ecclesia parrochiali sancti Salvatoris de Maazedo Tudensis diocesis, que de iure patronatus laicali existit, vacante per obitum quondam Stephani Laurentii, extra Romanam Curiam defuncti, et que tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta existat, licet Johannes Alfonsi, decanus ecclesie Visensis, illam obtineat indebite occupatam, cuiusque fructus, etc., ducentorum viginti florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per obitum cuiusdam Petri Alfonsi, aut per constitutionem *Execrabilis* vel capitulum *De multa*, seu per liberam resignationem Stephani et Petri predictorum vel alicuius alterius in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario et testibus factam, vacet, etiam si alias devoluta seu specialiter vel generaliter reservata ac in dicta Curia vel extra eam litigiosa sit, litis statum habentes pro expresso, eidem Jo[hanni] dignemini misericorditer providere. Non obstañ parrochiali ecclesia sancte Marie de Sever Visensis diocesis ac perpetua portione in ecclesia collegiata sancti Laurentii Ulixbonensis diocesis, quarum fructus, etc., viginti quinque florenorum similium eadem extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda, necnon quod ipse Johannes dudum ad dictam ecclesiam sancti Salvatoris per illius patronos extitit presentatus, occasione cuius presentationis in partibus super eadem ecclesia quamdam appellationem ad eamdem sanctam sedem apostolicam interposuit, in eadem cancellaria, in quantum expediat, latius exprimetur. Et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — ... ...

[fl. 100v]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus septem. O.

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, duodecimo Kalendas Novembris, anno quinto.

672

1422, Novembro 17

O Infante D. Pedro pede várias concessões ao papa sobre determinadas igrejas para fundar uma colegiada em Montemor-o-Velho, com direito de apresentação ou de padroado.

Reg. Suppl. 164, fl. 321v-322v.

Beatissime Pater, exponitur S. V. pro parte eiusdem S. filii Petri, ducis Colimbriensis ac serenissimi principis domini Johannis Portugalie et Algarbii regis secundi geniti, quod, cum ipse Petrus thesaurum in celestibus recondere satagens ac cupiens terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio commutare, pro sue suorumque progenitorum salute unam ecclesiam cum choro, sedibus et stallis in ea ad instar aliarum collegiatarum ecclesiarum partium illarum necnon ambitu, cameris, refectorio, cimiterio, campanis, ortaliciis et aliis necessariis officinis in honore et sub vocabulo beate Virginis gloriose in fundo proprio videlicet in opido Montis Maioris Colimbriensis diocesis in loco ad id congruo et honesto fundare et pro collegio unius prioris, unius cantoris, unius scolastici, unius sacriste et novem canonicorum capitulum facientium et inibi in divinis serviturorum aliasque capitulum de bonis sibi a Deo collatis sufficienter dotare proponat, si sibi ad id sedis apostolice suffragetur auctoritas sintque quinque alie ecclesie in eodem opido existentes pro maiori parte in suis redditibus [fl. 322] [...] videlicet ad episcopum Colimbriensem [...] fructus, redditus et proventus ad abbatissam et conventum [monasterii] sancte [Clare] Colimbriensis ordinis eiusdem sancte pertinere dinoscuntur, quod si huiusmodi ipsarum dictarum ecclesiarum fructus et proventus eidem fundande ecclesie perpetuo assignarentur, ipse Petrus tot ex fructibus et proventibus ecclesiarum sibi de iure patronatus pertinentium quod eorum valor. ad summam et valorem dictarum duarum ecclesiarum ascendant, in recompensam tradere et assignare velit episcopo et abbatisse et conventui memoratis et ut predicte alie ecclesie in dicto opido ut premittitur consistentes eidem fundande ecclesie perpetuo uniantur et in ea ius habeat patronatus idem Petrus rectoribus dictarum ecclesiarum et eorum singulis unum aliud similis vel equivalentis valoris beneficium in locis aptis et ydoneis tradere et assignare est paratus, ut exinde ipsa construenda ecclesia, postquam constructa et fundata fuerit, eo melius et salubrius in divinis conservari et in coñdecenti statu manuteneri possit et valeat, supplicat[ur] igitur eidem S. V. pro parte ipsius Petri quatinus sibi ut huiusmodi suum pium propositum adimplere valeat, ecclesiam et collegium huiusmodi cum choro, sedibus, stallis necnon ambitu et aliis supradictis fundandi et pro collegio unius prioris qui ad presentationem ipsius Petri et successorum suorum per Ordinarium ac unius cantoris, unius scolastici et unius sacriste qui similiter ad presentationem dicti P[etri] et dictorum successorum solum priorem qui pro tempore erit dicte fundande ecclesie instituantur et confirmentur dotandi licentiam impartiri, necnon quod prior, cantor, scolasticus, sacrista et canonici supradicti almucias de pellibus griseis ac suppellicia quotiescumque ipsos processionaliter per dictum opidum seu eius territorium vel pro funeribus in dicto cimiterio sepeliend. incedere contigerit (1), portare ac eligentes in ecclesia vel cimiterio huiusmodi sepulturam suam inibi sepeliri ipseque prior caput et gubernator sit capituli et curam animarum personarum ipsius ecclesie gerat ac excessus et crimina que per huiusmodi personas ac presbyteros et clericos dicti opidi committantur pro tempore corrigere et punire ac alias iurisdictionem ordinariam in easdem personas, presbyteros et clericos tam in spiritualibus quam in temporalibus, appellationis remedio ad Ordinarium vel eius vicarium in omnibus semper salvo, exercere possit et valeat, statuere et ordinare sibique nichilominus quod priori eiusdem construende ecclesie sit decanus et [fl. 322v] [rector] quam habere debeat super presbyteros et clericos opidi antedicti necnon [...] animarum omnium et singulorum presbyterorum et clericorum et aliorum in eodem opido pro tempore existentium ac etiam familiarium et curialium suorum, ubicumque ipsum cum eisdem residere contigerit concedere prefatasque ecclesias in eodem opido ut prefertur situatas eidem erigende ecclesie perpetuo unire, annectere et incorporare dignemini de gratia speciali, ita quod cedentibus vel decedenti-

bus earumdem ecclesiarum rectoribus aut illas alias quomodolibet dimittentibus, liceat priori et capitulo prefatis dictarum ecclesiarum iuriumque et pertinentiarum omnium earumdem corporalem possessionem per se vel alium seu alios auctoritate propria apprehendere et perpetuo (2) retinere illarumque fructus, redditus et proventus huiusmodi in suos et dicte erigende ecclesie usus convertere, diocesani loci et cuiuscumque alterius super hoc licentia minime requisita, reservata tamen, etc.. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis et non obstañ oportunis. — *Fiat ut petitur de consensu, quorum interest. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, quintodecimo Kalendas Decembris, anno quinto.

---

(1) No ms. *contingerit.*

(2) No ms. *perpetue*, com sinal de erro.

MARTINHO V

(EL. 11 NOV., COR. 21 NOV. 1417, + 20 FEV. 1431)

SÚPLICAS

ANO SEXTO

(21 NOV. 1422 – 20 NOV. 1423)

AV, REG. SUPPL., VOL. 165 A 171

673

1423, Fevereiro 18

O Infante D. Pedro pede ao papa nomeie capelão pontifício ao seu confessor Frei João Verba, dominicano e licenciado em teologia, e lhe conceda o mosteiro de S. Jorge, da Ordem de Santo Agostinho e da diocese de Coimbra, vacante por morte de Álvaro Gonçalves.

Reg. Suppl. 166, fl. 59v.

Beatissime Pater, prioratu monasterii sancti Georgii ordinis sancti Augustini Colimbriensis diocesis per obitum quondam Alvari Gundissalvi, ultimi eiusdem prioratus prioris, extra Romanam Curiam defuncti, solatio pastoris destituto, supplicat S. V. humilis et devotus vester illustris Petrus, dux Colimbrie ac eiusdem S. filii Johannis, Portugalie et Algarbii regis illustris, secundo genitus, quatinus sibi in personam dilecti sui confessoris fratris Johannis Verba, presbyteri professi ordinis fratrum Predicatorum, in sacra pagina licenciati (1), gratiam facientes specialem ipsumque fratrem Johannem in capellanum apostolice sedis recipere ac numero et consortio aliorum dicte sedis cappellanorum cum omnibus et singulis honoribus, oneribus, gratiis, privilegiis, indultis et libertatibus, quibus ceteri dicte sedis cappellani potiuntur et gaudent, aggregare quodque, postquam in cappellanum huiusmodi per S. V. receptus fuerit, prioratum huiusmodi, cuius fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sibi dare et concedere, commendari quoad vixerit, curam, regimen et administrationem dicti monasterii sancti Georgii eidem in spiritualibus et temporalibus plenam committendo, ita quod dictus frater Johannes de fructibus, proventibus, redditibus dicti (2) monasterii, debitis eiusdem monasterii et eius conventus supportatis oneribus, libere et licite disponere et ordinare valeat, sicut veri priores qui fuerunt pro tempore de illis disponere et ordinare potuerunt seu etiam debuerunt, ac prioratu huiusmodi de persona dicti fratris Johannis misericorditer dignemini providere. Constitutionibus apostolicis, statutis et ordinationibus ordinis [et monasterii] predictorum ac aliis in contrarium editis seu facientibus non obstantibus quibuscumque. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ad beneplacitum sedis apostolice. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, duodecimo Kalendas Martii, anno sexto.

---

(1) Sobre Frei João Verba cf. DIAS DINIS, A. J., *Quem era Fr. João Verba colaborador literário de el-rei D. Duarte e do Infante D. Pedro*, em *Itinerarium*, 2 (1956) 424-491; *Ainda sobre a identidade de Frei João Verba*, em *Itinerarium*, 3 (1957) 479-490.

(2) No ms. a palavra *prioratus* foi riscada.

674

1423, Fevereiro 22

Lourenço Rodrigues, perpétuo vigário da igreja de Santo Estêvão de Alenquer e porcionário da igreja de Santa Maria de Arruda, presente na Cúria Romana, pede o indulto de receber os proventos dos benefícios, sem obrigação da residência pessoal, enquanto residir na Cúria ou estudar em Estudo Geral.

Reg. Suppl. 166, fl. 7.

Supplicat S. V. devotus vester Laurentius Roderici, perpetuus vicarius ecclesie sancti Stephani de Alanquerio Ulixbonensis diocesis, que vicaria annexam portionem in eadem ecclesia dignoscitur habere, portionariusque ecclesie sancte Marie de Aruta eiusdem diocesis, qui nunc in Romana Curia presens existit, quatinus sibi gratiam facientes specialem, ut in Romana Curia seu in aliquo generali Studio residendo seu insistendo, fructus omnium beneficiorum suorum, que obtinet et imposterum obtinebit, in quibus non resederit, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus vel officia in cathedralibus vel metropolitanis aut collegiatis ecclesiis ac curata et electiva existant, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, cum ea integritate percipere valeat, qua ipsos perciperet, si in ipsis ecclesiis personaliter resideret, prima residentia non facta, in huiusmodi beneficiis necnon statutis et consuetudinibus ecclesiarum, in quibus huiusmodi beneficia existunt seu extiterint, necnon iuramento prestito ac prestando regulisque cancellarie et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, eidem Laurentio auctoritate apostolica usque ad decennium concedere et indulgere dignemini liberam facultatem, cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat in Curia vel in Studio. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, octavo Kalendas Martii, anno sexto.

675

1423, Fevereiro 22

João Ferreira, clérigo da diocese de Braga, solicita a média prebenda de Lisboa, a que Pedro Lourenço se propunha resignar.

Reg. Suppl. 166, fl. 15v.

Beatissime Pater. Cum devotus vester Petrus Laurentii, media prebenda in ecclesia Ulixbonensi prebendatus, dictam mediam prebendam in manibus S. V. proponit libere resignare, supplicat eidem S. V. devotus vester nobilis Johannes Ferreyra, clericus Bracharensis diocesis, quatinus sibi de dicta media prebenda, cum per resignationem huiusmodi eam vacare contigerit et cuius fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso sive per

mortem Gunsalvi Johannis de Unhos vel per mortem Gunsalvi Laurentii, extra Romanam Curiam defunctorum, aut alio quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias dispositioni dicte sedis specialiter vel generaliter reservata fuerit aut super ea lis inter aliquos in Romana Curia vel extra eam, cuius statum presentibus habere placeat pro expresso, pendeat indecisa, dignemini misericorditer providere. Cum non obstañ et clausulis oportunis. —*Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, octavo Kalendas Martii, anno sexto.

676

1423, Fevereiro 22

Lopo Gonçalves, cónego de Lamego, em questão com Gil Gonçalves sobre o deado lamecense, pede a provisão do mesmo em seu favor, visto afirmar-se que a nenhum dos contendentes competia algum direito sobre o deado.

Reg. Suppl. 166, fl. 183v-184v.

Beatissime Pater, dudum decanatu ecclesie Lamecensis, qui dignitas maior post pontificalem in eadem ecclesia existit, per obitum quondam Alfonsi Martini, ipsius ecclesie decani, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, devotus vester Lopus Gunsalvi, canonicus Lamecensis, decanatum predictum sic vacantem vigore quarumdam litterarum apostolicarum, sibi gratiose concessarum, infra tempus debitum acceptavit et de illo obtinuit canonice provideri, ortaque postmodum inter ipsum Lopum et quemdam Egidium Gunsalvi, pro canonico Lamecensi se gerentem, qui dictum decanatum obtinuit, prout detinet indebite occu [fl. 184] patum, de et super decanatu predicto et illius occasione materia questionis et causa huiusmodi in Romana Curia coram diversis auditoribus dicitur ventilata, inter cetera dictus Egidius tres pro se et contra dictum Lopum absolutorias sententias diffinitivas et cum condempnatione expensarum obtinuit primo et deinde, dicto Lopo restituto, unam pro se et contra dictum Egidium, que, nulla provocatione suspensa, in rem transivit iudicatam, etiam cum condempnatione expensarum, sententiam reportavit et litteras executorias et declaratorias contra eumdem Egidium obtinuit, ac subsequenter idem Egidius duas alias super annullatione huiusmodi sententie pro dicto Lopo late et processuum inde secutorum sententias successive reportavit, a quibus pro parte eiusdem Lopi extitit appellatum, et causa huiusmodi ad ipsius instantiam domino Johanni de Thomariis et per eius remissionem ad cancellariam reverendo patri domino Johanni Gundisalvi, vestri sacri palatii apostolici causarum auditori commissa, coram quibus ad nonnullos actus, citra tamen conclusionem, cuius totius cause statum hic habere dignemini pro sufficienter expresso, extitit processum. Cum autem, Pater Sancte, a nonnullis asseritur neutrum Lopi et Egidii predictorum in dicto decanatu ius habere, supplicat igitur S. V. idem Lopus quatinus eidem Johanni auditori vel alteri loco sui surrogando committere et mandare dignemini ut, si per eventum litis huiusmodi sibi constiterit neutrum Lopi et Egidii predictorum in dicto decanatu seu ad eum ius habere,

decanatum predictum, cuius fructus, etc., ducentarum quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona aut per liberam dicti Alfonsi vel alterius resignationem in Romana Curia vel extra eam sponte factam seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, dictus decanatus curatus et electivus ac specialiter vel alias generaliter reservatus vel devolutus existat, et super eo inter aliquos lis in dicta Curia vel extra pendeat indecisa, eidem Lopo conferat et provideat etiam de eodem, ac illud sibi conferre et de illo etiam [fl. 184v] providere dignemini de gratia speciali. Non obstañ quod canonicatum et prebendam ecclesie Lamecensis et parrochialem ecclesiam sancte Marie de Sendim Lamecensis diocesis, quorum centum viginti, obtinet, ac super aliis canonicatu et prebenda dicte ecclesie Lamecensis, quorum viginti quinque, librarum, fructus, etc., communi extimatione valorem annuum non excedunt, de quibus tunc certo modo vacantibus apostolica fuit auctoritate provisum seu concessum provideri, litigat et litigare intendit, secumque ut duo beneficia invicem incompatibilia recipere et retinere valeat extitit auctoritate apostolica dispensatum, prout in litteris desuper confectis latius continetur, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria S. V. exprimenda, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis, ipseque Lopus omni iuri sibi in quibusvis aliis, preterquam superius expressis, et vigore dicte gratie expectative sibi debitis et debendis beneficiis ecclesiasticis seu ad ea quomodolibet competenti ex nunc in manibus S. V. sponte et libere cedit et resignat.

Fiat ut petitur pro omnibus quinque. O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, octavo Kalendas Martii, anno sexto.

677

1423, Fevereiro 26

Súplica de Álvaro Ferreira, nobre, embaixador de D. João I, rei de Portugal, notário apostólico e arcediago de Lisboa, sobre a renovação das faculdades concedidas por João XXIII quanto à troca e recepção de benefícios.

Reg. Suppl. 166, fl. 15-15v.

Beatissime Pater, dudum Balthazar de Cossa, tunc Johannes papa xxiii in sua obedientia nuncupatus (1), devoto vestro oratori nobili viro Alvaro Ferreyro, archidiacono ecclesie Ulixbonensis, nunc serenissimi principis domini Johannis Portugalie et Algarbii regis Cepteque domini ambassiatori necnon apostolice sedis notario, quod omnia et singula sua beneficia, que tunc obtinebat et imposterum obtineret, ex causa permutationis, in manibus cuiuscumque Ordinarii aut alterius prelati seu prelatorum, ubilibet in communione et gratia Romane Ecclesie existentium, posset dimittere et resignare ac cum quibuscumque personis, quacumque prefulgerent dignitate, permutare et loco sic dimissi vel dimissorum aliud vel alia beneficium seu beneficia, ecclesiasticum seu ecclesiastica, etiam si dignitates, personatus vel officia fuerint, totiens quotiens sibi placeret, simul vel successive, absque requisitione seu licentia alterius cuiuscumque, licite recipere et reti-

nere valeret, plenam et liberam auctoritate apostolica concessit facultatem, prout in litteris apostolicis desuper confectis plenius continetur. Quare supplicat eidem S. V. dictus A[lvarus] quatinus omnia et singula sibi per dictum Barthazarem, tunc Johannem papam xxiii, ut premittitur concessa et indulta renovari mandare illaque ex certa scientia rata et grata habere et de novo confirmare misericorditer dignemini de gratia vestra speciali. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis aliisque in contrarium editis seu facientibus non obstantibus quibuscumque [fl. 15v]. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat de hiis que obtinet. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto Kalendas Martii, anno sexto.

(1) Cf. nota 1 do n.º 8.

678-681

1423, Fevereiro 26

Súplicas do Infante D. Pedro: Para João Teles, escolar da diocese de Silves, pede dispensa do impedimento de idade, pois tinha dez anos, para receber benefícios, depois de ser promovido a clérigo. Para Pedro de Ataíde, já dispensado do impedimento de ilegitimidade e clérigo da diocese de Lisboa, solicita idêntica graça, visto ter onze anos. Para Rodrigo Mendes, clérigo da diocese de Évora, também já dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede igual graça. Para Pedro de Albuquerque, clérigo da diocese de Coimbra, com doze anos de idade e nobre, pede semelhante favor.

Reg. Suppl. 166, fl. 41-41v.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. devotus eiusdem S. filius illustris Petrus, dux Colimbrie, serenissimi principis domini domini Johannis, etc., regis illustris secundo genitus, quatinus sibi in personam dilecti sui Johannis Tellez, scolaris Silvensis diocesis, de nobili genere procreati, gratiam facientes specialem, ut postquam ad ordinem clericatus promotus fuerit, quascumque dignitates, personatus vel officia invicem compatibilia, si sibi canonice conferantur, licite obtinere valeat, dignemini misericorditer dispensare de gratia speciali, defectu etatis, quem patitur in decimo sue etatis anno constitutus, constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium non obstantibus quibuscumque. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis, etc. (1).

679. Item dilecto filio Petro Athaide, clerico Ulixbonensis diocesis, cum quo alias dudum super defectu natalium, quem patitur de nobili soluto genitus et soluta, ad omnes minores ordines promoveri posset, fuit auctoritate ordinaria dispensatum, cuius dispensationis vigore ad dictas minores ordines promotus existit, similem gratiam facientes, ut quascumque dignitates, personatus vel officia, si sibi canonice conferantur, licite retinere, predicto ac etatis defectibus, quem patitur in undecimo sue etatis anno constitutus, quodque etiam ad omnes sacros ordines promoveri ac dignitates, personatus vel officia huiusmodi ex causa permutationis vel alias simul vel successive, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissi unum, duo vel tria beneficia ecclesiastica invicem compa-

tibilia recipere et retinere valeat, dignemini misericorditer dispensare de gratia vestra speciali. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de uberiori. O.*

680. Item quatinus dilecto suo Roderico Menendi, clerico Elborensis diocesis, cum quo alias dudum super defectu natalium, quem patitur de religioso milite ordinis sancti Jacobi de Spata genitus et soluta, ad omnes minores ordines promoveri posset fuit auctoritate ordinaria dispensatum, cuius dispensationis vigore ad dictos minores ordines promotus existit, similem gratiam facientes, ut quascumque dignitates, personatus vel officia, si sibi canonice conferantur, licite retinere valeat, dignemini misericorditer dispensare de gratia vestra speciali. Cum non obstañ in proxima supplicatione designatis. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat de uberiori. O.*

681. Item quatinus dilecto suo Petro de Albaquerque, clerico Colimbriensis diocesis, [fl. 41v] de nobili genere procreato, similem gratiam facientes, ut quascumque dignitates, personatus vel officia, si sibi canonice conferantur, licite retinere valeat, dignemini misericorditer dispensare de gratia vestra speciali, defectu etatis, quem patitur in duodecimo etatis anno constitutus, constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis.

Fiat de tribus annis pro quolibet. O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto Kalendas Martii, anno sexto.

---

(1) No ms. sinal de erro.

682

1423, Fevereiro 26

O Infante D. Pedro pede para o seu chanceler e familiar Estêvão Afonso, doutor em decretos, faculdade de receber qualquer benefício incompatível com o arcediagado de Santarém e canonicato e prebenda de Lisboa que possuía.

Reg. Suppl. 166, fl. 41v.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. devotus eiusdem S. filius illustris vir Petrus, dux Colimbriensis, serenissimi principis domini domini Johannis, Portugalie, etc., regis illustris, secundo genitus, quatinus sibi in personam dilecti sui cancellarii familiaris domestici et continui commensalis Stephani (1) Alfonsi, decretorum doctoris, archidiaconi (2) Sancterenensis in ecclesia Ulixbonensi (3), quatinus secum ut quodcumque beneficium ecclesiasticum incompatibile, etiam si dignitas, personatus vel officium fuerit, si sibi canonice conferatur, una cum dicto archidiaconatu quoad vixerit licite retinere valeat, dignemini misericorditer dispensare de gratia vestra speciali, archidiaconatu predicto ac canonicatu et prebenda in dicta ecclesia, quos obtinet et quorum omnium fructus, etc., ducen-

tarum quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto Kalendas Martii, anno sexto.

---

(1) No ms. *Stephanus* com sinal de erro.

(2) No ms. *archidiaconus*, com sinal de erro.

(3) Sobre Estêvão Afonso, doutorado em direito canónico pela Universidade de Bolonha e arcediago de Santarém, darei algumas notícias em estudo que será publicado dentro em breve com o título *Estudantes portugueses na reitoria do Colégio de S. Clemente de Bolonha na primeira metade do século XV.*

683

1423, Março 10

Súplica de João Rodrigues do Casal, reitor da igreja paroquial de S. Salvador de Árvore da diocese do Porto, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, para ascender às Ordens sacras e aceitar um benefício com cura de almas e com outras graças recebidas do papa, sobre favor mais amplo de quatro benefícios eclesiásticos compatíveis, alegando ter ido várias vezes à Cúria pontifícia com grandes trabalhos e despesas.

Reg. Suppl. 166, fl. 247v.

Beatissime Pater, supplicat S. V. devotus vester Johannes Roderici de Cassal, rector parrochialis ecclesie sancti Salvatoris de Arbore Portugalensis diocesis, qui in decretis per plures annos studuit et cum quo alias super defectu natalium, quem patitur de presbytero ordinis sancti Augustini canonicorum regularium expresse professo genitus (1) et soluta, ut, eo non obstante, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum, recipere et obtinere valeret primo, cuius dispensationis vigore ad minores ordines rite promotus, quamdam portionem sine cura in ecclesia de Ferreira Portugalensis diocesis fuit assecutus, deinde ut quatuor alia beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebende in collegiatis ecclesiis forent, similiter recipere et obtinere valeret, secundo extitit auctoritate apostolica dispensatum, quatinus sibi, qui multis laboribus et expensis pluries ad Romanam Curiam accessit, ampliorem gratiam facientes, ut predicta quatuor beneficia ecclesiastica, invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus, administrationes vel officia in metropolitanis et cathedralibus, etiam si dignitates ipse in collegiatis principales, aut in cathedralibus et metropolitanis predictis ecclesiis maiores post pontificales fuerint, recipere et obtinere libere et licite valeat, dignemini misericorditer dispensare. Non obstañ predicta ecclesia sancti Salvatoris ac dicta portione in ecclesia de Ferreira, quas obtinet, et quarum fructus, redditus, etc., centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expecta-

tiva, quam obtinet, in cancellaria exprimenda, ac Pictavensis (2) concilii, constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus quibuscumque, et cum aliis clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, sexto Idus Martii, anno sexto.

---

(1) No ms. vem repetida a palavra *genitus*, com sinal de erro.
(2) No ms. *Pataviensis*, com sinal de erro.

684

1423, Março 12

Gonçalo Vasques Coutinho, senhor de Lamego, pede ao papa designe pessoa proba para julgar das contendas existentes entre ele e os bispos de Viseu e de Lamego.

Reg. Suppl. 166, fl. 189v-190.

Beatissime Pater. Cum inter humilem et devotum vestrum Gunsalvum Valasci Coutinho, domicellum Lamecensis diocesis, et reverendos Visensis et Lamecensis ecclesiarum episcopos graves divisiones et contrarietates atque dissentiones ac etiam nonnulle questiones et lites inter ipsos super proprietate quorumdam locorum, possessionum, terrarum et rerum aliarum diversarum atque etiam iurisdictionum vertantur et pendeant indecise, sicque iudicum rancoribus et odiis invalescentibus grave nimis reddatur ipsi Gunsalvo et suis familiaribus atque subditis suas causas sive suam iustitiam, etiam super aliis negotiis sive rebus coram eisdem Ordinariis et eorum officialibus prosequi vel etiam contra eos suam propulsare iniuriam, quam nonnunquam ipsis irrogare non verentur, quosque contra iustitiam multipliciter molestare presumunt. Et quia, Pater Sancte, eis pro singulis querelis huiusmodi ad sedem apostolicam recurrere nimis onerosum, sumptuosum, dispendiosum et periculosum existeret, sintque prefati Gunsalvus, familiares et subditi parati coram aliquo probo [viro] in illis partibus omnibus de se conquerentibus stare iuri et etiam suam prosequi et recipere iustitiam, [fl. 190] supplicat S. V. dictus Gunsalvus quatinus eis aliquem probum virum in partibus ipsis in iudicem deputare dignemini, coram quo ipsi suam iustitiam sive ius suum in quibuscumque causis tam motis quam movendis contra Ordinarios et officiales predictos experiri possint et viceversa Ordinarii, officiales coram eodem iudice sive probo viro, quotiens eis hinc inde oportunum fuerit, convenire debeant nec eas huiusmodi dissentionibus et discordiis durantibus coram aliquo alio iudice convenire, impetere sive alias quomodolibet, quavis occasione, trahere valeant nec debeant, statuentes et decernentes quod quidquam secus per quemcumque alium iudicem, quavis etiam, preterquam apostolica, auctoritate contra eosdem Gunsalvum, familiares et subditos factum fuerit, processus quoque, sententias aliasque penas, quoscumque prorsus irritos et inanes et irrita et inania nulliusque penitus existere roboris vel momenti. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat in forma.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto Idus Martii, anno sexto.

685

1423, Março 14

Dionísio Anes, porcionário na igreja paroquial de Santa Maria do Bispo de Montemor-o-Novo da diocese de Évora, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede a pluralidade de benefícios.

Reg. Suppl. 166, fl. 226.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. devotus vester Dyonisius Johannis, scolaris, portionarius in ecclesia parrochiali sancte Marie do Bispo castri Montis Maioris Elborensis diocesis, cum quo dudum super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ut, eo non obstante, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et unum beneficium ecclesiasticum, etiam si cura ei immineat animarum, obtinere valeret, auctoritate apostolica fuit dispensatum, cuius dispensationis vigore, portionem in ecclesia parrochiali sancte Marie predictam, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, canonice sibi collatam, extitit assecutus, quatinus secum ut quodcumque, quecumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus, perpetue administrationes vel officia, etiam curata et electiva, etiam si dignitates in metropolitanis et cathedralibus post pontificales maiores et in aliis collegiatis ecclesiis principales fuerint, quacumque auctoritate sibi conferenda, recipere et retinere ac illa necnon beneficium predictum simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissi alia similia vel dissimilia beneficia ecclesiastica etiam recipere et retinere libere et licite valeat dispensare dignemini, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, pridie Idus Martii, anno sexto.

686

1423, Março 14

Lourenço Rodrigues, com a igreja paroquial de S. Miguel de Figueiredo da diocese de Braga, fora favorecido com graça expectativa, relativa a um benefício da colação do arcebispo e cabido de Lisboa, mas, porque duvidava do valor dessa concessão por ter permutado a sobredita igreja pela perpétua vigararia da igreja paroquial de Santo Estêvão de Alenquer e por outras razões, pede que essa concessão mantenha o seu valor, alegando a sua vinda e residência na Cúria, com grandes trabalhos e despesas.

Reg. Suppl. 166, fl. 226v-227.

Beatissime Pater, dudum in rotulo regis Portugalie S. V. devoto vestro Laurentio Roderici, tunc parrochialem ecclesiam sancti Michaelis de Figueiredo Bracarensis diocesis obtinenti, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, etc., ad collationem, etc., archiepiscopi et capituli ecclesie Ulixbonensis, gratiam fecit expectativam, prout in litteris super ea confectis plenius continetur. Verum, Pater Beatissime, idem Laurentius dubitat gratiam et litteras predictas quoad beneficium cum cura expirasse, pro eo quod ipse postmodum, predicta parrochiali ecclesia sancti Michaelis per eum causa permutationis in manibus Ordinarii facte pro perpetua vicaria parrochialis ecclesie sancti Stephani de Alanquerio Ulixbonensis diocesis ac portione in eadem ecclesia eidem vicarie annexa dimissa, vicariam ipsam, que cum cura est, una cum dicta portione ex supradicta permutationis causa extitit auctoritate ordinaria pacifice assecutus. Idcirco supplicat S. V. prefatus Laurentius, qui ad Romanam Curiam cum magnis laboribus et expensis personaliter accessit ac residet, quatinus, ne gratie litterarumque predictarum propter premissa frustretur effectu, gratiam et litteras huiusmodi una cum processibus in eo statu [fl. 227] eoque vigore, quo ante permutationem et assecutionem predictas existebant, reponere, restituere et reintegrare, ipsasque valere ac suum effectum sortiri debere, decernere et declarare in omnibus et per omnia perinde ac si permutatio et vicarie cum sua portione predicta assecutio minime facte extitissent. Non obstañ quod forsan prefatam parrochialem sancti Michaelis ecclesiam ex voluntate et decreto eiusdem S. in dictis litteris appositis in eventum assecutionis alterius beneficii curati idem Laurentius dimittere fuerit astrictus. Non obstañ etiam vicaria cum eidem annexa portione predicta et gratia sibi facta de quadam portione sine cura in ecclesia beate Marie de Aruta dicte Ulixbonensis diocesis, quarum fructus, etc., nonaginta florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat et sub prima data.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, pridie Idus Martii, anno sexto.

687-689

1423, Março 20

Súplicas do barão Gonçalo Vasques Coutinho, marechal del-rei de Portugal, sobre a faculdade de seis ou sete capelães seus poderem dizer missa para as pessoas de sua família, ainda que ele esteja ausente, sobre a união de duas capelas do mosteiro de Santa Maria de Salzedas para sepultura sua e dos seus, e sobre a confirmação do direito de padroado na igreja paroquial de Santa Maria de Soveroso da diocese de Lamego.

Reg. Suppl. 166, fl. 235-235v.

Dignetur S. V. devoto vestro nobili baroni Gunsalvo Valasci Cotinho, merescallo regis Portugalie, concedere ut cappellani capelle sue, quam secum ducet, continue sex vel septem numero, in quibuscumque civitate vel diocesi in comitiva dicti nobilis existentes, etiam si contingat ipsum ad aliquas partes se transferre et capellanos suos huiusmodi in domo propria dimittere inibi, eo absente, filiis et filiabus suis et familia domus sue, absque cuiusvis

diocesani vel alterius licentia missas et alia divina officia celebrare valeant. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac provincialibus et synodalibus ceterisque contrariis quibuscumque, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. —*Fiat in forma. O.*

688. Beatissime Pater, exponitur S. V. pro parte prefati nobilis quod cum ipse habeat in monasterio sancte Marie de Salzeda Cisterciensis ordinis Lamecensis diocesis quamdam capellam, in qua pro illis de genere suo decedentibus sepultura communis habetur, que quidem capella parva existit, ac prope ipsam capellam consistat quedam alia capella maior, in qua ab olim corpus fundatoris ipsius monasterii sepultum existit, quod postmodum alibi translatum videlicet prope altare maius eiusdem monasterii sepultum fuit, prout de presenti quiescit, [fl. 235v] ac prefatus nobilis cupiat prefatam suam capellam parvam ampliari facere, idcirco supplicat eidem S. prefatus nobilis quatinus sibi specialem gratiam facientes, concedere dignemini ut prefatas duas capellas de licentia abbatis et conventus eiusdem monasterii ad invicem incorporare ac ex illis unam capellam pro sua et suorum sepultura communi huiusmodi [instituere] libere et licite valeat, constitutionibus et ordinationibus ac provincialibus et synodalibus necnon statutis, etc., monasterii et ordinis predicti et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. —*Fiat et committatur. O.*

689. Pater Sancte, cum idem nobilis vester devotus extiterit et existat verus patronus ac in possessione iuris patronatus parrochialis ecclesie sancte Marie de Soveroso Lamecensis diocesis, que ab olim in quodam loco silvestri seu montano consistebat ipsaque ecclesia pro nunc ad locum populatum et planum translata seu mutata et in illo reedificata existat, supplicat S. V. prefatus nobilis, ne propter mutationem seu reedificationem dicte ecclesie circa ius patronatus huiusmodi et presentandi personam ydoneam ad ipsam, suarum vacationum temporibus, sibi valeat aliquod preiudicium generari, quatinus sibi huiusmodi ius patronatus et presentandi, quemadmodum ante mutationem seu reedificationem huiusmodi illud habebat, sibi reservare ac concedere et conferre dignemini. Non obstañ nova reedificatione seu mutatione ecclesie huiusmodi ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac provincialibus et synodalibus et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. —*Fiat prout de iure. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertiodecimo Kalendas Aprilis, anno sexto.

690

1423, Março 24

Antão Martins, deão de Évora e residente na Cúria, tendo obtido o indulto de receber os proventos de seus benefícios sem obrigação da residência pessoal, pede que as letras apostólicas sejam expedidas como indulto só para os residentes na Cúria.

Reg. Suppl. 165, fl. 18v.

Beatissime Pater, nuper S. V. devoto vestro Antonio Martini, decano ecclesie Elborensis, ut in decanatu dicte ecclesie vel aliquo beneficiorum suorum, que tunc obti-

nebat et imposterum obtineret, residendo, fructus, etc., omnium beneficiorum suorum in absentia percipere valeret usque ad certum tempus indulsit, prout in supplicatione desuper signata latius continetur. Cumque, Pater Sancte, idem Antonius qui in Romana Curia residet, cupiat litteras super ipso indulto solum tamquam pro in eadem Curia residentibus expediri, supplicat eidem S. idem A[ntonius] quatinus litteras ipsas pro eodem residente in dicta Curia et non aliter expediri mandare dignemini et cum clausulis in eadem contentis. — *Concessum.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, nono Kalendas Aprilis, anno sexto.

691

1423, Março 26

Rodrigo Lopes, cónego de Évora, completa súplica relativa ao indulto por sete anos sobre a recepção dos proventos dos seus benefícios, sem obrigação da residência pessoal.

Reg. Suppl. 167, fl. 11v.

Reformatio Roderici Lopi, canonici Elborensis, super licentia de fructibus percipiendis in absentia eidem concessa (1).

Dignetur S. V. litteras apostolicas super supplicatione, cuius copia suprascribitur, et quam S. V. pro devoto vestro R[oderico] suprascripto per *Fiat* gratiose signavit in cancellaria eiusdem S. ut ipse R[odericus] in Studio, ubi illud vigeat generale, aut huiusmodi obsequiis dicti episcopi insistendo seu in Romana Curia residendo, huiusmodi fructus, etc., beneficiorum suorum supra expressorum usque ad septennium percipere possit in omnibus et per omnia, prout superius petitum est, expediri mandare de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, septimo Kalendas Aprilis, anno sexto.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

692

1423, Março 28

João Domingues e Constança Anes, da diocese de Coimbra, pedem a convalidação do seu matrimónio, porque, depois de mais de cinco anos de casados, descobriram a existência de impedimento de parentesco espiritual entre si, enquanto o pai da dita Constança, o qual era sacerdote, tinha baptizado o sobredito João Domingues.

Reg. Suppl. 167, fl. 83v-84.

Beatissime Pater, devoti vestri Johannes Dominici et Constantia Johannis, mulier, Colimbriensis diocesis, olim ignorantes aliquod impedimentum inter eos existere quominus possent matrimonialiter invicem copulari, matrimonium per verba de presenti publice in facie Ecclesie, bannis editis et aliis iuxta morem patrie servatis, contraxerunt, carnali copula consummarunt et prolem exinde procrearunt. Postmodum vero, quinque annis et ultra, postquam in huiusmodi matrimonio steterunt simul et vixerunt, elapsis, quorumdam insinuatione antiquorum extitit compertum quod pater dicte Constantie, qui presbyter erat, Johannem predictum baptizavit, ipsa Constantia iam ab eo procreata et propterea sententia divortii inter ipsos auctoritate ordinaria promulgata, que sententia, si executioni demandaretur, et ipsi perpetuo remanerent ab invicem separati, gravia possent exinde scandala et pericula verisimiliter exoriri. Quare supplicatur humiliter pro parte dictorum Johannis et Constantie quatinus cum eis ut, impedimento cognationis spiritualis, quod ex premissis provenit, non obstante, in eorum sic contracto matrimonio licite permanere valeant, dignemini misericorditer dispensare, prolem susceptam et suscipiendam exinde legitimam (1) decernentes, sententia Ordinarii predicta, constitutionibus apostolicis ceterisque in contrarium editis et facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud [fl. 84] Sanctum Petrum, quinto Kalendas Aprilis, anno sexto.

(1) No ms. *legitima*, com sinal de erro.

693

1423, Março 30

Antão Martins, deão de Évora e residente na Cúria, pede a expedição das letras apostólicas sobre o indulto que lhe fora concedido por cinco anos sobre a recepção dos proventos de seus benefícios, sem obrigação da residência pessoal, só com a cláusula relativa à residência na Cúria ou em estudo Geral, omitida a alusão à residência noutro benefício.

Reg. Suppl. 165, fl. 32v-33.

Beatissime Pater, S. V. devoto vestro Antonio Martini, decano ecclesie Elborensis, ut in decanatu eiusdem ecclesie aut altero beneficiorum suorum ecclesiasticorum [fl. 33] que obtinet et imposterum obtinebit, fructus, etc., aliorum beneficiorum in eius absentia usque ad quinquennium percipere valeret indulsit, prout in supplicatione desuper signata, latius continetur. Cum autem, Pater Sancte, idem Antonius, qui in Curia personaliter constitutus existit, cupiat huiusmodi indultum ac litteras super eo conficiendas, omissa clausula in altero, etc., in dicta Curia residendo vel in Studio generali insistendo expediri, supplicat igitur eidem S. quatinus litteras predictas super hoc conficiendas expediri mandare dignemini, et cum clausulis in eadem supplicatione contentis. — *Concessum.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Kalendas Aprilis, anno sexto.

694

1423, Abril

Antão Martins, cubiculário do papa, deão de Évora e residente na Cúria, pede a expedição das letras apostólicas sobre o indulto da recepção dos proventos de seus benefícios com a cláusula da residência na Cúria ou em Estudo Geral, omitida a cláusula sobre a residência em algum de seus benefícios.

Reg. Suppl. 165, fl. 212v-213.

Beatissime Pater. Nuper S. V. devoto vestro cubiculario Antonio Martini, decano [fl. 213] ecclesie Elborensis, ut in aliquo beneficiorum suorum ecclesiasticorum, que obtinet, fructus, etc., aliorum suorum beneficiorum in absentia sua percipere valeret per quinquennium indulsit, prout in supplicatione manu vestra beatissima signata latius continetur. Cumque, Pater Sancte, idem Antonius cupiat in Romana Curia residere vel in Studio generali insistere, supplicat eidem S. quatinus litteras super eodem indulto apostolicas conficiendas, omissa clausula in aliquo beneficiorum suorum, etc., cum huiusmodi clausula in Romana Curia vel Studio generali, expediri mandare dignemini de gratia speciali. Et cum clausulis in eadem supplicatione contentis. — *Concessum* (1).

(1) Na terceira súplica depois desta vem a seguinte data: *Concessum ut petitur.* Datum Rome apud Sanctum Petrum, decimo septimo Kalendas Maii, anno sexto.

695-700

1423, Abril 9

Várias súplicas de Frei João de Baeça, franciscano da província de Castela, sobre várias graças e privilégios no exercício de seu múnus de missionário e de vigário geral nas Canárias com os poderes respectivos, à semelhança das ilhas da Córsega e da Sardenha, e outras graças a favor dos franciscanos que para lá forem com ele, e conventos, a fundar aí.

Reg. Suppl. 167, fl. 39v-40v. Publicadas em *Monumenta Henricina*, III, Coimbra 1961, n.º 32.

Beatissime Pater. Exponitur S. V. pro parte devoti fratris Johannis de Baeça, ordinis fratrum Minorum professi, provincie Castelle dicti ordinis, quod dudum ipse cum licentia Petri de Luna, olim B[enedicti] (1) xiii in sua obedientia nuncupati, necnon quondam Johannis ipsius ordinis generalis ministri, ad insulas Canarias, in quibus (2) aliqui utriusque sexus, recognito de a paucis citra temporibus, relicta infidelitate, ad fidem catholicam conversi fuerant, se transtulit ibique verbum Dei fidelibus et nonnullis aliis infidelibus ad fidem ipsam converti cupientibus publice predicavit. Cum autem, Pater Sancte, idem Johannes, pro continuatione rei iam incepte, ad partes ipsas, de quibus ad sedem apostolicam pro nonnullorum ibidem expositione negotiorum accessit, se transferre proponat ac dictus Petrus de Luna eidem Johanni fundandi in qualibet ex dictis quatuor insulis unum monasterium ipsius ordi-

nis licentiam concesserit, supplicat eidem S. prefatus Johannes quatinus supplicationes infrascriptas, attento fidei favore, dignetur misericorditer concedere de dono et gratia speciali.

696. Et primo supplicat S. V. prefatus Johannes quatinus concessionem ipsius, de qua supra fit mentio, misericorditer confirmantes, dignetur ipsum Johannem vicarium generalem in ipsis insulis cum tanta et plena potestate, quantam ipsius ordinis generalis minister habet, ad instar insularum in Corsiga et Cerdenia constitutarum, ita quod, cedente vel decedente ipso Johanne, liceat fratribus ipsarum insularum Canarie loco ipsius vicarii cedentis vel decedentis perpetuis temporibus alium vicarium generalem eligere ipseque sic electus et per ministrum ipsius ordinis in regno Castelle confirmatus, ad quem huiusmodi electionis confirmatio pertineat, huiusmodi officium vicariatus exercere libere et licite valeat, qui minister recipiat auctoritatem confirmandi a generali ministro semel pro semper.

697. Item etiam supplicat eidem S. predictus Johannes quod quicumque fratres ipsius ordinis ad insulas prefatas transire volentes, cum licentia ipsius vicarii, ac fratres ibidem commorantes ad quascumque christianorum partes pro necessariis monasteriis et fratribus eiusdem ordinis in dictis insulis se transferre, cum licentia dicti vicarii, libere et licite valeant, eadem S. concedere dignetur ([3]) sine contradictione alicuius prelati, qui fuerint et sint ([4]) boni et fortes in fide et nullo modo fugitivi vel scandalosi.

698. Item quod fratres ipsius ordinis ibidem commorantes christifidelibus vel ad dictam fidem converti volentibus in eisdem insulis habitantes ob defectum clericorum secularium omnia ecclesiastica sacramenta ministrare valeant libere et licite, constitutionibus apostolicis non obstantibus et aliis quibuscumque.

699. Item quod fratres et vicarius prefati qui ibidem erunt pro tempore omnibus privilegiis per sedem apostolicam vel quoscumque alios eidem ordini concessis gaudere valeant et quod episcopi ipsarum insularum plus iurisdictionis in ipsos vicarium et fratres nullatenus exercere valeant, quam alii prelati in aliis mundi partibus in fratribus ordinis habere consueverunt.

700. Item dignetur S. V. concedere ac licentiam impertiri vicario qui nunc est vel qui pro tempore fuerit, quod possit et valeat recipere facere per interpositam personam secularem, etiam distribuere pecunias et alias res que a christifidelibus et a quibusvis personis largite et donate ac date fuerint pro necessitatibus et commodo ecclesiarum et fratrum qui nunc in insulis Canarie sunt vel erunt pro tempore, regulis et constitutionibus dicti ordinis, etiam aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque.

Fiat de omnibus. O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quinto Idus Aprilis, anno sexto.

([1]) Bento XIII ou papa Luna, porque seu nome era Pedro de Luna antes de ascender ao sólio pontifício, cardeal diácono de Santa Maria in Cosmedin criado pelo antipapa Clemente VII em 20 de Dezembro de 1375, foi eleito papa em Avinhão a 28 de Setembro de 1394 e deposto pelo Concílio de Constança a 26 de Julho de 1417. Morreu em 23 de Maio de 1423. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 22, 29.

([2]) No ms. *qua.*

([3]) No ms. *dignemini*, com sinal de erro.

([4]) No ms. *sunt.*

701-702

1423, Abril 22

Lourenço Martins, perpétuo porcionário da igreja paroquial de S. Nicolau de Santarém, renova súplica sobre a nova provisão da perpétua porção da igreja de Santa Maria de Arruda, por ter errado na indicação do valor dos seus rendimentos. Lourenço Rodrigues, perpétuo vigário da igreja paroquial de Santo Estêvão de Alenquer, faz igual pedido.

Reg. Suppl. 165, fl. 218v-219.

Beatissime Pater. Nuper S. V. devoto vestro Laurentio Martini, perpetuo portionario in parrochiali ecclesia sancti Nicolai ville Santereneñ Ulixbonensis diocesis, de quadam perpetua portione in parrochiali ecclesia sancte Marie de Aruta dicte diocesis, tunc per obitum quondam Johannis de Bracara, extra Romanam Curiam defuncti, vacante et quam auctoritate ordinaria sibi collatam assecutus fuerat, per suas litteras, quas presentibus habentes pro expressis, de novo gratiose provideri mandavit, prout in ipsis litteris plenius continetur. Cum autem, Beatissime Pater, in fructibus, etc., dicte portionis inadvertenter erratum sit, nam in dictis litteris reperitur expressum quod huiusmodi fructus predicte (1) portionis triginta quinque florenorum auri de camera communi extimatione (2) valorem annuum non excedunt, cum tamen, ut fertur, revera fructus ipsi dictum valorem excedant, licet ultra quadraginta quinque similes florenos secundum eamdem extimationem non valeant annuatim, et propterea prefatus Laurentius timet litteras ipsas et processus habitos vel habendos desuper de surreptionis vitio impugnari seque super illis et dicta portione imposterum molestari posse, supplicat S. V. dictus Laurentius quatinus litteras predictas ac [fl. 219] omnia et singula in eis contenta (3) in omnibus et per omnia perinde valere ac si in eisdem litteris expressum fuisset quod fructus, etc., portionis huiusmodi quadraginta quinque florenorum similium et non triginta quinque communi extimatione valorem annuum non excedunt, dictusque error inibi nullatenus commissus existerent (*sic*) decernere et declarare dignemini de gratia speciali. Non obstantibus omnibus in dictis litteris contentis ceterisque contrariis quibuscumque. Et cum clausulis oportunis ac gratia expectativa cum eius extensione, si quas habet, in cancellaria exprimendis.

702. Item, Beatissime Pater, dudum etiam S. V. devoto vestro Laurentio Roderici, perpetuo vicario in parrochiali ecclesia sancti Stephani de Alanquerio Ulixbonensis diocesis, de quadam alia perpetua portione in dicta ecclesia sancte Marie de Aruta, tunc per obitum condam Johannis Johannis, extra Romanam Curiam defuncti, vacante et quam idem Laurentius vigore cuiusdam gratie expectative per S. V. facte et etiam auctoritate ordinaria sibi collatam assecutus fuerat, per suas litteras, quas similiter presentibus habentes pro expressis (4), de novo gratiose provideri mandavit, prout in ipsis litteris et processibus desuper confectis plenius continetur. Cum autem, Beatissime Pater, similiter in fructibus, etc., dicte portionis inadvertenter erratum sit, nam in dictis litteris etiam expressum reperitur quod huiusmodi fructus, etc., triginta quinque florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, cum tamen revera, ut fertur, fructus ipsi eumdem valorem excedant, licet ultra quadraginta quinque similes

florenorum secundum extimationem predictam non valeant annuatim, et propterea dictus Laurentius timeat predictas litteras ac processus habitos vel habendos desuper de surreptionis vitio impugnari seque super illis et dicta portione molestari posse imposterum, supplicat igitur S. V. dictus Laurentius quatinus litteras predictas et etiam processus ac omnia et singula in eis contenta (5) in omnibus et per omnia perinde valere ac si in eisdem litteris et processibus expressum fuisset quod fructus, etc., dicte portionis quadraginta quinque et non triginta quinque florenorum similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt dictusque error inibi commissus nullatenus fuissent (*sic*), decernere et declarare dignemini de gratia speciali. Non obstantibus omnibus in dictis litteris et processibus contentis ceterisque contrariis quibuscumque. Et cum clausulis oportunis ac gratia expectativa cum eius extensione, si quas habet, in cancellaria exprimendis.

Concessum ut petitur pro utroque.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimo Kalendas Maii, anno sexto.

---

(1) No ms. o corrector ajuntou por cima a preposição *pre* antes de *dicte.*

(2) Depois de *extimatione* vêm riscadas as seguintes palavras: *non valeant annuatim et propterea prefatus Laurentius timeat litteras ipsas et processus habitos vel habendos.*

(3) A seguir à palavra *contenta* foram riscadas as palavras *ab earum data,* ao que o corrector ajuntou a sua inicial *P.*

(4) No ms. *expresso,* com sinal de erro.

(5) Depois da palavra *contenta* vêm riscadas as palavras *ab earum data,* com a indicação do nome *P.* ou seja do hebdomadário. Na margem direita do texto, a anotação: *sic cassatum in originali. P.*

703

1423, Maio 2

Pedro Gonçalves, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Óbidos, solicita o canonicato e prebenda de Lisboa, vacantes ou quando vagarem pela promoção a bispo do Porto de Antão Martins, cubiculário pontifício e deão de Évora.

Reg. Suppl. 167, fl. 79.

Supplicat S. V. humilis et devotus vester Petrus Gonsalvi, rector, prior nuncupatus, parrochialis ecclesie beate Marie de Obedis, prioratus nuncupate, quatinus sibi gratiam facientes specialem, de canonicatu et prebenda ecclesie Ulixbonensis, vacantibus vel dum vacabunt per promotionem factam de persona Antonii Martini, S. V. cubicularii, ad ecclesiam Portugalensem (1) et munus consecrationis impendendum eidem, quorum fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum importat. secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, cum illos ut prefertur aut per lapsum temporis de consecrandis episcopis a canonibus diffiniti aut alias quovis modo vacare contigerit, etiam si actu alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per liberam resignationem alicuius per eum de illis in Romana Curia vel extra eam, etiam coram nota-

rio publico et testibus sponte factam, vacent, etiam si generaliter vel specialiter reservati, devoluti aut litigiosi sint, eidem Petro dignemini misericorditer providere. Non obstañ dicta parrochiali ecclesia, cuius fructus, etc., similiter centum octuaginta librarum Turonensium similium importat. secundum eamdem extimationem valorem annuum non excedunt, quam obtinet, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, sexto Nonas Maii, anno sexto.

---

(1) D. Antão Martins, cubiculário pontifício e deão de Évora, foi nomeado bispo do Porto por Martinho V a 10 de Março de 1423, após a transferência de D. Vasco Peres para a sé de Évora. Foi elevado à dignidade cardinalícia por Eugénio IV a 18 de Dezembro de 1439. Sendo cardeal-presbítero de S. Crisógono, era conhecido como cardeal de Portugal (*Portugalensis*). Morreu em Julho de 1447, na igreja do seu título, em Roma. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 407; II, p. 8, 29, 62, 218.

704-705

1423, Maio 4

Súplicas de indulgências, a favor dos que contribuirem para a construção de conventos franciscanos nas ilhas Canárias, e sobre a expedição gratuita das bulas relativas às concessões feitas ao vigário geral Frei João de Baeça e frades das ditas ilhas.

Reg. Suppl. 167, fl. 112.

Dignetur S. V. omnibus christifidelibus qui ad fabricam, ornamenta et alia necessaria domorum ordinis fratrum Minorum professorum (1) insulis Canarie iam receptorum (2) et imposterum edificandorum (3) pias elemosinas et alia caritativa subsidia erogaverint, quinque annos et quinque quadragenas de iniunctis eis penitentiis usque ad decennium duraturas misericorditer relaxare. Et quod per quemcumque iidem fratres id facere valeant. — *Fiat ut petitur. O.*

705. Dignetur S. V. omnibus abbreviatoribus, scriptoribus, bullatoribus et registratoribus et aliis quibuscumque cancellarie officialibus eiusdem V. S. Curie Romane ceterisque officialibus litteras apostolicas super gratiis et negotiis vicarii et fratrum insularum Canarie devoto vestro fratri Johanni de Baeça (4), vicario insularum, expediri mandare gratis ubique de eiusdem S. mandato in camera et alibi misericorditer concedere dignemini. Cum non obstañ et aliis in contrarium editis quibuscumque. — *Fiat ubique. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto Nonas Maii, anno sexto.

---

(1) No ms. sinal de erro depois da palavra *profess.*, talvez a designar a falta da palavra *in.*

(2) No ms. *recepta*, com sinal de erro.

(3) No ms. *edificanda*, com sinal de erro.

(4) No ms. *Barca.*

706

1423, Maio 5

Súplica de D. Afonso, conde de Barcelos, e Dona Constança, filha do conde de Gijón e neta del-rei D. Fernando, para o papa os dispensar do impedimento de consanguinidade.

Reg. Suppl. 167, fl. 130v-131.

Beatissime Pater. Cum humillimi et devotissimi eiusdem S. et sancte Romane Ecclesie filii Alfonsus, comes de Ba[r]cellos, serenissimi principis [fl. 131] Johannis, regis Portugalie natus, et Constantia, quondam Alfonsi comitis de Gijon nata, ex certis rationabilibus causis desiderent invicem matrimonialiter copulari, sed quia dictus Alfonsus secundo et Constantia tertio consanguinitatis gradibus invicem sunt coniuncti, ex eo scilicet quod quondam Fernandus, rex Portugalie, qui eiusdem Alfonsi genitoris germanus erat, dicte Constantie avus, scilicet genitor matris ipsius Constantie erat, huiusmodi eorum desiderium adimplere nequeunt, dispensatione super hoc apostolica non obtenta, supplicant S. V. dicti Alfonsus et Constantia quatinus cum eis ut, impedimento quod ex premissis provenit non obstante, matrimonium inter se contrahere et in eo, postquam contractum fuerit, perpetuo remanere libere et licite valeant dignemini misericorditer dispensare, prolem ex huiusmodi matrimonio suscipiendam legitimam decernendo, cum clausulis oportunis. —*Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Nonas Maii, anno sexto (1).

(1) Cf., nos n.os 644-645, as súplicas do bispo de Évora D. Pedro e de Dona Constança sua irmã.

707

1423, Maio 5

João Rodrigues, clérigo de Lisboa, pede nova provisão da perpétua porção da igreja paroquial de Santa Justa de Lisboa.

Reg. Suppl. 167, fl. 229.

Beatissime Pater, vacante dudum perpetua portione parrochialis ecclesie sancte Juste Ulixboneñ per renuntiationem de ea factam extra Romanam Curiam in manibus rectoris predicte ecclesie per quemdam Petrum Valasci, ipsius ecclesie portionarium, quidam Martinus Fernandi, clericus Ulixbonensis diocesis, de eadem per eumdem priorem, ad premissa de consuetudine potestatem habentem, obtinuit provideri atque possessionem ipsius extitit assecutus et deinde idem Martinus Fernandi predictam in manibus Ordinarii videlicet archiepiscopi resignavit, qui quidem archiepiscopus ipsam portionem ad presentationem maioris partis portionariorum ipsius ecclesie devoto oratori vestro Johanni

Roderici, clerico Ulixbonensi, providit, cuius provisionis vigore possessionem ipsius extitit assecutus, quam tenet et possidet de presenti. Supplicat igitur S. V. idem Johannes quatinus sibi de dicta perpetua portione, cuius fructus, etc., viginti quinque florenorum auri de camera valorem annuum non excedunt, sive premisso aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacet, et generaliter vel specialiter reservata aut devoluta et litigiosa sit, eidem Johanni de novo dignemini misericorditer providere et cum aliis clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Nonas Maii, anno sexto.

708-711

1423, Maio 8

Súplica de Luís Coutinho, escolar da diocese de Lamego, filho do nobre Gonçalo Vaz Coutinho, marechal d'el-rei de Portugal, e de Dona Joana, de origem régia, o qual, na idade de sete anos, desejando estudar num Estudo Geral, pede a pluralidade de benefícios depois de ingressar na milícia clerical. Igualmente Vasco Martins de Sousa e Fernando Álvares Camelo, clérigos da diocese do Porto, de descendência nobre, filhos de barões portugueses duma parte e doutra de origem régia, com 16 e 14 anos, respectivamente, e com o propósito de estudarem em Estudo Geral, solicitam a pluralidade de benefícios. Rodrigo de Moura, nobre, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, pede graça idêntica. E o sobredito marechal do reino de Portugal, Gonçalo Vasques Coutinho, da diocese de Lamego, pede a faculdade de poder dispor do morgado de Medelo, fundado pelo bispo de Évora D. Gerardo, apesar de não ser descendente deste.

Reg. Suppl. 167, fl. 181-182.

Supplicat S. V. devotus vester Ludovicus Coutinho, scolaris Lamecensis diocesis, qui nobilis baronis domini Gunsalvi Valasci Coutinho, domini regis Portugalie marescalli, ac domine Johanne de alta stirpe regia, eius uxoris, natus et in septimo vel circiter sue etatis anno constitutus existit ac etiam qui in Studio generali studere proponit, quatinus secum ut, postquam alias rite fuerit clericali caractere insignitus, beneficium ecclesiasticum curatum, etiam si dignitas vel parrochialis ecclesia fuerit, necnon quecumque, quotcumque et qualiacumque alia beneficia ecclesiastica sine cura, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus, administrationes vel officia in metropolitanis aut aliis cathedralibus aut collegiatis ecclesiis fuerint, ita quod huiusmodi beneficium cum cura per aliquam personam ydoneam, donec ipse Ludovicus ad etatem legitimam pervenerit, regatur et gubernetur, recipere et insimul retinere illaque beneficia supradicta simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum seu ecclesiastica, recipere et retinere valeat dispensare dignemini de gratia speciali, ita quod canonicatus et prebende et alia beneficia, administrationes et officia sine cura in titulum sibi libere conferri, beneficium vero cum cura auctoritate presentium sibi in commendam perpetuam concedi et quod quam primum ad vicessimum secundum annum pervenerit, beneficium huiusmodi curatum sic ei perantea commendatum possit sibi

conferri et assignari ipseque ex tunc illud in titulum obtinere valeat, defectu etatis huiusmodi et constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et dispensamus etiam ad administrationem unius dignitatis. O.*

709. Supplicant S. V. devoti vestri Valascus Martini de Sousa et Fernandus Alvari Camelo, clerici Portugalensis diocesis, qui de alta stirpe regia ex una et de nobili genere illustrium baronum regni Portugalie ex altera de legitimo matrimonio procreati et qui Valascus in sextodecimo et Fernandus in quartodecimo suarum etatum annis vel quasi constituti existunt, ac etiam qui in Studio generali studere proponunt, quatinus secum ut quecumque, quotcumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, etiam si dignitates, personatus, administrationes vel officia in metropolitanis seu aliis cathedralibus aut collegiatis ecclesiis et dignitates ipse curate et elective ac maiores post pontificales et principales fuerint, necnon duas ex huiusmodi dignitatibus [fl. 181v] vel unam ex ipsis et unum aliud illis incompatibile, etiam si parrochialis ecclesia fuerit insimul, ita quod dignitates ac parrochiales ecclesie et alia beneficia curata huiusmodi per aliquam personam ydoneam, donec ipsi ad etatem legitimam pervenerint, regantur et gubernentur, recipere et insimul quoad vixerint retinere vel exercere illaque beneficia supradicta, simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, dimittere et loco dimissi vel dimissorum, aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum seu ecclesiastica, recipere et quoad vixerint retinere valeant, dispensare dignemini de gratia speciali, ita quod beneficia huiusmodi, administrationes et officia sine cura in titulum sibi libere conferri, beneficia vero curata auctoritate presentium sibi in commendam perpetuam concedi et quod quamprimum ad vicesimum secundum annum pervenerint, dignitates ac personatus cum cura necnon parrochiales ecclesie, sic eis per antea commendate, possint sibi conferri et assignari ipsique illa ex tunc in titulum obtinere valeant, defectu etatis huiusmodi et constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro utroque et dispensamus. O.*

710. Beatissime Pater, cum alias S. V. cum nobili Roderico de Moura dispensavit quod, defectu natalium non obstante, possit recipere et retinere beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, etc., supplicat igitur eidem S. V. idem Rodericus quatinus secum qui nobilis et de nobili genere procreatus existit, dispensare dignemini ut duo quecumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, invicem incompatibilia, etiam si dignitates, personatus, administrationes vel officia curata et electiva in prefatis ecclesiis, etiam maiores post pontificales et principales aut parrochiales ecclesie aut mixtum fuerint, si sibi alias canonice conferantur, aut eligatur [ad illa] (1) insimul obtinere quoad vixerit ea simpliciter vel ex causa permutationis, totiens quotiens voluerit, dimittere et alia duo similia vel dissimilia, ut in eius supplicatione exprimitur, recipere et quoad vixerit retinere libere et licite valeat, etiam defectu natalium predicto ac generalis concilii, statutis et consuetudinibus, etc., et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

711. Exponitur S. V. pro parte humilis et devoti viri nobilis baronis Gunsalvi Valasci Coutinho Lamecensis diocesis, marescalli regni Portugalie, quod cum ipse quemdam legatum maioricatus de Meedello, alias [fl. 182] moorgado vulgariter nuncupatum,

et fortitudo de Bouças, per bone memorie Gerardum episcopum Elborensem (2) de bonis temporalibus, per eum aliunde quam ab ecclesia Elborensi licite acquisitis factum et fundatum et quem maioricatum idem episcopus tunc per Valascum Martini, rectorem parrochialis ecclesie sancti Jacobi de Begia Elborensis diocesis, nepotem suum Stephanum Dominici, canonicum Elborensem, Egidium quondam Vincentii Dominici, fratris eiusdem episcopi natum, ac ipsius Egidii primogenitum legitimum et naturalem, bone conditionis et fame, ac omnes alios filios ab eodem Egidio legitime descendentes, ipsis vero masculis decedentibus, primam filiam etiam legitimam et naturalem ac bone fame, ipsisque filiabus similiter decedentibus, nepotes dicti Egidii, ac filiis et filiabus huiusmodi decedentibus, propinquiorem ex linea paterna masculum legitimum clericum sive laicum bone fame, propinquiore vero huiusmodi deficiente, ex linea materna propinquiorem consanguineum vel consanguineam, unum videlicet post alium, universales heredes instituit ac etiam deputavit, prout plenius in huiusmodi legato dicitur contineri. Cum autem, Pater Sancte, prefatus Gunsalvus, marescallus, qui nequaquam de descendentibus dicti episcopi existit, post nonnulla tempora ac cursus et mutationes prefati maioricatus ac bonorum illius, que omnia et singula per nomina, cognomina, confines et designationes hic habere dignemini pro sufficienter expressis, ab aliquibus ex heredibus seu descendentibus huiusmodi acquisierit ac possideat de presenti, dubitet propter voluntatem et ordinationem seu testamentum dicti episcopi maioricatum ipsum alteri quam filio primogenito concedere posse, an vero ut omnino extraneus vel alienus ut de bonis propriis et quasi castrensibus posse pro suo arbitrio disponere et in ea parte dicti episcopi testamento censeatur derogatum, ideo supplicat S. V. prefatus marescallus quatinus ipsum specialibus et gratiosis favoribus prosequentes, sibi ut, non obstantibus omnibus et singulis supradictis et aliis per eumdem episcopum in dicta fundatione appositis, que obstare possent, concedere dignemini ut de dicto maioricatu ad nutum et arbitrium proprium in personam illius alicui ex natis suis disponere libere possit ac si huiusmodi conditiones seu modi in dicta fundatione per prefatum episcopum apposite non fuissent, presertim, Pater Sancte, cum ex eo quod huiusmodi maioricatus ad dominium ipsius supplicantis pervenit, alicui alteri non videatur preiudicium inferri. Non obstantibus constitutionibus apostolicis ac voluntate et ordinatione dicti episcopi et aliis contrariis quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat et committatur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, octavo Idus Maii, anno sexto.

(1) No ms. sinal de erro, talvez a indicar esta omissão.

(2) D. Geraldo Domingues, bispo do Porto, cerca de 1300, transferido para a sé de Palência a 16 de Setembro de 1307 e daqui para a de Évora em 30 de Abril de 1313 por Clemente V. Morreu em Março de 1321. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 236, 386, 406.

712-713

1423, Maio 9

Violante Álvares, monja do mosteiro de S. Salvador de Vairão da diocese do Porto, nobre e com cerca de 24 anos, pede a graça de ser elevada às dignidades monacais, inclusive de abadessa. João Vasques, sacerdote da diocese de Viseu, pede ao papa designe pessoa proba para se informar sobre os bens do oratório de Santo André de Trancoso, destinados aos leprosos, e do hospital ou albergaria

de S. João do mesmo lugar, de forma a que tais bens, por certas pessoas do lugar apropriados indevidamente, sejam aplicados ao verdadeiro fim ou utilidade dos leprosos e o que sobrar dessas necessidades na celebração de missas e divinos ofícios, com côngruo estipêndio para o suplicante.

Reg. Suppl. 167, fl. 182v-183.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. devota creatura vestra Violant Alvari, monialis expresse professa monasterii sancti Salvatoris de Vairam, ordinis sancti Benedicti Portugalensis diocesis, de nobili patre soluto et soluta procreata ac in vicesimo quarto vel quasi sue etatis anno constituta, quatinus secum ut quecumque beneficia seu officia ecclesiastica, per moniales dicti ordinis gubernari consueta, ac dignitates abbatiales, priorissatus vel officia, etiam si dignitates elective fuerint, si sibi alias canonice conferantur, seu eligatur ad illa, recipere et retinere libere et licite valeat, dispensare dignemini de gratia speciali, defectu predicto ac Pictavensis concilii et aliis constitutionibus ac ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus monasteriorum vel aliorum locorum, in quibus beneficia, officia et dignitates huiusmodi fuerint, et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat postquam erit in etate perfecta. O.*

713. Beatissime Pater, cum olim nonnulli christifideles Visensis diocesis de bonis suis patrimonialibus et alias a Deo sibi collatis et iuste acquisitis in suis ultimis voluntatibus certam partem huiusmodi bonorum ad pios usus pro victu et vestitu leprosorum pro tempore existentium in oratorio sancti Andree, extra castrum de Trancoso dicte diocesis, necnon hospitali sancti Johannis, situato in dicto castro, deputato ad hospitalitatem pauperum dicti loci et aliorum advenientium [fl. 183] hinc inde in helemosina pro remissione peccatorum suorum relinquissent, quorum bonorum fructus, etc., in usus dictorum leprosorum et pauperum converti deberent, habitatores vero dicti opidi, cupiditate ducti, bona huiusmodi ad dictos leprosos et hospitale spectantia ad se abdicarunt (1) et appropriarunt et in usus suos proprios pro libito voluntatis converterunt, prout etiam de presenti propria auctoritate convertunt, et quia, Pater Sancte, ex fructibus dictorum bonorum ad pias causas relictorum, unus presbyter qui missas et alia divina officia celebraret pro animabus dicta bona relinquentium per tres aut quatuor menses anni posset sustentari, ideo supplicat eidem S. V. Johannes Valasci, presbyter dicte diocesis, quatinus alicui probo viro in partibus committere et mandare dignemini ut de premissis se informet et si reppererit premissa veritate fulciri, ipsa bona ad usus leprosorum et dicti hospitalis convertat et de residuo eidem Johanni presbytero pro predictis missis celebrandis et divinis officiis ibidem fiendis et dicendis, ut prefertur, certum et congruum sallarium assignet et deputet, et si contigerit forte nullum leprosum in dicto oratorio pro tempore existere quod bona predicta pro missis celebrandis et aliis divinis officiis ibidem per eumdem Johannem presbyterum fiendis ipsi Johanni vel alteri presbytero, ipso Johanne cedente vel decedente, assignet pro cultu divino perpetuis temporibus duraturo, quorum bonorum fructus, etc., duodecim coronas auri monete de Francia annuum valorem non excedunt, eidem Johanni dignemini misericorditer providere, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat et committatur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, septimo Idus Maii, anno sexto.

(1) No ms. sinal de erro.

714

1423, Maio 11

Pedro Afonso, clérigo de Lisboa, que estudara direito canónico durante oito anos, renova súplica anterior, porque a formulação não bastava para as bulas serem feitas como ele desejava.

Reg. Suppl. 167, fl. 139-139v.

Reformatio Petri Alfonsi, clerici Ulixboñ, super dispensatione de uberiori (1).

Beatissime Pater, licet S. V. supplicationem, cuius copia suprascribitur, pro devoto vestro P[etro] supra[scrip]to per *Fiat. O.* gratiose signaverit, tamen totalis effectus dispensationis inibi petitus et presertim ad alia quatuor beneficia ecclesiastica, huius signature vigore, propter rigorem et regulas cancellarie minime venire dicatur, quare supplicat S. V. dictus P[etrus], qui per octo annos studuit in iure canonico, quatinus huiusmodi dispensationem sibi concedere et litteras desuper in ipsa cancellaria ad dicta quatuor alia beneficia sibi invicem tantum compatibilia, etiam si canonicatus et prebende ac dignitates maiores post pontificales seu principales aut personatus, administrationes vel officia curata et electiva in metropolitanis, cathedralibus vel collegiatis ecclesiis seu parrochiales ecclesie aut alias mixtim fuerint, cum clausula dimissionis simpliciter vel ex causa permutationis, etc., et alias in omnibus et per omnia, ut superius petitum est, [fl. 139v] pro eodem P[etro] expediri mandare dignemini de gratia speciali, rigore et regulis predictis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quinto Idus Maii, anno sexto.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

715

1423, Maio 11

Súplica do Infante D. Pedro, a favor do seu médico, escolar famosíssimo de teologia, João Anes, deão de Coimbra, para este reter durante a vida o deado e a porção da igreja de S. Pedro de Lisboa com qualquer igreja paroquial que lhe seja concedida.

Reg. Suppl. 167, fl. 139v.

Supplicat S. V. devota creatura vestra Petrus, dux Colimbrie, serenissimi regis Portugalie, etc., secundogenitus, quatinus sibi in personam dilecti sui medici et in theologia scolaris famosissimi Johannis Johannis, decani ecclesie Colimbriensis, gratiam facientes specialem, cum eodem Johanne, qui una cum decanatu eiusdem ecclesie, qui in illa dignitas maior post pontificalem etiam curata et electiva existit et cuius necnon portionis sine cura in ecclesia sancti Petri Ulixboneñ, quos obtinet, nonaginta librarum Turonensium parvorum fructus, redditus et proventus secundum communem extimationem valorem

annuum non excedunt, quamcumque parrochialem ecclesiam, si sibi canonice conferatur, quoad vixerit retinere libere et licite valeat, necnon decanatum et parrochialem ecclesiam predictos simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens voluerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum, aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica, duo tantum invicem incompatibilia, etiam recipere et similiter quoad vixerit retinere libere et licite valeat, generalis concilii et quibuscumque aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis nequaquam obstantibus misericorditer dispensare dignemini de gratia speciali, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis, signantes ad vitam. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quinto Idus Maii, anno sexto.

716

1423, Maio 15

Grísio Álvares, sacerdote de Lisboa, solicita a provisão da perpétua porção da igreja de Santa Maria de Alcamim, vulgarmente conhecida como de S. Cristóvão, de Lisboa, que o falecido D. Diogo, arcebispo de Lisboa, lhe tinha concedido, após a morte de Pedro Vasques.

Reg. Suppl. 165, 235v-236.

Beatissime Pater, vacante nuper perpetua portione in parrochiali ecclesia beate Marie de Alcamim, nunc sancti Christofori vulgariter nuncupata, Ulixboneñ, per obitum quondam Petri Valasci, ipsius portionis ultimi portionarii, extra Romanam Curiam defuncti, devotus vester Grisio Alvari, presbyter Ulixbonensis, vigore certarum collationis et provisionis per quondam Didacum, tunc archiepiscopum Ulixbonensem (1), eidem Grisio factarum, predictam portionem extitit assecutus, dubitat tamen collationem et provisionem et assecutionem predictas certis ex causis viribus non subsistere. Supplicatur igitur S. V. pro parte dicti G[risii] quatinus collationem et provisionem necnon assecutionem prefatas ac omnia inde secuta rata habentes et grata, sibi de dicta portione, cuius fructus, etc., quindecim librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo et per quamcumque aliam personam vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta vel alias generaliter seu simpliciter reservata existat et super ea in Romana Curia vel extra eam lis, cuius statum habentes presentibus pro expresso, pendeat indecisa, dignemini misericorditer providere, una in sancti Thome et alia in sancte Crucis Ulixboneñ necnon quadam alia in beate Marie de Turribus Novis Ulixboñ diocesis [fl. 236] parrochialibus ecclesiis sine cura, quas obtinet quarumque omnium fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium similium extimatione predicta valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria latius exprimenda, non obstantibus, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Idus Maii, anno sexto.

(1) D. Diogo Álvares. Cf. nota 1 do n.º 312.

717

1423, Maio 16

D. Lourenço, bispo de Mégara, pede conservatórias para o mosteiro de S. João de Alpendurada, de que era comendatário.

Reg. Suppl. 167, fl. 196v.

Supplicat S. V. devota creatura L[aurentius] episcopus Maiorensis (1) administratorque perpetuus monasterii sancti Johannis de Pendorada Portugalensis diocesis, quatinus sibi pro dicto suo monasterio conservatoriam usque ad decennium concedere dignemini, cum clausulis oportunis. — *Fiat in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimo septimo Kalendas Junii, anno sexto (2).

---

(1) D. Lourenço Afonso, dos eremitas de Santo Agostinho, mestre em teologia, nomeado bispo de Mégara por João XXIII em Julho de 1410, o qual lhe concedeu em comenda o mosteiro de S. João de Alpendurada no mesmo mês e ano (AV, Reg. Lat. 142, fl. 183-183v, 188-189). Cf. também EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 333. Sucedeu-lhe na sé titular e na comenda do mosteiro de Alpendurada D. Frei André Dias em Maio de 1428. Cf. SOUSA COSTA, OFM, A. D. DE, *Mestre André Dias de Escobar, figura ecuménica do século XV*, em *Estudos e Textos da Idade Média e Renascimento*, 2, Roma-Porto 1967, *Documentos*, n. 78, 92. A palavra *Maiorensis*, traduzida nos documentos portugueses como bispo de *Mayorgas* (Arq. Distrital do Porto, *Alpendurada*, n. 1, fl. 16v, 29v-30, 30-30v), não se deve confundir com *Maioricensis*, palavra designativa do bispado de Malhorca, de que era prelado neste tempo D. Luís, como claramente consta de várias súplicas, por exemplo do Reg. Suppl. 168, fl. 282v:... *Ludovico episcopo Maioricensi ...;* fl. 284v: «...*Supplicat S. V. devota creatura vestra Ludovicus Maioricensis episcopus* in personam dilecti sui Bernardi Berart, utriusque iuris bacallarii, *canonici prebendati et decani dicte ecclesie Maioricensis...*». Deve ser o mesmo que *Megarensis*. De facto, embora muito raramente, essa palavra *Maiorensis* também é aplicada a D. Frei André Dias como bispo de Mégara. Cf. SOUSA COSTA, OFM, A. D. DE, *Mestre André Dias de Escobar, loc. cit., Documentos*, n.º 84.

(2) Com datas diversas, esta súplica vem registada mais duas vezes no vol. 168 de súplicas. Cf. n.º 723, 727.

718

1423, Maio 20

Os eremitas do oratório do termo de Óbidos, situado na igreja paroquial de S. Tiago, da diocese de Lisboa, pedem a confirmação do indulto e letras apostólicas de Alexandre V sobre a isenção das décimas.

Reg. Suppl. 168, fl. 7v.

Beatissime Pater, olim pie memorie Alexander, papa quintus (1), devotis vestris pauperibus heremitis, tunc in quodam oratorio in confinibus sive terminis castri de Obedis, infra limites parrochie parrochialis ecclesie sancti Jacobi Ulixbonensis [diocesis] com-

morantibus et inibi Deo servientibus, fructibus excolentibus (2) ex quadam vinea cum arboribus fructiferis et orto, sita in parrochia dicte ecclesie, quam etiam tunc possidebant aut eorum propriis manibus excolebant, ex quibus quidem fructibus pauperes ipsi sustentabant, decimam Ordinario loci aut rectori dicte ecclesie existenti pro tempore solvere minime tenerentur, nec ad id a quoquam inviti compelli possent indulsit, prout in litteris desuper confectis latius continetur. Ut autem, Pater Sancte, pauperes ipsi liberius Domino famulentur, supplicant eidem S. quatinus indultum et litteras pro eorum subsistentia firmiori (3) rata habentes et grata, ea dignemini auctoritate apostolica confirmare, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, constitutionibus apostolicis aliisque contrariis non obstantibus quibuscumque, et cum calusulis oportunis. — *Fiat in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertiodecimo Kalendas Junii, anno sexto.

---

(1) Alexandre V, franciscano, Pedro de Candia, presbítero cardeal dos Doze Apóstolos, eleito pelo Concílio de Pisa a 26 de Junho de 1409. Morreu em Bolonha no dia 3 de Maio de 1410. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 32, 40.

(2) No ms. *exercentibus*, com sinal de erro.

(3) No ms. *firmitate*, com sinal de erro.

719-720

1423, Maio 22

Súplicas de Cristóvão Anes, perpétuo porcionário da igreja paroquial de S. Tiago de Beja, e de Dionísio Anes, perpétuo porcionário da igreja paroquial de Santa Maria do Bispo de Montemor-o-Novo, sobre a pluralidade de benefícios.

Reg. Suppl. 168, fl. 11v-12.

Sanctissime Pater. Dudum cum devoto oratore vestro Christoforo Johannis, perpetuo portionario parrochialis ecclesie sancti Jacobi de Beja Elborensis diocesis necnon qui aliam portionem in ecclesia sancti Salvatoris eiusdem ville predicteque diocesis [e]xpectat habere vigore eiusdem gratie expectative, ut super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta non obstante, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et unum beneficium ecclesiasticum, etiam si cura ei immineret animarum, obtinere valeret, auctoritate apostolica fuit dispensatum, cuius dispensationis vigore ad primam clericalem tonsuram extitit promotus et portionem in eadem ecclesia parrochiali sancti Jacobi predictam, cuius fructus, etc., viginti quinque librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, canonice sibi collatam, extitit assecutus. Supplicat igitur S. V. idem Christoforus quatinus sibi uberiorem gratiam facientes, secum ut quotcumque, quecumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus, perpetue administrationes vel officia, etiam curata et electiva in metropolitañ et cathedralibus et collegiatis et dignitates ipse in eisdem metropolitañ et cathedralibus maiores post

pontificales ac collegiatis ecclesiis principales fuerint et ad eas consueverint qui per electionem assumi quacumque auctoritate sibi conferend. recipere et retinere ac illa necnon beneficium predictum simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia beneficium vel beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica, etiam recipere et retinere libere et licite valeat, dispensare dignemini, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis.

720. Sanctissime Pater. Dudum cum devoto oratore vestro Dionisio Johannis, perpetuo portionario parrochialis ecclesie sancte Marie do Bispo castri Montis Maioris Elborensis diocesis, necnon qui aliam portionem occupat in ecclesia parrochiali sancti Martini in villa de Sintra Ulixbonensis diocesis, vigore cuiusdam gratie expectative, qui quidem Dionisius studuit per triennium in iure canonico, ut super defectu natalium quem patitur [fl. 12] de presbytero genitus et soluta non obstante ad omnes etiam sacros ordines promoveri et unum beneficium ecclesiasticum, etiam si cura ei immineret animarum, obtinere valeret auctoritate apostolica fuit dispensatum, cuius dispensationis vigore ad primam clericalem tonsuram extitit promotus et portionem in eadem ecclesia parrochiali sancte Marie predictam, cuius fructus, etc., viginti quinque librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, canonice sibi collatam extitit assecutus. Supplicat igitur S. V. idem Dionisius quatinus sibi uberiorem gratiam facientes, secum ut quotcumque, quecumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus, perpetue administrationes vel officia, etiam curata et electiva, in metropolitanis et cathedralibus et collegiatis et dignitates ipse in eisdem metropolitanis et cathedralibus maiores post pontificales ac collegiatis ecclesiis principales fuerint et ad ea consueverint qui per electionem assumi quacumque auctoritate sibi conferend. recipere et retinere ac illa necnon beneficium predictum simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, similia vel dissimilia, beneficium vel beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica, etiam recipere et retinere libere et licite valeat, dispensare dignemini, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis.

Fiat pro utroque. O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum (1), undecimo Kalendas Junii, anno sexto.

(1) No ms. notam-se as palavras *Mariam Maiorem* riscadas.

721

1423, Maio 25

O nobre Gonçalo Vasques Coutinho, a quem tinha sido dado o direito de padroado em várias igrejas, cuja aprovação fora concedida ao mesmo por Bonifácio IX e depois anulada pelo papa Inocêncio VII, pede a Martinho V mande averiguar sobre a legitimidade de tais concessões e restituir esse direito ao suplicante.

Reg. Suppl. 167, fl. 299-300v.

Beatissime Pater, exponitur S. V. pro parte humilis et devoti vestri et sancte Romane Ecclesie filii Gunsalvi Valasci Coutinho, domicelli Lamecensis diocesis, quod olim nonnulli laici et persone seculares utriusque sexus regnorum Portugalie et Algarbii, veri patroni sancti Johannis de Raiba, sancte Marie de Sobrado, sancte Marie de Rial, sancte Marie de Serdoire, sancte Marie de Nespereira, sancti Jacobi de Piões, sancti Christofori de Nogeira, sancti Pellagii de Caria, sancti Petri de Penude, sancti Johannis de Cernancelhi, beati Martini de Mouta (1), sancte Marie de Sedeellos, sancte Marie de Frechas, sancte Marie de Alverca, sancte Marie de Avelãas de Ribeira, sancti Petri de Cota, sancte Marie de Ribasancta, sancti Michaelis dal Badiosa, sancti Petri de Lardosa, sancti Michaelis de Trancoso, sancti Salvatoris de Tonda, sancti Johannis de Lobam, sancti Johannis de Vilar, sancti Jacobi de Beesteiros, sancte Marie de Dardavas, sancti Michaelis de Queirãa, sancte Marie de Ventosa, sancte Marine (2) de Moreira, sancte Evadie de Beesteiros Lamecensis predicte et Visensis ac Portugalensis diocesum parrochialium ecclesiarum, et existentes in pacifica possessione vel quasi iuris presentandi rectores ad ecclesias supradictas, ius patronatus ecclesiarum earumdem, quod tunc obtinebant, ex certis causis prefato Gunsalvo sponte et libere dederunt et concesserunt ipsumque ius a se penitus abdicantes, illud in dictum Gunsalvum eiusque heredes et successores titulo perpetue donationis transtulerunt, prout [fl. 299v] in diversis instrumentis publicis inde confectis, quorum tenores presentibus habere dignemini pro expressis, plenius continetur. Et licet deinde felicis recordationis Bonifatius nonus (3) donationes et translationes huiusmodi et quecumque inde secuta ac omnia et singula in dictis instrumentis contenta rata habentes et grata, illa auctoritate apostolica confirmaverit et per suas litteras communiverit, supplendo etiam omnes defectus, si qui forsan tunc intervenerant in eisdem, tamen postmodum pie memorie Innocentius septimus (4), eiusdem Bonifatii immediatus successor, nescitur qua suggestione circumventus, donationes, translationes et confirmationem predictas sub quadam generali revocatione sive cassatione et irritatione, quibus dicitur generaliter omnes translationes iuris patronatus per universitates et habitatores castrorum et casalium Visensis diocesis et presertim beate Marie de Frechas, sancte Marie de Alverca, etc. ac nonnullarum aliarum parrochialium ecclesiarum dicte diocesis Visensis parrochianos in potentes sive nobiles illarum partium quomodolibet factas necnon confirmationes per eumdem Bonifatium ac alios Romanos pontifices inde secutas per suas litteras cassavit et irritavit ac nullius existere decrevit firmitatis ac ecclesias ipsas in eumdem statum, in quo erant ante translationes et confirmationes reduxit et reintegravit, eisdem nobilibus districtius inhibendo ne deinceps pretextu translationum et confirmationum predictarum in preiudicium ecclesiarum necnon episcopi et aliorum, quorum interest, aliquid attemptare aut eisdem translationibus et confirmationibus quomodolibet uti presumerent vel de ecclesiis huiusmodi aliquid disponendo de illis se aliquatinus intromitterent, volens idem Innocentius dictos nobiles et alios quoscumque qui secus agerent excommunicationis sententiam incurrere eo ipso, a qua, preterquam in mortis articulo, nisi per Summum Pontificem non possent absolvi ac etiam terras et loca ipsorum interim ecclesiastico subiacere interdicto, prout in dictis litteris plenius continetur. Et quia, Pater Sancte, prefatus Gunsalvus, ne propter dictas litteras ipsius Innocentii aut non presentationem personarum ydonearum ad easdem ecclesias, illarum vacationum temporibus, a suo iure recedere vel cadere censeri posset, nichilominus interim personas ydoneas ad ecclesias [fl. 300] ipsas vacantes alias infra tempus legitimum presentavit et Ordinarii loci personas ipsas et earum presentationes huiusmodi admittere illasque in dictarum ecclesiarum rectores instituere recusarunt, graves dissensiones et scandala inter Ordinarios et Gunsalvum pre-

fatos exorta fuerunt. Ut igitur, Pater Beatissime, ipsi Gunsalvo suum ius illesum conservetur ac dissensionibus et scandalis huiusmodi materia auferatur, supplicat S. V. dictus Gunsalvus quatinus alicui probo in partibus illis committere et mandare dignemini ut se de donationibus ac iure patronatus huiusmodi universis se informet et si per informationem huiusmodi reppererit ius patronatus huiusmodi ad illos qui prefato Gunsalvo illud, ut prefertur, donarunt, spectare seu illos in pacifica possessione vel quasi presentandi personas ydoneas ad dictas ecclesias, temporibus donationum earumdem, existere, prefatas litteras dicti Innocentii auctoritate S. V. penitus revocet, casset, irritet et annullet ac illas et quecumque inde secuta nullius decernat existere roboris vel momenti dictumque Gunsalvum adversus illas in integrum et in statum in quo antequam dicte littere ipsius Innocentii processerant, erat, restituat et reponat, ipsumque etiam simpliciter et ad cautelam (5) a predicta excommunicationis sententia, in qua propterea incurrit, absolvat et huiusmodi interdictum, si quod sit, penitus relaxet et insuper donationes et translationes huiusmodi ac etiam donationes iuris patronatus sancte Lucie et sancti Johannis de Trancoso dicte Visensis diocesis parrochialium ecclesiarum per illarum patronos laicos sive parrochianos post datam litterarum dicti Innocentii ipsi Gunsalvo etiam factas et quecumque inde secuta auctoritate S. eiusdem approbet et confirmet, supplendo omnes defectus et singulos qui in eis ex eo quod ille sine auctoritate superiorum processerunt aut si qui alias intervenerint in eisdem dictasque donationes et translationes ac alia que auctoritate presentium in premissis vel circa premissa quomodolibet faciet per censuras ecclesiasticas et alia iuris remedia, etiam, si expedit, cum invocatione brachii secularis debite exequatur et alias faciat inviolabiliter observari et nichilominus eidem iudici sive probo [viro] committere seu facultatem concedere quod ipse personas ydoneas per prefatum Gunsalvum ad dictas ecclesias infra tempus legitimum presentatas et presentandas, dum et quotiens dicti Ordinarii illas indebite seu contra iustitiam admittere et in earumdem ecclesiarum [fl. 300v] rectores recusaverint, auctoritate apostolica predicta admittere possit et debeat ut ecclesiarum ipsarum diuturna vacatio que indubie animarum periculum inducere posset eo cautius evitetur. Non obstañ quod in donationibus et translationibus huiusmodi auctoritas superiorum, ut prefertur, non intervenit necnon constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac nonnullis appellationibus per dictum Gunsalvum contra prefatos Ordinarios propter non admissionem et denegationem institutionum huiusmodi ad sedem apostolicam interpositis diversisque litibus propterea motis coram diversis iudicibus pendentibus ut creditur ceterisque contrariis quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat prout de iure. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, octavo Kalendas Junii, anno sexto.

(1) No ms. *Mom.ta* com sinal de erro.
(2) No ms. *M.ne* com sinal de erro.
(3) Cf. nota 1 do n.º 48.
(4) Cf. nota 1 do n.º 206.
(5) No ms. *captellam*, com sinal de erro.

722

1423, Maio 27

Mendo Martins, cónego e mestre-escola de Coimbra, pede a absolvição de penas eclesiásticas, em que duvidava ter incorrido por não ter obedecido a certas ordens do vigário da Cúria arquie-

piscopal de Braga, relativas à questão de Álvaro Pais, tesoureiro de Coimbra, impostas ao suplicante na qualidade de oficial do bispo de Coimbra.

Reg. Suppl. 168, fl. 46v.

Beatissime Pater, exponitur S. V. pro parte devoti vestri Menendi Martini, canonici et scolastici ecclesie Colimbriensis, quod, cum olim quidam Alvarus Pelagii, tunc thesaurarius et canonicus dicte ecclesie Colimbriensis, in causa per eum contra capitulum dicte ecclesie super certis offertoriis et rebus aliis tunc expressis coram episcopo Colimbriensi mota a quibusdam gravaminibus ei illatis ad Curiam archiepiscopalem Bracharensem, loci metropoliticam, appellasset et deinde vicarii in spiritualibus archiepiscopi Bracharensis in causa appellationis huiusmodi procedentes, eidem Menendo Martini, tunc officiali dicti episcopi, mandassent ut infra certum tunc expressum terminum ad quamdam inquisitionem ad huiusmodi causam pertinentem sub excommunicationis pena, quam incurreret, si mandatum ipsum contempneret, descenderet et procedi in illa mandaret, quia idem officialis monitionibus et mandato huiusmodi primo et secundo sibi factis non paruit, huiusmodi excommunicationis sententiam dubitat incurrisse, quam per biennium vel circa sustinuit, qua sic ligatus, missas et alia divina officia publice celebravit et immiscuit se eisdem, non tamen in contemptum clavium. Cum autem, Pater Sancte, idem Menendus ad cor reversus, cupiat sibi super hoc et statui suo de salubri remedio provideri, supplicat eidem S. idem M[enendus] quatinus sibi gratiam facientes specialem, ipsum ab huiusmodi excommunicationis sententia ac aliis censuris et penis ecclesiasticis, quas propterea incurrit, absolventes, secum super irregularitate, quam celebrando divina vel immiscendo se illis, non tamen in contemptum clavium, incurrit, dispensantes ac abolentes omnem (1) inhabilitatis et infamie maculam sive notam, per eum premissorum occasione contractam, quodque canonicatum et prebendam ac scolastriam dicte ecclesie, que dignitas existit, licite et libere obtinere possit et valeat, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, et cum clausulis oportunis. — *Fiat de absolutione in forma iuris postea ut petitur de habilitatione et provisione. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, sexto Kalendas Junii, anno sexto.

(1) No ms. *omnia*, com sinal de erro.

723

1423, Junho 1

D. Lourenço, bispo titular de Mégara, pede conservatórias para o mosteiro de S. João de Alpendurada, de que era comendatário.

Reg. Suppl. 168, fl. 140v.

Supplicat S. V. devota creatura eiusdem S. V. Laurentius, episcopus Maiorensis (1), administrator perpetuus monasterii sancti Johannis de Pendorada ordinis sancti

Benedicti Portugalensis diocesis, quatinus sibi conservatoriam pro dicto suo monasterio et conventu usque ad decem annos concedere dignemini de gratia speciali, cum clausulis oportunis. — *Fiat in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Kalendis Junii, anno sexto.

---

(1) Trata-se de D. Lourenço Afonso, dos eremitas de Santo Agostinho. Cf. nota 1 do n.º 717

724

1423, Junho 1

Súplica de Lourenço Rodrigues, que tinha trocado a igreja paroquial de S. Miguel de Figueiredo da diocese de Braga pela perpétua vigararia da igreja paroquial de Santo Estêvão de Alenquer, e tinha estudado durante alguns anos direito civil e canónico, agora presente na Cúria, com não poucas despesas, sobre mais um benefício, a aceitar e reter com a dita vigararia.

Reg. Suppl. 168, fl. 162v-163.

Beatissime Pater, S. V. devoto vestro Laurentio Roderici, tunc rectori parrochialis ecclesie sancti Michaelis de Figueredo Bracharensis diocesis gratiam fecit expectativam inter alia ad beneficium cum cura seu dignitatem et voluit quod quamprimum huiusmodi beneficium cum cura aut dignitatem assecutus foret, dictam parrochialem ecclesiam quam eadem S. ex tunc vacare decrevit, dimittere teneretur, prout in litteris desuper confectis latius continetur. Verum, Pater Sancte, idem Laurentius postmodum dicta parrochiali ecclesia, per eum causa permutationis dimissa, perpetuam vicariam parrochialis ecclesie sancti Stephani de Alanquerio Ulixbonensis diocesis dicta causa permutationis pro dicta ecclesia auctoritate ordinaria sibi collatam extitit pacifice assecutus. Ne igitur idem Laurentius dicte sue gratie quoad huiusmodi beneficium cum cura frustretur effectu, supplicat eidem S. idem Laurentius, qui per aliquos annos in iure canonico et civili studuit et in Romana Curia non absque gravibus expensis personaliter extitit, quatinus sibi gratiam specialem facientes, ipsum ad gratiam et litteras huiusmodi quoad huiusmodi beneficium cum cura, etc., restituentes, ei quod beneficium cum cura, etc., huiusmodi perinde acceptare et de illo sibi facere provideri valeat ac si dictam vicariam minime assecutus foret, concedere ac secum ut una cum eadem vicaria huiusmodi beneficium cum cura seu alias quodcumque aliud ecclesiasticum beneficium curatum aut cum eadem vicaria incompatibile, etiam si dignitas, personatus, administratio vel officium etiam curatum et electivum in metropolitana, cathedrali seu collegiata ecclesia fuerit, si sibi alias canonice conferatur, per triennium insimul retinere illaque interim permutare, etc., valeat libere et licite misericorditer dispensare dignemini, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac voluntate et decreto predictis aliisque contrariis ac dicta vicaria cum perpetua portione in eadem ecclesia sancti Stephani sibi annexa necnon portione sancte Marie de Arrupta dicte Ulixbonensis diocesis, quarum omnium fructus, etc., centum decem librarum Toronensium parvorum communi extimatione valorem annuum [fl. 163] non excedunt, non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis, signantes *ut petitur* et dispensantes ad triennium — *Fiat et sub prima data. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Kalendis Junii, anno sexto.

725

1423, Junho 3

D. Pedro, bispo de Lisboa, pede o indulto de se ausentar por cinco anos da diocese, com o fim de frequentar um Estudo Geral, e de poder visitar os lugares sagrados da diocese por meio de outras pessoas eclesiásticas.

Reg. Suppl. 168, fl. 142v.

Supplicat S. V. humilis et devota creatura vestra Petrus, electus Ulixbonensis (1), quatinus sibi ut litterarum studio in loco ubi illud vigeat generale insistere et ab ecclesia Ulixbonensi causa huiusmodi studio insistendi per quinquennium se absentare ac interim ecclesias et monasteria aliaque loca ecclesiastica eorumque personas suarum civitatis, diocesis et provincie Ulixboneñ, in quibus sibi visistationis officium de iure vel consuetudine competit, possit et valeat per aliquam seu aliquas, personam seu personas, ydoneam vel ydoneas, quam vel quas ad id duxerit deputandam seu deputandas, quotiens tempus visitationis ingruerit, etiam unum, duo, tria vel plura eadem die visitare et totidem procurationes ratione visitationis huiusmodi sibi debitas ab ecclesiis, monasteriis, locis et personis taliter visitatis in pecunia numerata recipere moderatas indulgere dignemini de gratia speciali. Non obstantibus a felicis recordationis Innocentio quarto et Gregorio decimo et quibuslibet aliis Romanis Pontificibus in contrarium editis constitutionibus et ordinationibus seu privilegiis et indulgentiis apostolicis generalibus vel specialibus ceterisque contrariis quibuscumque. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Nonas Junii, anno sexto.

---

(1) D. Pedro, transferido da diocese de Évora a 10 de Março de 1423 para a de Lisboa, tendo sido então rejeitado D. Fernando Gonçalves Beleágua, chantre de Coimbra, eleito pelo cabido. Morreu em 1452. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 507.

726-726ª

1423, Junho 8

Frei João Palmeiro, franciscano, pede o bispado de Granada para si, de forma a poder assistir aos cristãos que aí viviam sob o domínio dos Sarracenos. Pede também faculdade de poder pregar e confessar livremente nos reinos de Castela e de Portugal.

Reg. Suppl. 168, fl. 90v-91.

(1) Beatissime Pater. Cum iam dudum ecclesia Alberi, que communi iam vocabulo Granatensis (2) appellatur, sub metropolita sede Ispalensi tempore Toletani concilii constituta, causantibus variis certo tempore malis et afflictionibus ex seva Sarracenorum perse-

cutione abortis, per ipsos inter ceteras regni Ispanie civitates extitisset (3) miserabiliter capta, suppressa et [fl. 91] detenta, prout hodie occupatur et detinetur, verum, Pater Sancte, eamdem civitatem adhuc christifidelium multitudo pro eorum mercibus abducendis et reducendis continue confluit et ibidem residet copiosa, qui sacram christianam religionem ab ipsis Sarracenis permittuntur libere observare quique nonnumquam, pastore et ministris deficientibus, in sacramentis eis ministrandis ac aliis pro salute animarum suarum expedientibus negliguntur et propterea a catholicis sepissime retrahuntur operibus ecclesiaque ipsa sic remanet pastoris solatio destituta, ne igitur prefata ecclesia prolixioribus exponatur incommodis, eidem per S. V., que cunctarum ecclesiarum ac omnium animarum solicitis vigiliis curam gerit, oportuno presidio pie licet porrigenti dextera succurrere, supplicat S. V. devotus et humilis eiusdem S. frater Johannes Palmeiro, ordinis fratrum Minorum professor, quatinus premissa oculis misericorditer intueri volentes, sibi de prefata ecclesia, que a tanto tempore, cuius contrarii memoria hominum non existit, vacaverat, ut grata suscipiat incrementa, dignemini misericorditer providere, preficiendo eum illi in episcopum et pastorem, curam et administrationem sibi plenarie committendo, cum omnibus et singulis necessariis et oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

726[a] Item supplicat eidem S. frater Johannes prenominatus quatinus sibi ut per Castelle et Portugalie undique regna verbum Dei predicare, confessiones christifidelium audire, penitentias deinde salutares eis iniungere ac ipsos in forma absolvere concedere dignemini auctoritatem, cum omnibus necessariis et oportunis, de licentia quorum interest. — *Fiat in forma.* O.

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, sexto Idus Junii, anno sexto.

(1) Esta primeira súplica foi traçada, com a anotação à margem esquerda do texto: *Cassatum de mandato domini nostri. P.*

(2) Nesta altura nenhum bispo de Granada vem designado em EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, II, p. 160, que designa como primeiro bispo titular de Granada, em 1437, ao franciscano Gonçalo de Valboa.

(3) No ms. *extitissent*, com sinal de erro.

727

1423, Junho 10

Súplica de D. Lourenço, bispo titular de Mégara, sobre conservatórias para o mosteiro de S. João de Alpendurada.

Reg. Suppl. 168, fl. 111.

Supplicat S. V. devota creatura vestra Laurentius, episcopus Maiorensis (1), perpetuus administrator monasterii sancti Johannis Pendorada ordinis sancti Benedicti, Portugalensis diocesis, quatinus sibi pro dicto suo monasterio et conventu conservatoriam ad decennium concedere dignemini de gratia speciali, cum clausulis oportunis. — *Fiat.* O.

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, quarto Idus Junii, anno sexto.

(1) Cf. nota 1 do n. 717.

728

1423, Junho 12

Os porcionários da igreja de Santo Estêvão de Alenquer, a qual fora unida ao mosteiro de Odivelas, pedem a redução do número de 15 *porcionários a oito, para melhor poderem providenciar a seu sustento.*

Reg. Suppl. 168, fl. 207-207v.

Exponitur S. V. pro parte humilium et devotorum vestrorum vicarii et portionariorum perpetuorum parrochialis ecclesie sancti Stephani de Alanquerio Ulixbonensis diocesis quod olim in dicta ecclesia a sui primeva fundatione essent unus rector, prior nuncupatus, et quindecim portionarii creati, qui ex fructibus et redditibus tunc ad ipsam ecclesiam spectantibus congrue sustentari valebant, tamen postea dicta ecclesia fuit unita monasterio de Odivellas(1) ordinis sancti Benedicti in dicta diocesi fundato per quemdam dominum Dionisium Portugalie regem, ad quem ius patronatus ipsius ecclesie spectabat, fuit etiam in eadem ecclesia unus vicarius creatus, qui locum seu vices rectoris seu prioris in spiritualibus teneret, cui ducente quinquaginta libre monete in illis partibus tunc currentis pro sustentatione sua de fructibus, etc., ipsius ecclesie dictum monasterium occasione dicte unionis concernentibus extiterunt assignate. Nunc autem propter guerras, mortalitates et alias quamplures persecutiones, que in partibus illis obvenerunt et cotidie obveniunt, raritatemque(2) parrochianorum et colonorum quotidie deficientium, terre et possessiones in parrochia dicte ecclesie et etiam alibi site, ex quibus redditus, fructus et decimas [fl. 207v] dicta ecclesia percipere consuevit, minime ut solebant coluntur, ymmo quotidie deseruntur et paulatim in silvas convertuntur, quapropter decime, fructus, redditus et proventus prefati sunt adeo diminuti et ad tantam exilitatem reducti quod singuli portionarii dicte ecclesie ex fructibus, etc., ipsis ratione sue portionis huiusmodi contingentibus, qui annuatim summam quindecim florenorum auri de camera valorem annuum non excedunt, nisi alia beneficia ecclesiastica aut patrimonialia vel alia bona seu capelle eis suffragentur, non possunt vitam suam commode sustentare, quinymmo aliqui ex supradictis propter predictorum beneficiorum suorum tenuitatem portiones et ecclesiam huiusmodi derelinquentes, alibi vitam suam querunt, quare pro parte vicarii et portionariorum predictorum eidem S. V. humiliter supplicatur quatinus numerum quindecim portionum predictarum ad octo tantum deducere dignetur, ita videlicet ut una illarum, octavo vicario decedente, sicut de dictis quindecim nunc una cedit in reliquis septem, septem portionarii dumtaxat remaneant, ita quod in dicta ecclesia octo portiones, unus vicarius et septem portionarii tantum existant, per quos dicte ecclesie satis bene et honorifice poterit deserviri, portiones huiusmodi usque ad reductionem dicti numeri, cum vacabunt, etiam apud sedem apostolicam ac etiam si specialiter vel generaliter reservate existant, supprimendo et statuendo quod expectantes apostolici illas nequeant acceptare nec Ordinarii vel alii ad quos de consuetudine vel alias pertinet de illis providere donec ad prefatum numerum de octo sint reducte. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac provincialibus et synodalibus ac dicto numero etiam forsan portato et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.—*Fiat ad decem et committatur. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, pridie Idus Junii, anno sexto.

(1) No ms. *Vomellas.*

(2) No ms. *raitatemque*, com sinal de erro.

729

1423, Junho 17

Pedro Afonso, clérigo da diocese de Lisboa, o qual estudara direito canónico durante cerca de oito anos, pede a expedição das letras apostólicas sobre a dispensa de ilegitimidade, com extensão a canonicatos, prebendas e dignidades.

Reg. Suppl. 169, fl. 3v.

Reformatio Petri Alfonsi, clerici Ulixboñ diocesis, super dispensatione defectus natalium (1).

Beatissime Pater, cum ex signatura dispensationis predicte pro devoto vestro Petro Alfonsi supra[scrip]to signate, canonicatus et prebende ac dignitates, etc., ecclesiarum cathedralium, restrictionibus cancellarie eiusdem S. obstantibus, non dentur, supplicat eidem S. idem Petrus qui per octo annos vel circa in iure canonico studuit, quatinus litteras apostolicas super ipsa dispensatione conficiendas etiam ad huiusmodi canonicatus et prebendas ac dignitates, etc., expediri mandare dignemini et cum clausulis ut supra. — *Fiat et sub prima data. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, quintodecimo Kalendas Julii, anno sexto.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

730

1423, Junho 19

Lançarote, cavaleiro de Lisboa, pede benefícios para seu filho Heitor, escolar de direito civil e clérigo de Lisboa, já dispensado do impedimento de ilegitimidade.

Reg. Suppl. 169, fl. 31-31v.

Supplicat S. V. devotus orator vester Lancelotus, miles Ulixbonensis (1), quatinus sibi in personam Hectoris, clerici Ulixbonensis, scolaris in iure civili, filii sui, specialem gratiam facientes, secum, cum quo super defectu natalium, quem patitur de coniugato genitus et soluta, ut ad omnes minores ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum sine cura obtinere posset, ordinaria [fl. 31v] auctoritate extitit dispensatum, vigore cuius dispensationis clericali caractere extitit insignitus, ac, predicto non obstante defectu, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et quodcumque, quecumque et qualiacumque beneficium vel beneficia, ecclesiasticum seu ecclesiastica, invicem compatibilia, etiam si

canonicatus et prebende, dignitates, personatus vel officia cum cura vel sine cura in metropolitanis et cathedralibus et collegiatis et dignitates ipse in eisdem metropolitanis et cathedralibus maiores post pontificales et collegiatis huiusmodi ecclesiis principales fuerint et ad ea consueverint qui per electionem assumi, si sibi alias canonice conferantur, vel assumatur ad illa, libere recipere et licite retinere illaque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, vel alias totiens quotiens voluerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, similia vel dissimilia, beneficium vel beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica, invicem compatibilia, etiam libere recipere et licite retinere possit et valeat, dignemini misericorditer dispensare. Constitutionibus apostolicis contrariis, iuramento, confirmatione apostolica et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et dispensamus.* O.

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, tertiodecimo Kalendas Julii, anno sexto.

---

(1) Sobre o Dr. Lançarote, professor de leis na Universidade de Lisboa e doutorado pela Universidade de Bolonha, cf. SOUSA COSTA, A. D. DE, *O doutoramento em Bolonha do secretário de D. João I — Doutor Lançarote, Conde Palatino e embaixador ao Concílio de Pisa*, em *Itinerarium*, 3 (1957) 202-220.

731

1423, Junho 20

Súplica de Dionísio Anes, o qual estudara direito canónico durante três anos, sobre a extensão de súplica anterior a canonicatos e prebendas em igreja catedral.

Reg. Suppl. 169, fl. 27v.

Reformatio super dispensatione incompatibilium (1).

Beatissime Pater. Cum ex signatura supplicationis superius descripte devotus vester Dionisius Johannis predictus, qui per triennium in iure canonico studuit, ad canonicatus et prebendas ac dignitates, etc., et in ecclesia cathedrali minime habere possit, dignetur igitur S. V. litteras apostolicas super dicta gratia conficiendas ad canonicatus et prebendas, etc., et in ecclesia cathedrali in cancellaria eiusdem S. V. expediri mandare, constitutionibus et ordinationibus tam apostolicis quam dictarum ecclesiarum ac aliis contrariis non obstantibus quibuscumque et cum aliis non obstañ et clausulis in dicta supplicatione contentis et oportunis. — *Fiat.* O.

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, duodecimo Kalendas Julii, anno sexto.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

732

1423, Junho 21

Petição d'el-rei de Portugal D. João, a favor de João Gonçalves, seu dispenseiro e cónego de Coimbra, sobre o canonicato e prebenda de Évora, vacantes pelo promoção de D. Antão Martins a bispo do Porto.

Reg. Suppl. 169, fl. 15v.

Beatissime Pater. Cum canonicatus et prebenda ecclesie Elborensis, quos reverendus pater Antonius Martini, electus Portugalensis (1), in eadem ecclesia obtinet, per promotionem de persona sua ad ecclesiam Portugalensem, certo modo vacantem, per S. V. factam et munus consecrationis ei impendendum, vacare sperentur, supplicat igitur S. eidem devotissimus filius S. eiusdem Johannes, Portugalie et Algarbii rex, quatinus sibi in personam dilecti familiaris sui continui commensalis Johannis Gunsalvi, canonici ecclesie Colimbriensis, dispensatoris sui, specialem gratiam facientes, eidem Johanni de canonicatu et prebenda predictis, quorum fructus, etc., centum viginti librarum Turonensium parvorum communi extimatione, una cum quotidianis distributionibus, valorem annuum non excedunt, cum, ut premittitur, seu per lapsum temporis de consecrandis episcopis vacaverint, etiam si actu vel alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacent et generaliter reservati, devoluti aut litigiosi sint, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod Portugalensis et Colimbriensis ecclesiarum canonicatus et prebendas ac archidiaconatum de Sea in eadem ecclesia Colimbriensi obtinet, quorum fructus, etc., centum septuaginta librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, undecimo Kalendas Julii, anno sexto.

(1) Cf. nota 1 do n. 703.

733

1423, Junho 23

Nova súplica de Pedro Gonçalves, a completar outra anterior sobre o canonicato e prebenda de Lisboa.

Reg. Suppl. 169, fl. 35v-36.

Dignetur S. V. litteras super supplicatione huic cedule annexa, quam S. V. pro devoto vestro Petro Gonsalvi suprascripto per *Fiat ut petitur. O. Fiat*, sub data *Rome, apud Sanctum Petrum, sexto Nonas Maii, anno sexto*, gratiose signavit in cancellaria S. eiusdem

cum expressione quod fructus, etc., canonicatus et prebende ecclesie Ulixbonensis, de quibus supra fit mentio, centum et sexaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, quamvis in ipsa supplicatione reperitur quod ipsi fructus, etc., eorumdem canonicatus et prebende C. librarum Turonensium parvorum importat. secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt (1), sub earum data expediri mandare de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Et sub eadem data. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem [fl. 36], nono Kalendas Julii, anno sexto (2).

(1) As palavras *quamvis in ipsa supplicatione...* até *non excedunt* foram acrescentadas na margem esquerda do texto, com a respectiva indicação ou sinal no devido lugar.

(2) A data vem riscada, com a seguinte anotação à margem direita do texto: *Correct. cassat. data de mandato domini nostri. Ar.*

734

1423, Junho 25

Cristóvão Anes, porcionário da igreja paroquial de S. Tiago de Beja, completa súplica anterior, com extensão a canonicatos e prebendas em igrejas catedrais.

Reg. Suppl. 169, fl. 61v.

Reformatio Christofori Johannis, portionarii parrochialis ecclesie sancti Jacobi de Besia Elborensis diocesis, super dispensatione defectus natalium (1).

Beatissime Pater, cum ex signatura dispensationis predicte pro devoto vestro Christoforo Johannis suprascripto signate, canonicatus et prebende ac dignitates et[c.] ecclesiarum cathedralium, cancellarie eiusdem S. [restrictio]nibus (2) obstantibus, non dentur, supplicat eidem S. idem Christoforus quatinus litteras apostolicas super ipsa dispensatione conficiendas ad huiusmodi canonicatus et prebendas ac dignitates, etc., expediri mandare dignemini et cum clausulis ut supra. — *Fiat et sub prima data. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, septimo Kalendas Julii, anno sexto.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

(2) No ms. sinal de erro, a indicar talvez a omissão da palavra *restrictionibus*. Cf. n. 729.

735

1423, Junho 25

Lourenço Rodrigues, perpétuo vigário da igreja paroquial de Santo Estêvão de Alenquer, pede a indulgência plenária em artigo de morte.

Reg. Suppl. 169, fl. 61v.

Beatissime Pater, supplicat S. V. devotus et humilis orator vester Laurentius Roderici, parrochialis ecclesie sancti Stephani de Alamquerio Ulixboñ diocesis perpetuus vicarius, quatinus sibi ut confessor, quem duxerit eligendum, semel in mortis articulo plenam remissionem omnium peccatorum suorum auctoritate apostolica concedere valeat dignemini misericorditer indulgere. — *Fiat in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, septimo Kalendas Julii, anno sexto.

736

1423, Junho 26

D. Garcia Rodrigues de Magalhães, bispo de Lamego, pede indulto de dispor de seus bens particulares até à soma de mil e quinhentos florins de ouro.

Reg. Suppl. 169, fl. 105-105v.

Beatissime Pater, supplicat S. V. devota creatura vestra Garsias, episcopus Lamecensis (1), quatinus sibi ut de bonis suis quibuscumque mobilibus et inmobilibus undecumque non per ecclesiam seu ecclesias sibi commissas, alias tamen licite acquisitis, que ad ipsum omnimode pertinere dinoscuntur, ac de bonis mobilibus ecclesiasticis sue administrationi commissis, que tamen [fl. 105v] non fuerint specialiter divino cultui deputata, necnon licite ab ipso per ecclesiam seu ecclesias acquisita, pro decentibus et honestis expensis sui funeris et remuneratione illorum qui sibi viventi servierunt, disponere et erogare et usque ad summam mille et quingentorum florenorum auri de camera libere testari valeat et plenam et liberam concedere dignemini facultatem, ut in forma. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, sexto Kalendas Julii, anno sexto.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 473.

737

1423, Junho 26

Martinho Anes, clérigo da diocese de Braga, a quem o bispo de Coimbra D. Fernando recusara a instituição canónica, após a apresentação pelo abade de Cedofeita Álvaro Martins e respectivo cabido à igreja paroquial de S. Martinho de Salreu, solicita ao papa providências a seu favor.

Reg. Suppl. 169, fl. 138v-139.

Beatissime Pater, nuper parrochiali ecclesia sancti Martini de Sarleu Colimbriensis diocesis per obitum quondam Laurentii Johannis, ultimi rectoris eiusdem, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, Alvarus Martini, tunc abbas, et capitulum secularis et collegiate ecclesie sancti Martini de Cedofeyta Portugalensis diocesis, veri patroni dicte ecclesie de Sarleu et existentes in pacifica possessione vel quasi iuris presentandi rectorem ad dictam parrochialem ecclesiam, dum vacat, devotum vestrum Martinum Johannis, clericum Bracharensis diocesis, reverendo patri domino Fernando episcopo Colimbriensi (1), ut eum in rectorem dicte parrochialis ecclesie institueret, infra tempus debitum presentaverunt, quam institutionem prefatusque episcopus ad hoc ab eo requisitus, facere recusavit. Supplicat igitur S. V. dictus Martinus quatinus presentationem huiusmodi et alia inde secuta rata et grata habentes, confirmare ac sibi de dicta parrochiali ecclesia, quam quidam Stephanus Alfonsi detinet indebite occupatam (2), et super qua in partibus inter ipsum Stephanum et patronos predictos lis, cuius statum, etc., hic habere dignemini pro expresso, ut dicitur pendet indecisa, cuiusque fructus, etc., octuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* aut per liberam [fl. 139] resignationem alicuius de illa in Romana Curia vel extra eam factam vacet, etiam si specialiter vel alias generaliter reservata vel devoluta existat, eidem M[artino] dignemini misericorditer providere. Non obstañ quadam portione sine cura parrochialis ecclesie sancti Leonardi de Atougia Ulixbonensis diocesis, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem predictam valorem annuum non excedunt, de qua sibi V. S. gratiose mandavit provideri et de qua nondum obtinet possessionem, ac gratia expectativa, si quam [habet] (3), in cancellaria S. V. exprimenda, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 140]

Fiat ut petitur pro omnibus quinque. O.

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, sexto Kalendas Julii anno sexto.

---

(1) Cf. nota 2 do n.º 112.

(2) No ms. *occupata*, com sinal de erro.

(3) O ms. omite a palavra *habet*, mas tem neste lugar sinal de erro.

738

1423, Julho 1

Martinho Esteves, clérigo da diocese de Lisboa, o qual fora acusado de heresia e depois absolvido de tal acusação, pede a perpétua porção da igreja de Santa Maria de Torres Vedras, apesar da questão sobre a mesma com Lourenço Vicente Mafaldo, sacerdote da diocese de Lisboa.

Reg. Suppl. 169, fl. 45v-46v.

Beatissime Pater, olim devoto vestro Martino Stephani, clerico Ulixboñ [fl. 46] diocesis, per litteras apostolicas facta expectativa gratia et antequam ipse M[artinus]

illarum reportaret effectum, contra eum, quamvis minus culpabilem, in civitate Ulixbonensi super quibusdam heresim, ut dicebatur, sapientibus articulis, ex odii potius fomite, inquisitionis instituto negotio, ipse M[artinus] propterea mancipatus carceribus, per vicarios tunc administratorum ecclesie Ulixbonensis condempnatus extitit, de certis locis tunc expressis ei per biennium exilio indicto, et adversus quam quidem condempnationem postmodum de eius innocentia (1) veritate comperta, per eosdem vicarios extitit restitutus, interim vero quadam perpetua portione in ecclesia beate Marie de Turribus Veteribus dicte diocesis, per obitum quondam Johannis Alfonsi, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, prefatus M[artinus] eam, dictarum vigore litterarum, infra tempus legitimum acceptavit et de illa sibi obtinuit provideri, licet quidam Laurentius Vincentii Mafaldo, qui se gerit pro presbytero dicte diocesis, etiam processibus, diversas sententias continentibus, contra ipsum propterea, earumdem litterarum vigore, habitis sub diffugiis forsitan appellationum per ipsum, ut pretendit, interiectorum (*sic*), parere contumaciter non curans, dictam portionem, in qua de facto se intrusit, detineat indebite occupatam, ut super hiis M[artini] statui et indempnitatibus oportune consulatur, supplicat S. V. dictus M[artinus] quatinus, premissis suadentibus, restitutionem predictam et quecumque inde secuta rata habentes et grata, illaque auctoritate apostolica approbantes, easdem acceptationem et provisionem etiam cum inde secutis quibuslibet perinde ab earum tempore ac si huiusmodi condempnatio, que perperam et de facto processit, minime facta fuisset, valere suumque effectum sortiri debere decernere ipsumque M[artinum], si et prout opus fuerit, adversus condempnationem eamdem ad statum, famam et honores pristinos restituere et reponere ac insuper sibi de dicta portione, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias, quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona vacet et generaliter vel specialiter reservata, devoluta ac litigiosa sit, etiam cum validatione, etc., adversus premissa expectative gratie, sibi per eamdem S. facte, misericorditer providere dignemini. Non obstañ quod idem M[artinus] perpetuam portionem parrochialis ecclesie sancti Leonardi de Atouguya (2) dicte diocesis, cuius fructus, etc., viginti quinque librarum Turonensium parvorum similium secundum predictam extimationem valorem annuum [fl. 46v] non excedunt, obtinet, necnon premissis ac constitutionibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et habilitamus. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, Kalendis Julii, anno sexto.

(1) No ms. *insepcia*, com sinal de erro.
(2) No ms. *Atonejarya*, com sinal de erro.

739

1423, Julho 4

Joana Afonso, irmã do arcebispo de Lisboa e freira do mosteiro de Santa Clara de Toledo, desejava sair desse mosteiro e entrar noutro da mesma Ordem, pelo que o arcebispo pede ao papa lhe conceda tal indulto.

Reg. Suppl. 169, fl. 147.

Beatissime Pater. Cum devota creatura vestra domina Johanna Alfonsi, soror archiepiscopi Ulixbonensis (1), monialis monasterii sancte Clare Toletañ ordinis eiusdem sancte sub regula fratrum Minorum vivens, ordinem ipsum in dicto monasterio cum sana constantia et quieto corde ex certis causis, animum eius ad hoc moventibus, diutius remanere nequeat et propterea monasterium ipsum exire et aliud eiusdem ordinis, in quo benivolas invenerit receptrices et in quo Domino perpetuo famulari possit toto cordis affectu reintrare desiderat, supplicat igitur S. V. prefatus archiepiscopus in personam dicte Johanne, sororis sue, quatinus eidem Johanne prefatum monasterium exeundi et aliud monasterium sive alium regularem locum eiusdem ordinis, in quo, ut prefertur, benivolas invenerit receptrices, intrandi libere et licite valeat, licentiam indulgere dignemini de gratia speciali, ipius monasterii sancte Clare abbatisse seu alicuius alterius superioris sui licentia vel consensu ad hoc minime requisitis, constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon statutis et consuetudinibus monasterii et ordinis predictorum ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat et committatur generali ministro. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, quarto Nonas Julii, anno sexto.

---

(1) D. Pedro, que foi transferido para a sé de Lisboa, depois de ter sido administrador e bispo de Évora, Cf. nota 1 do n.º 725.

740

1423, Julho 6

João Anes, sacerdote da diocese de Braga, escolar em direito canónico, pede o canonicato e prebenda de Lisboa, vacantes por morte de Vasco de Freitas.

Reg. Suppl. 169, fl. 164v-165.

Supplicat S. V. devotus orator vester Johannes Johannis, presbyter Bracharensis diocesis, scholaris in iure canonico, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie Ulixbonensis, cuius fructus etc., ducentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione, una cum quotidiana distributione, valorem annuum non excedunt, vacantibus per obitum Valasci de Freytas, extra Romanam Curiam defuncti, sive premisso sive alio quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona, seu per constitutionem *Execrabilis* et capitulum *De multa* seu per liberam resignationem de eis in Romana Curia vel extra, etiam coram notario publico et testibus libere et sponte factam, vacent, et generaliter [fl. 165] vel specialiter reservati, devoluti, litigiosi sint, eidem Johanni de Villa Regali nuncupato dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod perpetuam portionem, quartanariam nuncupatam, in ecclesia Ulixbonensi ac parrochialem ecclesiam sancti Laurentii de Sanctarem Ulixbonensis diocesis obtinet ac quod de perpetua portione, media canonia nuncupata, ecclesie Visensis sibi obtinuit provideri, quorum omnium fructuum, etc., centum sexaginta librarum predicte monete simili extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria apos-

tolica exprimenda. Et cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro omnibus quinque, pro primo et tertio in forma iuris et habilitamus secundum et quartum et dispensamus cum quarto. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, pridie Nonas Julii, anno sexto.

741

1423, Julho 8

Nova súplica de Gonçalo Martins, abade da colegiada de S. Martinho de Cedofeita, sobre a expedição das letras apostólicas com menção de certa circunstância omitida na primeira petição.

Reg. Suppl. 169, fl. 57.

Beatissime Pater, S. V. devoto vestro Gundisalvo (1) Martini, abbati secularis (2) et collegiate ecclesie sancti Martini de Cedofeita Portugalensis diocesis, quamdam gratiam de si neutri concessit (3), prout in ipsa continetur, cuius tenorem S. V. hic habere dignemini pro sufficienter expresso. Verum, Pater Sancte, quia ab aliquibus asseritur quod (4) dicta abbatia vacaverit per quamdam (5) assertam assecutionem ecclesie parrochialis de Cabanoes (6) diocesis Portugalensis, cuius fructus, etc., ultra quadraginta florenorum auri de camera (7) secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, per dictum Gundissalvum Martini, ut asseritur, extra dictam Curiam ordinaria auctoritate factam, dignetur igitur S. V. litteras apostolicas super dicta gratia conficiendas cum expressione predicta (8) per cancellariam S. V. expediri mandare misericorditer de gratia speciali. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, octavo Idus Julii, anno sexto.

(1) No ms. *Gundisalvus*, com sinal de erro.
(2) No ms. *secularem*, com sinal de erro.
(3) No ms. *concesseritis*, com sinal de erro.
(4) No ms. *quia*, com sinal de erro.
(5) No ms. *quondam*, com sinal de erro.
(6) No ms. *Cabaneos*, com sinal de erro.
(7) No ms. *librarum, florenorum auri de camera*, com sinal de erro. Ver n.º seguinte, onde se lê *ultra quadraginta quinque librarum Turonensium parvorum.*
(8) No ms. *predicte*, com sinal de erro.

742

1423, Julho 8

Gonçalo Martins, clérigo da diocese do Porto, pede a faculdade de reter a abadia ou colegiada de S. Martinho de Cedofeita com a igreja paroquial de Cabanões, da mesma diocese, vacante por morte de Gonçalo Anes.

Reg. Suppl. 169, fl. 57v-58.

Supplicat S. V. devotus vester Gundissalvus Martini, clericus Portugalensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia de Cabanoes diocesis Portugalensis, cuius fructus, etc., ultra quadraginta quinque librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante per obitum quondam Gundissalvi Johannis, ultimi possessoris eiusdem, extra Romanam Curiam defuncti, sive ut premittitur, aut alias quovis modo vel per quamcumque aliam personam, etiam si dispositioni apostolice generaliter vel specialiter reservata aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio ad sedem apostolicam legitimam devoluta existat, eidem G[undissalvo] dignemini misericorditer providere, dispensantes cum dicto Gundissalvo ut predictam parrochialem ecclesiam una cum abbatia secularis et collegiate ecclesie sancti Martini de Cedofeita diocesis predicte, de qua sibi extitit mandatum provideri apostolica auctoritate, postquam utramque fuerit pacifice assecutus, infra quinquennium retinere possit et interim alteram ex ipsis permutare vel resignare possit et valeat misericorditer de gratia speciali. Non obstañ iure, si quod in dicta abbatia ac quibusdam canonicatu et prebenda ecclesie Bracharensis, quorum fructus, etc., ultra ducentarum septuaginta librarum Turonensium parvorum [fl. 58] secundum dictam extimationem valorem annuum non excedunt, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 58v]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus tribus et dispensamus pro primo et pro ultimo de tribus annis. O. Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, octavo Idus Julii, anno sexto.

743

1423, Julho 14

Lopo Luís, subdiácono da diocese de Braga, já favorecido com a graça de poder aceitar um benefício da colação do arcebispo, deão e cabido de Braga, e do abade do mosteiro de Paço de Sousa, o qual depois recebera a igreja paroquial de S. Pedro da diocese de Braga, pede dispensa de receber essa igreja e o tal benefício.

Reg. Suppl. 169, fl. 191-191v.

Beatissime Pater, dudum videlicet quinto Kalendas Februarii pontificatus S. V. anno primo, devoto vestro Lupo Ludovici, subdiacono, tunc scolari Bracharensis diocesis et in vicesimo vel circiter sue etatis anno constituto (1), de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, etiam si integra vel dimidia portio et in cathedrali aut canonicatus et prebenda in altera quam eadem cathedrali ecclesia seu archipresbyteratus vel decanatus ruralis foret, ad collationem, etc., archiepiscopi Bracharensis ac decani, cantoris, archidiaconi, scolastici, thesaurarii et capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesie Bracharensis necnon abbatis et conventus monasterii sancti Salvatoris de Pallatiollo de Sousa ordinis sancti Benedicti Portugalensis diocesis, gratiose concessit provideri ac secum ut postquam xxii sue etatis annum attingeret et clericali caractere insignitus foret, bene-

ficium cum cura huiusmodi acceptare valeret, dispensavit, et deinde, litteris super huiusmodi concessionis gratia non confectis, idem Lupus, tunc clericus et in xxi huiusmodi sue etatis anno vel circa constitutus, ecclesiam parrochialem sancti Petri de Daans dicte Bracharensis diocesis, tunc [per] (2) liberam resignationem Alvari Gundisalvi, ipsius parrochialis ecclesie rectoris, extra Romanam Curiam in manibus Ordinarii sponte factam, vacantem, ordinaria sibi auctoritate collatam, assecutus, illam per quatuor annos et ultra, ad sacerdotium non promotus et nulla per eum canonica dispensatione obtenta, tenuit et possedit, [fl. 191v] prout tenet et possidet de presenti. Supplicat igitur S. V. dictus Lupus quatinus omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam premissorum occasione contractam abolere ipsumque habilitari ac sibi de dicta parrochiali ecclesia, cuius fructus, etc., triginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si specialiter vel alias generaliter reservata vel devoluta existat, et super ea inter aliquos lis, cuius statum, etc., pro expresso, pendeat indecisa, eidem Lupo de novo misericorditer providere secumque ut dictam parrochialem ecclesiam recipere ac beneficium huiusmodi vigore litterarum super dicta gratia confectarum acceptare et de illo sibi provideri facere, ac curatum beneficium et parrochialem ecclesiam huiusmodi per biennium insimul retinere illaque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica, similiter recipere et retinere libere et licite valeat, dispensare dignemini de gratia speciali. Constitutionibus et crdinationibus apostolicis ac defectu predicto et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et dispensamus. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, pridie Idus Julii, anno sexto.

---

(1) No ms. *constitutus.*

(2) O ms. omite a palavra *per*, mas tem a indicação ou sinal de erro.

744

1423, Julho 15

Álvaro Anes, reitor da Igreja de Santa Ovaia de Cabanelas da diocese de Braga, já dispensado do impedimento de ilegitimidade para receber todas as Ordens e três benefícios eclesiásticos, pede dispensa para aceitar mais três benefícios.

Reg. Suppl. 169, fl. 249v.

Beatissime Pater, olim cum devoto vestro Alvaro Johannis, rectore parrochialis ecclesie sancte Ovaye de Cabanelas Bracharensis diocesis, ut, non obstante defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et tria beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebende in metropolitanis, cathedralibus seu collegiatis ecclesiis forent, ac omnium ipsorum digni-

tas, personatus vel officium cum cura vel sine cura in eisdem metropolitanis seu cathedralibus maior post pontificalem seu principalis in collegiata ecclesia foret et ad illam, illum vel illud consuevisset quis per electionem assumi, extitit auctoritate apostolica dispensatum, post quam quidem dispensationem ad omnes etiam sacros ordines extitit promotus ac dictam parrochialem ecclesiam et duas perpetuas portiones sine cura in beate Marie et sancti Petri de Obidis parrochialibus ecclesiis Ulixbonensis diocesis fuit assecutus. Supplicat igitur S. V. dictus Alvarus quatinus secum ut tria alia beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebende in metropolitanis seu cathedralibus aut collegiatis ecclesiis fuerint, si sibi alias canonice conferantur, recipere et retinere dictaque sex beneficia simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens voluerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, sex dumtaxat invicem compatibilia, recipere et retinere libere et licite dignemini misericorditer dispensare, defectu predicto ac Pictavensis concilii et quibuscumque constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, et cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, Idus Julii, anno sexto.

745

1423, Julho 17

Súplica do Infante D. Duarte sobre a dispensa de não ser obrigado a restituir certos bens que o falecido arcebispo de Lisboa D. Diogo lhe emprestara, alguns dos quais tinham sido utilizados em auxílio da cidade de Ceuta, e de os aplicar na utilidade da dita cidade, conquistada aos Sarracenos e pertencente ao domínio d'el-rei de Portugal.

Reg. Supl. 169, fl. 258v-259.

Beatissime Pater, exponitur S. V. pro parte humilis et devoti eiusdem S. filii illustris viri domini Eduardi, serenissimi principis domini Johannis, Portugalie, etc., regis illustris, primogeniti, quod, cum olim bone memorie Didacus, tunc episcopus Elborensis (1), in humanis agens, sibi duo milia coronarum auri causa mutui prestitit et concessit et deinde tamen idem quondam Didacus ecclesie Ulixbonensi tamquam pastor prefuit, propter defectum frumenti et ordei, qui fuit tunc in regno Portugalie, ipse exponens de mandato sui genitoris certam quantitatem frumenti et ordei [a] (2) dicto quondam archiepiscopo Ulixbonensi in subsidium civitatis Cepte in partibus ultramarinis recepit et idem exponens tres bestias et tres aves pro venatione necnon quinque libros pro se et capella sua a dicto quondam archiepiscopo habuit. Cum autem, Pater Sancte, dictus quondam archiepiscopus, cum vitam duxit in humanis, supradictum exponentem numquam monuit ut sibi restitueret supradicta bona vel alias sibi satisfaceret de eisdem ac archiepiscopo huiusmodi de medio sublato, exponens ipse de premissis habet conscientiam reluctantem, quare supplicat humiliter eidem S. V. quatinus, attento quod dicta civitas Cepte est in partibus ultramarinis et de manibus sarracenorum violenter capta est et hodie per dictum serenissimum principem dominum regem Portugalie, etc., tenetur pro augmentatione

fidei christiane, ut sibi premissa omnia et singula pro subsidio dicte civitatis et sustentatione christianorum in eadem dignemini indulgere secumque ut bona huiusmodi restituere et de eis satisfacere, alias quam ut prefertur, non teneatur, sed ea in utilitatem dicte civitatis pro augmentatione fidei christiane libere committere valeat de benignitate apostolica dignemini misericorditer dispensare. Constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque. Cum ceteris non obstañ et clausulis [fl. 259] oportunis. — *Fiat quod illa bona per manus moderni archiepiscopi erogentur in dicta civitate Cepte et supplicans restituat. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, decimo sexto Kalendas Augusti, anno sexto.

---

(1) D. Diogo Álvares, transferido de Évora para Lisboa em Fevereiro de 1415 por João XXIII. Sucedeu-lhe, por morte, em Março de 1423 D. Pedro, transferido também da sé de Évora. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica*, I, p. 507.

(2) No ms. sinal de erro, a indicar talvez a omissão da palavra *a*.

746

1423, Agosto 30

Lopo Vasques, acólito do papa, pede a provisão da igreja de Santa Maria da Lourinhã que possuía, sem ter recebido as Ordens sacras dentro do tempo requerido, e a faculdade de reter essa igreja paroquial com o mosteiro de Santo André de Rendufe, que lhe fora concedido em comenda durante a vida.

Reg. Suppl. 170, fl. 1v-2.

Beatissime Pater, exponitur S. V. pro parte devoti vestri Lupi Valasci, S. V. acoliti, de nobili genere ex utroque parente procreati, quod olim ipse parrochialem ecclesiam sancte Marie de Lourinhaa Ulixbonensis diocesis, tunc certo modo vacantem, canonice sibi collatam, assecutus, illam pacifice possidens, impedimento cessante legitimo et nulla super hoc canonica dispensatione obtenta, se non fecit ad sacros ordines infra tempus a iure statutum promoveri, fructus percipiens ex eadem. Quare supplicatur S. V. pro parte dicti Lupi quatinus omnem inhabilitatis [fl. 2] et infamie maculam sive notam per ipsum Lupum, premissorum occasione, contractam penitus abolentes, sibi de eadem ecclesia, quam adhuc detinet et quam ex nunc in manibus S. V. realiter et omnino dimittit, cuiusque fructus, etc., centum et quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per non promotionem huiusmodi, sive alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, et generaliter vel specialiter reservata vel devoluta aut in Romana Curia vel extra eam litigiosa sit, litis statum huiusmodi presentibus habentes pro expresso, eidem Lupo dignemini misericorditer providere sibique concedere ut ecclesiam una cum monasterio sancti Andree de Randuphe ordinis sancti Benedicti Bracharensis diocesis, quod olim sibi ad vitam suam in commendam concessum obtinet et cuius fructus, etc., centum et quinquaginta libra-

rum Turonensium similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, quoad vixerit obtinere valeat, dicto monasterio ac gratia expectativa et dispensatione ad tria seu duo incompatibilia, in cancellatia declarandis, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et recipiat ordines debitos infra sex menses et habilitamus. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, tertio Kalendas Septembris, anno sexto.

747

1423, Agosto 30

Estêvão Peres, reitor da igreja de Santo André de Lisboa, que fora provido de certa porção em virtude de letras de Alexandre V e de João XXIII, pede nova provisão a seu favor, visto dizer-se que nem a ele nem a Afonso Peres, contendente, pertencia algum direito a essa porção.

Reg. Suppl. 170, fl. 7-8.

Beatissime Pater, dudum certa portione in parrochiali ecclesia sancti Andree Ulixboneñ per obitum quondam Martini Dominici vacante, devotus vester Stephanus Petri, rector eiusdem ecclesie sancti Andree, vigore quarumdam litterarum apostolicarum, olim sibi (1) per bone memorie Alexandrum quintum (2) et Johannem vicesimum tertium (3) in suis obedientiis sic nuncupatos (4) concessarum necnon certarum unionis, incorporationis et annexionis auctoritate apostolica ecclesie et Stephano [fl. 7v] eisdem factarum et exinde secutorum dictam portionem fuit assecutus, quibus quidem unioni, incorporationi et annexioni necnon assecutioni quidam Alfonsus Petri, assertus presbyter, se opponens, dictum Stephanum plurimum occasione huiusmodi portionis vexavit et molestavit, ortaque propterea inter Stephanum Petri, rectorem ex una, et Alfonsum predictos partibus ex altera, super dicta portione et eius occasione, demum coram venerabili et circumspecto viro domino Bartholomeo Guichardi, sacri palatii apostolici causarum auditore, materia questionis ac in causa huiusmodi ad nonnullos actus, citra tamen cause eiusdem conclusionem, processo, ab aliquibus asseritur neutri dictorum Stephani et Alphonsi collitigantium ius in dicta portione seu ad eam competere. Supplicat S. V. prefatus Stephanus, rector, quatinus unionem, incorporationem et annexionem necnon assecutionem, auctoritate apostolica ut premittitur factas, et quecumque inde secuta rata habentes et grata ac ex certa scientia confirmare, prefato domino Guichardo auditori committere dignemini et mandare ut si sibi per eventum litis huiusmodi constiterit neutri predictorum Stephani et Alfonsi collitigantium ius in et ad dictam portionem competere et spectare, de ipsa portione, cuius fructus, etc., quindecim librarum Turonensium similium valorem annuum communi extimatione non excedunt, sive per predicti Martini Dominici obitum, sive alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona, etiam si actu adhuc vacet et tanto tempore vacavit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta, seu alias generaliter vel specialiter reservata existat et super ea in Romana Curia vel extra eam inter aliquos alios lis, cuius

statum habentes pro expresso, pendeat indecisa, eidem Stephano conferat et provideat de eadem ac eisdem ecclesie et sibi iuxta predictorum Alexandri quinti et Johannis vicesimi tertii concessarum litterarum formam, seriem et tenorem, quas et earum tenores habentes hic pro sufficienter expressis, dictam portionem incorporet, uniat et annectet, non obstañ predicta parrochiali ecclesia sancti Andree ac quadam alia eiusdem ecclesie portione, quarum fructus, etc., sexaginta librarum Turonensium similium predicta extimatione valorem annuum non excedunt, quas obtinet, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro omnibus tribus de si neutri.* O.

Datum Rome, [fl. 8] apud Sanctam Mariam Maiorem, tertio Kalendas Septembris, anno sexto.

---

(1) No ms. *si*, com sinal de erro.
(2) Cf. nota 1 do n.º 718.
(3) Cf. nota 1 do n.º 8.
(4) No ms. *nuncupatorum*, com sinal de erro.

748

1423, Setembro 5

Diogo Afonso de Guimarães, literato, que tinha estudado direito canónico e leis no Estudo de Lisboa durante cerca de dez anos, pede a confirmação apostólica do arrendamento que o abade e mosteiro de Santo Tirso lhe fizeram dos rendimentos da capela de Vila Nova das Infantas e o arcebispo de Braga confirmara.

Reg. Suppl. 170, fl. 86v-87.

Beatissime Pater, alias Martinus Arii, abbas ac prior et conventus monasterii sancti Tirsii de Ribadave ordinis sancti Benedicti Portugalensis diocesis nonnullos fructus, redditus et proventus atque decimas et promissias necnon alia iura per laicos solita retinere ut infra modo scripto pertinentia ad mensam abbatis dicti monasterii ratione ecclesie seu capelle vocate Vila Nova das Ifantes cuidam literato (*sic*) in utroque iure Didaco Alfonsi de Guimaranis diocesis Bracharensis et duabus personis post eum sigillatim et successive nominandis pro certa pensione annua in inffitiosim (1) [fl. 87] quoad temporalia tantum in arrendam seu infitiosim dederunt, quam arrendam seu feudationem dominus archiepiscopus Bracharensis auctoritate ordinaria approbavit eique suam auctoritatem dedit. Supplicat igitur S. V. dictus Didacus qui alias in decretis et legibus in Studio Ulixbonensi per decem annos vel quasi studuit, quatinus dictam arrendam seu feudationem auctorizare et approbare dignemini et confirmare, supplentes omnes defectus, si qui forsan in eodem contractu intervenerint, constitutionibus apostolicis ac aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, et cum clausulis oportunis. — *Fiat in forma.* O.

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, Nonis Septembris, anno sexto.

---

(1) No ms. *jusfitiosim*, com sinal de erro.

749

1423, Setembro 5

Gomes Lourenço, clérigo da diocese de Coimbra, pede a perpétua porção da igreja de Santa Maria de Leiria, sujeita ao mosteiro de Santa Cruz e vacante por morte de Pedro Anes.

Reg. Suppl. 170, fl. 87v.

Beatissime Pater, cum in ecclesia sancte Marie de Lerena diocesis Colimbriensis, subdita (1) monasterio sancte Crucis ordinis sancti Augustini extra muros ipsius civitatis, per priorem solito gubernari, nonnulle perpetue portiones sine cura vacent (2), elapso iam tempore de conferendis beneficiis ecclesiasticis a sacris canonibus statuto, supplicat igitur S. V. devotus orator vester Gometius Laurentii, clericus dicte diocesis, quatinus specialem gratiam facientes, de perpetua portione sine cura dicte ecclesie sancte Marie predicte diocesis, cuius fructus, etc., quindecim librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante per obitum Petri Johannis dicti (3) Jumacho, extra Romanam Curiam defuncti, et ad sedem apostolicam devoluta, sive premisso vel alias quovis modo et ex alterius cuiuscumque facto vel persona, aut per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si generaliter aut specialiter reservata aut devoluta seu litigiosa sit, eidem G[ometio] dignemini misericorditer providere. Non obtantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus in contrarium, iuramento seu auctoritate apostolica firmatis, et cum ceteris non obst. et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, Nonis Septembris, anno sexto.

---

(1) No ms. *subditam.*
(2) No ms *vacen*, com sinal de erro.
(3) No ms. sinal de erro.

750

1423, Setembro 6

O bispo e cabido de Viseu solicita a redução das trinta prebendas do cabido a vinte e cinco, de forma que a primeira a ser reduzida seja reservada a um Mestre, a eleger pelo bispo e cabido, para ler contìnuamente as disciplinas de gramática na cidade de Viseu, e as restantes quatro venham a ser incorporadas na mesa do cabido.

Reg. Suppl. 170, fl. 53-53v.

Beatissime Pater, licet in ecclesia Visensi tempore fundationis ipsius fuisset triginta prebendarum numerus institutus, ut per certas personas, ipsas prebendas in eadem eccle-

sia obtinentes, Deo inibi deserviretur in divinis, episcopusque et capitulum ecclesie predicte postmodum ut divinus cultus in eadem augeretur ecclesia, duas alias prebendas pro quatuor perpetuis beneficiatis qui in ecclesia ipsa curam gererent animarum, creassent, tamen propter guerrarum turbines, mortalitatum pestes el alios varios sinistros eventus qui (1), temporum causante malitia, in illis partibus viguerunt, fructus, etc., capituli (2) mense adeo decreverunt et exiles facti sunt quod vix unus canonicus prebendatus, in eadem ecclesia existens, ex prebenda sua quinquaginta quinque florenorum auri de camera communi extimatione annuatim habere poterit, ex quibus iuxta sui status condecentiam se commode sustentare et onera sibi incumbentia supportare vix potest. Cum autem, Beatissime Domine, numerus viginti quinque prebendarum pro eadem ecclesia sufficiens erit, eapropter supplicant S. V. humiles et devoti oratores vestri episcopus et capitulum antedicti quatinus quinque prebendas in ipsa ecclesia primo vacaturas subprimere, quarum primam pro uno magistro per episcopum et capitulum prefatos ad nutum eligendo et deponendo, qui continue in gramaticalibus in eadem civitate legat, reservare, ita quod idem magister fructus, etc., predicte prebende cum ea integritate percipiat et percipere possit, cum qua illos perciperet si canonicus in eadem ecclesia existeret et in ea continue resideret et divinis officiis interesset, attento, Beatissime Pater, quod patria illa magistrorum qui pueros in gramaticalibus instruant tantam penuriam patitur quod ex eodem defectu clerici ipsius patrie vel plurimum indoti ac rudes evadunt, quatuor vero [fl. 53v] postmodum successive ex ipsis prebendis primo vacaturis mense capitulari predicte applicare et incorporare dignemini, ita quod, cedentibus vel decedentibus ex ipsius ecclesie canonicis vel ipsas alias quomodolibet dimittentibus, liceat capitulo singulisque personis ipsius ecclesie possessionem earumdem prebendarum apprehendere et primam in ipsius magistri, quatuor vero in ipsius capituli usibus convertere, licentia cuiuscumque super hoc minime requisita. Constitutionibus apostolicis, fundatione et ordinatione ecclesie predicte et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat et committatur. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, octavo Idus Septembris, anno sexto.

---

(1) No ms. *que*, com sinal de erro.

(2) No ms. a palavra vem no plural: *Caplorum.*

751

1423, Setembro 8

João Afonso, sacerdote e reitor da igreja de S. Miguel do Prado da diocese de Braga, pede a absolvição da excomunhão e doutras penas e irregularidade, por causa do homicídio que em própria defesa e ao tentar apaziguar certa zaragata cometera contra Álvaro Gonçalves, o qual juntamente com os seus cúmplices matara Afonso Lourenço e ferira gravemente Álvaro Lopes e o suplicante.

Reg. Suppl. 170, fl. 59v-60.

Beatissime Pater. Exponitur S. V. pro parte devoti vestri Johannis Alfonsi, presbyteri, rectoris parrochialis ecclesie sancti Michaelis de Prato, Bracharensis diocesis, et dicitur quod, cum olim quidam Alvarus Lupi, canonicus Bracharensis, in civitate Portugalensi in certa domo ad mensam una cum dicto Johanne Alfonsi exponente et quondam Alfonso Laurentii comedendo sederet, quondam Alvarus Gunsalvi, presbyter, duobus sibi associatis complicibus, hostio domus aperto reperto, ipsam domum intrantes et ad mensam, ubi Johannes Alfonsi, Alvarus Lupi et quondam Alfonsus Laurentii discumbentes sedebant, properantes, idem quondam [fl. 60] Alvarus Gunsalvi, presbyter, eidem Alvaro Lupi verbis contumeliosis nephandissimisque et opprobriosis sine quocumque alio preparatorio multipliciter improperando iniuriebatur, dicens et prorumpens hec verba: Alvare Lupi, condormivisti concubine et ancille mee, agens uti nequam et vilis persona, per Corpus Christi reddam tibi, suspendam te ad quercum, pessime traditor; ad que prefatus exponens, nitens talia pacificare, respondens dixit: Alvare Gunsalvi, magis facetum vos extimabam quod talia nobis ad mensam sedentibus velletis querere et reserare. Credo Alvarum Lupi hec numquam cogitasse et minus fecisse, refrenetis vos et pacificetis mentem vestram et talia non dicatis, quia non est vobis honor, conservantes honorem vestrum desistatis. Respondendo protinus dixit dictus quondam Alvarus ad exponentem hec verba: vis vindicare ipsum, designando Alvarum Lupi, et cum hec dixisset, sue proprie salutis immemor, ensem quem secum deferebat, evaginans, ictu vehementissimo in ipsum Alvarum Lupi et similiter alii duo sui in hac parte complices gladios suos mox evaginantes in eumdem A[lvarum] et quondam Alfonsum Laurentii ac exponentem prefatos crudeliter irruerunt adeo quod exponentem et Alvarum Lupi tam in capite quam in brachiis ac scapulis et aliis membris suorum corporum diversimode sauciaverunt prefatumque quondam Alfonsum Laurentii inhumaniter interfecerunt, ipsos nichilominus artius invadere non cessando, unde prefatus exponens, videns sibi mortis periculum imminere et illud aliter evitare non posse neque evadere, prefatum quondam Alvarum Gunsalvi, sentiens se, ut prefertur, etiam letaliter vulneratum, quemdam cultellum, quem secum deferens evaginans, non tamen animo ipsum Alvarum occidendi, sed potius eius furorem et crudelitatem reprimendi et sibi resistendi, vitam defendendo et personam, casualiter in pectore repercussit, ex cuiusmodi repercussione idem Alvarus Gunsalvi paulo post ab hac luce migravit. Cum autem, Pater Beatissime, dictus exponens eumdem quondam Alvarum non animo interficiendi, ut premittitur, percusserit neque homicidium huiusmodi odio, rancore vel inimicitia contra ipsum Alvarum perantea conceptis conmiserit aut perpetraverit, sed tante crudelitatis et inhumanitatis se et personam suam defendendo, possetenus resistitit (1), vim vi repetendo et extrema urgente necessitate et de premisso casu ex (2) intimis dolens desideret absque conscientie sue lesione in suis ordinibus ministrare et ut prius Altissimo gratum reddere famulatum, supplicat S. V. dictus exponens humiliter et devote quatinus, attentis premissis et consideratis, sibi more pii patris compatientes affectu, ac statui suo de benignitate apostolica providentes, ipsum ab excommunicationis sententia reatuque homicidii necnon aliis censuris et penis, quas propter premissa quomodolibet incurrit, absolventes et nichilominus omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam per eum premissorum occasione contractam penitus abolentes, cum ipso super irregularitate, si quam ex premisso commisso homicidio vel alias huiusmodi ligatus sententia celebrando divina vel immiscendo se illis contraxerit et quod in omnibus suis susceptis, etiam presbyteratus, ordinibus ministrare ac ut illa que canonice tempore perpetrati homicidii possidebat et possidet de presenti ut quecumque alia similia vel dissimilia beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, retinere,

etiam si canonicatus et prebende ac dignitates, personatus, administrationes vel officia fuerint, si sibi alias canonice conferantur, recipere et retinere possit et valeat, dignemini auctoritate apostolica misericorditer dispensare, non obstantibus premissis necnon constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus ecclesiarum, in quibus huiusmodi beneficia forsan fuerint, ceterisque contrariis quibuscumque. — *Fiat ut petitur et dispensamus, si sine scandalo. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, sexto Idus Septembris, anno sexto.

---

(1) No ms. *resistit*, com sinal de erro.

(2) O hebdomadário ou corrector traçou a palavra *ab* que substituiu por *ex*.

752

1423, Setembro 9

Martinho Anes, clérigo da diocese de Coimbra, o qual levado pelos conselhos de um franciscano, seu confessor, prometera entrar no convento recentemente fundado de Gouveia, se fosse livre de certa enfermidade mental, ingressou na Ordem e esteve no dito convento vários meses, onde tomou o hábito, sem professar, bem como noutros conventos, sem utilidade nenhuma para a Ordem, pede para viver no mundo ou entre clérigos e pessoas honestas ou entre eremitas em algum lugar.

Reg. Suppl. 170, fl. 78v-79.

Beatissime Pater. Exponitur S. V. pro parte devoti vestri oratoris Martini Johannis, clerici Colimbriensis diocesis, quod, cum ipse in decimo sexto etatis sue anno vel quasi constitutus esset, et defectum sensus pateretur et infirmitate quadam gravatus fuisset seductusque et circumventus per quemdam fratrem ordinis Minorum, eius confessorem, ut conventum in monasterio noviter fundatum prope locum de Gouvea, si a dicta infirmitate liberaretur, intraret, qui seductus et levis sensus id vovit, de facto, liberatusque a dicta infirmitate, ordinem predictum intravit et habitum assumpsit in dicto conventu, quem habitum per novem menses vel quasi et quasi demens portavit, videnque quod propter eius fatuitatem male a fratribus tractabatur ac correctionem (1) fratrum ordinis dictum conventum exivit et habitum dimisit et per mundum in habitu seculari vagavit non perfectum sensum habendo, deinde denuo habitum assumpsit et ad monasterium fuit reversus, ubi etiam per certos menses stetit, semper quasi demens vivendo, fratres videntes quod quasi fatuus esset et maxime quia propter sui fatuitatem eorum defectus et vitam malam detegebat et inutilis erat ordini, ymmo potius nocivus, ipsum acriter cum uno li[g]no (2) pluribus verberibus verberarunt, de quibus verberibus in lecto quasi per tres menses infirmus iacuit in alio monasterio, qui, postquam convaluit, habitum dimisit et ad seculum rediit, habitum secularem assumendo et portando, deinde iterum habitum regularem assumpsit et isto modo quasi decem monasteria intravit et exivit et sic quasi annum cum dimidio cum istis fatuitatibus portavit, fratres vero videntes quia inconstans et demens sive quasi fatuus esset et potius nocivus ordini quam proficuus, ipsum semper a dictis monasteriis expellerunt nec postmodum aliquem sive aliquos voluntarios

receptores invenit, ymmo potius invenit expulsores, propter sui fatuitatem et sic quia quasi continuus fatuus est in aliquo ordine minime reciperetur, etiam si intrare vellet, cum potius nocivus ordini quam proficuus sit, et dispositus sit numquam ad dictum ordinem redire nec aliquem alium intrare, quia si rediret et intraret potius nocivus quam utilis fuisset et forte aliquem illorum fratrum occideret. Et ut maius malum et circuitus evitetur et occasio peccandi subtrahatur, ideo supplicatur [fl. 79] eidem S. V. pro parte dicti exponentis quatinus sibi licentiam concedere dignemini ut in aliquo loco cum aliquibus heremitis vel in seculo cum personis honestis vitam suam ducat et ibi perpetuo Domino famuletur aut cum clericis et personis honestis ipsum tollerantibus in suo defectu sensus, attento quod nullam professionem in dicto ordine fecerit nec dispositus est facere aut saltem ipsum declarare ad nullum ordinem fore obligatum ac ab apostasia, si quam incurrit, misericorditer absolventes, attempto quod potius fidem Christi blasphemaret (3) quam aliquem ordinem intraret, de vestra gratia speciali, signantes per *Fiat ut petitur et dispensamus. — Fiat ut petitur et committatur generali ministro. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, quinto Idus Septembris, anno sexto.

(1) No ms. *corructionem*, com sinal de erro.
(2) No ms. sinal de erro.
(3) No ms. *blasfamaret*, com sinal de erro.

753

1423, Setembro 9

Pedido de indulgências para os visitantes que contribuirem para a reparação da capela duma ermida da diocese de Braga.

Reg. Suppl. 170, fl. 113v.

Dignetur S. V. omnibus et singulis christifidelibus vere penitentibus et confessis qui quamdam capellaniam destructam in erimitagio de capite in met parrochialis ecclesie de Moucoos Bracharensis diocesis ad honorem gloriose (1) Virginis Marie fundatam visitaverint et qui de bonis sibi a Deo collatis et erogaverint et manus porrexerint adiutrices, seu qui in eorum testamentis vel extra aurum, argentum, vestimentum aut aliud caritativum subsidium ad relevatiñ opus (2) et commodum dicte cappelanie seu ornamenta eidem capellanie necessaria donaverint seu legaverint aut donari seu legari procuraverint, quotiens premissa seu aliquod premissorum devote fecerint et qui dictam capellaniam visitaverint in diebus festivis per cancellariam dari consuetis et per eorum octavas sexdecim (3) annos et totidem quadragenas et per dict., etc., quadraginta dies de iniunctis sibi penitentiis misericorditer relaxare. Constitutionibus apostolicis ceterisque in contrarium non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, quinto Idus Septembris, anno sexto.

(1) No ms. *groriose*, com sinal de erro.
(2) No ms. sinal de erro.
(3) No ms. *secim*, com sinal de erro.

754

1423, Setembro 10

D. Álvaro Ferreira, nobre, embaixador d'el-rei de Portugal e protonotário apostólico, pede providências a seu favor quanto ao deado de Coimbra, sobre o qual litigara com D. Antão Martins, recentemente promovido a bispo do Porto e então cónego de Lisboa.

Reg. Suppl. 170, fl. 123v-124.

Beatissime Pater, lite et causa in vestro sacro palatio apostolico causarum inter devotum vestrum Alvarum Ferrera, apostolice sedis prothonotarium, reum ex una, et Antonium Martini actorem (1), tunc canonicum Ulixboñ, nunc electum Portugalensem (2), de et super decanatu ecclesie Colimbriensis et eius occasione partibus ex altera indecisa pendente, dictus Alvarus, tunc possessor dicti decanatus, litem huiusmodi ignarus, ac magister Johannes, tunc rector parrochialis ecclesie sancti Michaelis de Monte Maiori Colimbriensis diocesis, desiderantes dicta sua beneficia propter certas rationabiles causas invicem permutare, illa permutarunt et sic prefatus Alvarus dictam ecclesiam parrochialem fuit assecutus. Verum, Pater Sancte, quia predictus Alvarus fuit citatus per edictum et propter ignorantiam dicte citationis ad dictam causam non venit nec se defendit et ut dicitur diffinitivam contra se sententiam reportavit cum condempnatione fructuum, ut dicitur, et etiam expensarum, que, nulla provocatione suspensa, in rem, ut dicitur, transivit iudicatam et expense, ut dicitur, taxate et littere executoris extracte, a qua quidem sententia dictus Alvarus, postquam ad eius pervenit notitiam, ad sedem apostolicam appellavit et causa appellationis huiusmodi venerabili viro domino Johanni Gundissalvi, dicti palatii causarum auditori, cum potestate restituendi, etc., commissa in materia restitutionis huiusmodi per ipsum dominum Johannem auditorem contra ipsum exponentem una pretensa sententia etiam lata dicitur et pendet terminus ad appellandum et sic inter exponentem et Antonium prefatos lite huiusmodi seu restitutionis causa pendente, cuius statum placeat habere pro sufficienter expresso, a nonnullis asseritur permutationem huiusmodi non valere neutrique dictorum ius in dicto decanatu seu ad ipsum competere. Quare supplicat eidem S. V. predictus Alvarus qui de nobili genere procreatus ac serenissimi principis domini Johannis, Portugalie et Algarbii regis illustris, ambassiatoris existit, quatinus auditori cause committere dignemini et mandare quod, si per eventum litis huiusmodi sibi constiterit et neutri dictarum partium ius competere in dicto decanatu, seu ad eum ex tunc eidem Alvaro exponenti de dicto decanatu, qui dignitas curata et maior post pontificalem in dicta ecclesia existit, cuius fructus, etc., ducentarum quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive eo quo assecutus extitit, sive alias quovis modo aut [fl. 124] ex alterius cuiuscumque persona, sive per munus consecrationis eidem Antonio electo impendendum aut per lapsum temporis, etc., de consecrandis episcopis, etc., vacet, etiam si specialiter vel generaliter reservatus vel devolutus existat, aut litigiosus, provideat necnon in omni iure et ad omne ius, si quod predicto Antonio tempore sue promotionis ad dictam ecclesiam Portugalensem competebat surroget. Non obstantibus canonicatu et prebenda ecclesie Ulixboñ ac archidiaconatu in eadem, qui dignitas curata, non tamen maior, post pontificalem existit, quorum trecentarum sexaginta, ac ecclesia collegiata sancti Petri

de Ferreira Portugalensis diocesis, cum canonicatu Portugalensi, quorum ducentarum quinquaginta, ac ecclesia collegiata sancti Martini, cuius possessionem non habet, cuius ducentarum quinquaginta, necnon sancti Michaelis et sancti Petri monasteriis, que obtinet in commendam, quorum quadringentarum librarum Turonensium parvorum, fructus, etc., extimatione simili valorem annuum (3) non excedunt, aut gratia expectativa, in cancellaria eiusdem S. V. exprimenda, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, quarto Idus Septembris, anno sexto.

---

(1) No ms. *auctorem*, com sinal de erro.
(2) Cf. nota 1 do n. 703.
(3) No ms. *eamdem*, com sinal de erro.

755

1423, Setembro 15

João Afonso, leigo da diocese do Porto, pede a faculdade de fundar um hospital ou albergaria, com o respectivo oratório e cimitério, em honra de Santo António de Lisboa, na paróquia de S. Miguel de Travaçô, no lugar onde se juntam os rios Vouga e Águeda, que impediam a passagem dos transeuntes durante o inverno.

Reg. Suppl. 170, fl. 120-120v.

Beatissime Pater, cum duo magna flumina in quantitate aque Agueda et Vouga vulgariter nuncupata coniungantur in unum in parochia (1) sancti Michaelis de Travaçoo Colimbriensis diocesis et superveniente pluvia tam tempore yemali quam veris seu estatis ipsa flumina adcrescunt et in congregatione aquarum augmentantur, quod portus clauditur et nullus per dictum locum transire possit (2), quapropter viatores et transeuntes per dictum portum seu vadum sunt impediti et transire non possunt et in dicto loco per spatium quindecim dierum et ultra resident et moram faciunt ibique tempore yemali frigore, fame et penuria de victualibus patiuntur et rebus aliis necessariis pro sustentatione vite sue, devotusque orator vester Johannes Alfonsi, laicus Portugalensis diocesis, cupiat ibidem de bonis suis propriis et adiutorio christifidelium quoddam hospitale construere et edificare pro recollectione pauperum et christifidelium per dictum locum transeuntium cum oratorio et capella ibidem construenda et edificanda sub vocabulo sancti Antonii de Padua ordinis Minorum cum campana, campanili et cimiterio ad sepeliendos servitores et alios christifideles ibidem morientes pro tempore decedentes ibidem et ubi corpora eorum sepulture tradantur, ideo supplicat dictus Johannes Alfonsi quatinus sibi licentiam concedere dignemini edificandi et construendi dictum hospitale cum campana, capella et campanili sub vocabulo dicti sancti, cuiusvis licentia minime requisita petita et obtenta (3), de vestra gratia speciali et quod dictum hospitale regatur et gubernetur per eum, dum vitam duxerit

in humanis, et post eius obitum per heredes et successores [fl. 120v] ipsius et successive per illos qui de eius generatione procederint, de vestra gratia speciali. — *Fiat in forma. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, decimo septimo Kalendas Octobris, anno sexto.

---

(1) No ms. foi acrescentado ao meio da palavra as letras *li*, talvez para se ler *parrochiali ecclesia.*

(2) No ms. *possunt*, com sinal de erro.

(3) No ms. vêm a seguir as palavras *vel etiam minime obtenta*, supérfluas, a não ser que fosse *vel etiam minime obtinenda.*

756

1423, Setembro 19

Nova súplica de Lourenço Rodrigues, reitor da igreja paroquial de S. Miguel de Figueiredo, da diocese de Braga, a completar uma anterior, com extensão a benefício incompatível, incluindo uma igreja paroquial.

Reg. Suppl. 170, fl. 173.

Reformatio Laurentii Roderici, rectoris parrochialis ecclesie sancti Michaelis de Figueiredo Bracharensis diocesis super perinde valere gratie expectative (1).

Beatissime Pater, nuper S. V. suprainserti tenoris supplicationem pro devoto vestro Laurentio Roderici, in eadem descripto, gratiose signavit. Verumptamen, Pater Sancte, per signaturam in eadem supplicatione appositam, que est *Fiat et sub prima data. O.*, dispensatio ut dictam vicariam, quam obtinet, cum alio quocumque incompatibili beneficio et curato per triennium obtinere possit, etc., inibi petita venire non videtur, dignetur igitur S. V. litteras apostolicas super prescripta supplicatione conficiendas cum expressione dispensationis petite huiusmodi, cum declaratione videlicet quod etiam si dictum beneficium incompatibile parrochialis ecclesia existat et sibi quocumque modo etiam aliter quam virtute dicte gratie conferatur cum dicta vicaria per dictum triennium retinere possit per cancellariam apostolicam et ubique expediri mandare et cum ipso L[aurentio] super petitis cum dicta declaratione misericorditer dispensare. Cum non obstañ et clausulis in dicta supplicatione contentis et aliis oportunis. — *Fiat et dispensamus. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, tertiodecimo Kalendas Octobris, anno sexto.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

757

1423, Setembro 19

Álvaro Lopes, sacerdote, capelão d'el-rei de Portugal, já dispensado do impedimento de ilegitimidade e com faculdade de receber vários benefícios, pede a dispensa de reter as duas igrejas

paroquiais de S. Tiago de Torres Vedras e de S. Nicolau de Lisboa, por se duvidar da validade da respectiva consecução.

Reg. Suppl. 170, fl. 174-175.

Beatissime Pater, dudum cum devoto vestro Alvaro Lopi, presbytero, devotissimi eiusdem S. filii Johannis, Portugalie et Algarbii regis, capellano, ut non obstante defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et duo beneficia ecclesiastica dumtaxat, etiam si alterum ipsorum curatum foret, primo, et deinde duo alia beneficia ecclesiastica, etiam si alterum ipsorum curatum aut canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis illaque quatuor beneficia ecclesiastica simul vel successive ex causa permutationis vel alias, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, beneficium vel beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica recipere et retinere libere et licite valeret apostolica fuit auctoritate dispensatum, quarum quidem dispensationum vigore ad omnes huiusmodi sacros ordines promotus, Bracharensis et sancte Marie de Vimeranis ecclesiarum canonicatus et prebendas ac parrochialem ecclesiam sancti Salvatoris [fl. 174v] de Nabaaes Bracharensis diocesis, tunc quam expost ex causa permutationis dimittens, parrochialem ecclesiam sancti Jacobi de Turribus Veteribus Ulixbonensis diocesis fuit assecutus et subsequenter ut unum aliud beneficium ecclesiasticum curatum, etiam si dignitas, personatus vel officium cum cura vel sine cura in metropolitana vel cathedrali seu collegiata et dignitas ipsa in metropolitana vel cathedrali maior post pontificalem aut collegiata ecclesiis huiusmodi principalis foret, et ad eam quis per electionem assumi consuevisset, si sibi alias canonice conferretur, vel assumeretur ad illud, cum predicta parrochiali ecclesia sancti Salvatoris, quam tempore huiusmodi ultime concessionis seu dispensationis obtinebat, etiam incompatibile recipere et una cum eadem ecclesia quoad viveret retinere ac parrochialem ecclesiam et beneficium huiusmodi simul vel successive ex causa permutationis vel alias, totiens quotiens sibi placeret, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud, etc., beneficia, duo tantum incompatibilia, recipere et etiam quoad viveret insimul retinere licite valeret predicta auctoritate apostolica extitit successive dispensatum, cuius quidem ultime dispensationis vigore parrochialem ecclesiam sancti Nicolai Ulixboneñ est assecutus illamque cum predicta sancti Jacobi parrochiali ecclesia per annum vel paulo plus tenuit et possedit, prout tenet et possidet de presenti. Cum autem, Pater Beatissime, a pluribus dubitatur prefatum Alvarum Lopi prefatas duas parrochiales ecclesias scilicet sancti Jacobi et sancti Nicolai vigore dicte ultime dispensationis posse retinere, supplicat igitur S. V. prefatus Alvarus Lopi quatinus dictam ultimam dispensationem, etiam quoad effectum obtinendi duas parrochiales ecclesias, ratam habentes et gratam, eamque quoad hoc ex certa scientia extendentes sibique de dictis parrochialibus ecclesiis obtentis, que de iure patronatus regum Portugalie existunt, quarumque fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive adhuc eo modo, quo assecutus est, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vel ipse vel ipsa altera per assecutionem huiusmodi vel ambe per constitutionem *Execrabilis* vacent aut reservate, affecte, litigiose, cuius litis statum, etc., vel devolute sint, dignemini misericorditer de novo providere, cum habilitatione, etc., si et prout expedit, et nichilominus secum ut dictas parrochiales obtentas quoad vixerit insimul retinere ipsasque parrochiales ecclesias vel alteram ex eis simul vel successive ex causa permutationis dimit-

tere et loco dimisse vel dimissarum aliam vel alias aut aliud [fl. 175] vel alia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica, duo tantum incompatibilia, totiens quotiens sibi placuerit, recipere et etiam quoad vixerit insimul retinere libere et licite possit et valeat misericorditer concedere et dispensare dignemini. Non obstañ Brachareñ et sancte Marie de Vimaranis canonicatibus et prebendis, quorum nonaginta, ac beneficio ecclesiastico sine cura santi Salvatoris de Bulhente, quod etiam de iure patronatus predictorum regum existit, Tudensis diocesis, ecclesiarum, cuiusque decem librarum Turonensium similium fructus, etc., extimatione predicta valorem annuum non excedunt, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat, habilitamus et dispensamus de consensu patroni ad quinquennium.* O.

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, tertiodecimo Kalendas Octobris, anno sexto.

758

1423, Setembro 21

Frei Agostinho Anes de Torres Vedras renova o pedido de permanecer na Ordem do Espírito Santo, por se duvidar do conteúdo da concessão anterior.

Reg. Suppl. 170, fl. 173.

Reformatio fratris Augustini Johannis de Turribus [Veteribus] Ulixbonensis diocesis super quadam rehabilitatione eiusdem (1).

Beatissime Pater, cum per signaturam predictam S. V. propter commissa per prefatum Augustinum Johannis supplicantem et nichilominus hesitetur in quo ordine et habitu predictorum debeat remanere, dignetur igitur S. V. sibi licentiam in ordine et habitu Sancti Spiritus remanendi, in quibus est de presenti, concedere de gratia [et] (2) misericordia speciali, cum suis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat.* O.

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, undecimo Kalendas Octobris, anno sexto.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

(2) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão de *et* ou a significar que a palavra *gratia* ou *misericordia* devia estar a mais.

759

1423, Setembro 24

O nobre Pedro de Montemor pede dispensa do impedimento de ilegitimidade para receber todas as Ordens, inclusive sacras, e sobre a pluralidade de benefícios.

Reg. Suppl. 170, fl. 200v.

Supplicat S. V. devotus vester Petrus de Monte Maiori, de nobili genere procreatus, quatinus sibi specialem gratiam facientes, cum ipso ut non obstante defectu natalium quem patitur de milite soluto et coniugata genitus ad clericatus et ceteros minores et sacros ordines etiam usque ad presbyteratus inclusive promoveri et beneficium ecclesiasticum unum, duo tria et plura cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebende ac dignitates, personatus, administrationes in cathedralibus vel collegiatis ecclesiis aut decanatus ruralis ecclesie parrochialis vel prioratus secularis aut alia quecumque beneficia fuerint, recipere et retinere illudque vel illa simpliciter vel ex causa permutationis dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, semel et sepius, etiam recipere et licite retinere possit et valeat misericorditer dispensare dignemini, dicto natalium defectu non obstante, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, octavo Kalendas Octobris, anno sexto.

760

1423, Setembro 29

Álvaro Peres, clérigo de Coimbra e estudante de direito canónico, solicita o canonicato e prebenda de Silves e o arcediagado de Lagos, vacantes por morte de Vasco Vicente.

Reg. Suppl. 171, fl. 18v-19.

Supplicat S. V. devotus vester Alvarus Petri, clericus Colimbriensis, studens in iure canonico, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie Silvensis ac archidiaconatu de Lacobus, qui in dicta ecclesia Silvensi dignitas curata existit, per obitum quondam Valasci Vincentii, extra Romanam Curiam defuncti, vacantibus, quorum fructus, etc., centum septuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive premisso sive alio quovis modo et per quamcumque aliam personam vacant, seu renuntiationem de eisdem in Curia Romana vel extra eam coram notario et testibus factam, quam gratam et ratam habere dignemini, aut archidiaconatus per constitutionem *Execrabilis* vacet [fl. 19] seu reservati, affecti, devoluti aut litigiosi existant, eidem Alvaro dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa necnon defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, super quo secum dispensatum, ut in cancellaria exprimetur, dispensantes cum eodem Alvaro ad uberiorem cautelam ut ipse, predicto defectu non obstante, canonicatum et prebendam et archidiaconatum huiusmodi libere et licite (1) obtinere valeat (2) et possit, misericorditer dispensare dignemini. Et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. Non obstañ quod canonicatus et prebenda et archidiaconatus huiusmodi per quemdam Gundisalvum Falcon assertum, qui homicida et inhabilis ut dicitur existit, per annum et ultra, ut prefertur, detinentur (3) occupati, signantes *Ut petitur et dispensamus.*

Fiat ut petitur pro omnibus quatuor et dispensamus cum tertio. O.

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, tertio Kalendas Octobris, anno sexto.

---

(1) No ms. *licite et licite*, com sinal de erro.
(2) No ms. vem repetida a palavra *valeat*, com sinal de erro.
(3) No ms. *detinet*, com sinal de erro.

761

1423, Setembro-Outubro

Nova súplica de Álvaro Lopes sobre as igrejas paroquiais de S. Tiago de Torres Vedras e de S. Nicolau de Lisboa, por a concessão ou resposta papal abranger uma só.

Reg. Suppl. 171, fl. 39v.

Reformatio Alvari Lopi super parrochialibus ecclesiis sancti Jacobi de Turribus Veteribus Ulixboñ diocesis et sancti Nicolai Ulixboñ (1).

Beatissime Pater, cum in signatura S. V. petitioni, cuius copia prescribitur, apposita propter restrictionem sive regulas cancellarie, per eamdem S. editas, una tantum parrochialis in dicta petitione petitarum venire aut concessam fore censetur, supplicat igitur S. V. devotus vester Alvarus Lopi supradictus et devotissimi eiusdem S. filii Johannis, Portugalie et Algarbii regis, capellanus, quatinus litteras apostolicas super prefata petitione conficiendas de ambabus parrochialibus ecclesiis petitis expediri mandare dignemini ac si petitio ipsa *Per fiat ut petitur de utroque*, etc., signata fuisset, cum non obstañ et clausulis in dicta petitione contentis et clausulis oportunis.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto, riscadas. Sem riscar as seguintes palavras alusivas ao texto que foi riscado: *scripta per errorem quia per concessum. Ar.*

762

1423, Outubro 1

Nova súplica de Lourenço Rodrigues sobre a perpétua vigararia da igreja de Santo Estêvão de Alenquer e sobre benefícios com cura de almas.

Reg. Suppl. 170, fl. 294.

Reformatio Laurentii Roderici super perpetua vicaria parrochialis ecclesie sancti Stephani de Alanquerio Ulixboñ diocesis ac revalidatione gratie quoad curata beneficia (1).

Pater Sancte, quia per signaturam in reformatione, cuius copia immediate prescribitur, que est *Fiat de dispensatione. O.*, per S. V. appositam dubitatur an huiusmodi triennii dispensatio cum clausula inibi posita, videlicet etiam si beneficium incompatibile huiusmodi parrochialis ecclesia existat et qualitercumque conferatur, cedat et veniat, dignetur S. V. litteras apostolicas super dispensatione huiusmodi ad dictum triennium et cum expressione clausule huiusmodi, videlicet etiam si beneficium incompatibile parrochialis ecclesia existat et qualitercumque conferatur, etiam ad partem, si necesse fuerit, et absque mentione seu alias de quo videbitur prime originalis supplicationis, cuius etiam copia in primo loco premittitur, conficiendas, per cancellariam apostolicam et ubique expediri concedere et mandare de gratia speciali et cum clausulis et modis super petitis, in contrarium facientibus non obstantibus. — *Fiat de triennio. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, Kalendis Octobris, anno sexto.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

763

1423, Outubro 1

Lourenço Rodrigues, reitor da igreja paroquial de S. Miguel de Figueiredo da diocese de Braga, renova súplica quanto à dispensa relativa a benefícios incompatíveis.

Reg. Suppl. 171, fl. 4.

Reformatio Laurentii Roderici, rectoris parrochialis ecclesie sancti Michaelis de Figueredo (1) Bracharensis diocesis super dispensatione ad incompatibilia (2).

Pater Sancte. Quia per signaturam in reformatione, cuius copia immediate prescribitur, que est *Fiat de dispensatione. O.*, per S. V. appositam, dubitatur an huiusmodi dispensatio cum clausula inibi posita videlicet etiam si beneficium incompatibile huiusmodi parrochialis existat et qualitercumque conferatur, veniat, dignetur S. V. litteras apostolicas super dispensatione huiusmodi etiam ad partem si necesse fuerit absque mentione prime originalis, cuius copia etiam supra in primo loco premittitur, et prout expediens fuerit, conficiendas cum expressione clausule huiusmodi, etiam si parrochialis ecclesia existat et qualitercumque conferatur, per cancellariam et ubique expediri concedere et mandare de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Et cum aliis clausulis oportunis. — *Fiat de parrochiali ad sex menses. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, Kalendis Octobris, anno sexto.

---

(1) No ms. *Figuenedo.*

(2) Palavras na margem esquerda do texto.

764

1423, Outubro 3

Súplica de João Gomes, sacerdote da diocese de Braga, o qual estudara direito canónico durante algum tempo, já dispensado do impedimento de ilegitimidade e com a igreja paroquial de Santa Maria de Idães da diocese de Braga, sobre a pluralidade de benefícios.

Reg. Suppl. 171, fl. 61v-62.

Supplicat S. V. devotus vester Johannes Gometii, presbyter Bracharensis diocesis, qui per aliqua tempora in iure canonico studuit, cum quo dudum super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ut, eo non obstante, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, etiam si curatum foret, obtinere valeret apostolica fuit auctoritate dispensatum, qui quidem Johannes, prime dispensationis huiusmodi vigore, parrochialem ecclesiam beate Marie de Ydãees Bracharensis diocesis, tunc certo modo vacantem, ex tunc pacifice assecutus, quatinus secum ut quecumque, quotcumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, invicem compatibilia, etiam si canonicatus et prebende in cathedralibus vel metropolitanis seu collegiatis ecclesiis dignitates etiam principales, personatus vel officia in collegiatis ecclesiis et dignitates ipse curate et elective fuerint, si sibi alias canonice conferantur, similiter recipere et retinere ac omnia beneficia huiusmodi simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica, invicem compatibilia, etiam recipere et retinere valeat, dispensare dignemini de gratia speciali, defectu predicto ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon dicta parrochiali ecclesia, quam obtinet, cuiusque fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, ac statutis et consuetudinibus ecclesie vel ecclesiarum, in qua vel quibus beneficia huiusmodi fuerint, et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam [fl. 62] Maiorem, quinto Nonas Octobris, anno sexto.

765

1423, Outubro 3

Outra súplica de Frei Agostinho Anes de Torres Vedras, a quem fora concedido o indulto de permanecer na Ordem do Espírito Santo, a pedir agora todos os direitos pertencentes aos membros da dita Ordem.

Reg. Suppl. 171, fl. 153v.

Pro Augustino Johannis de Turribus Veteribus Ulixbonensis diocesis (1).

Beatissime Pater, cum S. V. dispensaverit cum predicto devoto vestro Augusto Johannis super aliquibus excessibus per ipsum commissis et licentiam ei dederit ut in habitu Sancti Spiritus, in quo existit, remaneat, ut in preinsertis supplicatione et reformatione plenius continetur, sed quia, Pater Sancte, hesitatur an si quis de uno ordine se transtulerit ad alium, possit habere vocem in capitulo et aliis immunitatibus ipsius ordinis gaudere, supplicat igitur eidem S. prefatus Augustinus quatinus specialem gratiam sibi facientes, ut in dicto ordine Sancti Spiritus, ad quem se transtulit, possit et valeat vocem activam et passivam habere et gaudere omnibus privilegiis, libertatibus et immunitatibus, quibus alii fratres dicti ordinis gaudere possunt, licentiam concedere dignemini de gratia speciali. Constitutionibus et ordinationibus dicti ordinis et iuribus ac aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque. — *Fiat quod non habeat. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, quinto Nonas Octobris, anno sexto.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

766

1423, Outubro 7

Diogo Gonçalves, clérigo de Santarém, o qual, havia mais de dez anos, tomava parte nas guerras, a favor do papa, em defesa da cidade de Roma, pede dispensa da irregularidade em que incorrera por tal motivo, com o fim de poder receber benefícios eclesiásticos.

Reg. Suppl. 170, fl. 299v-300.

Beatissime Pater. Exponit S. V. devotus vester Didacus Gunsalvi (1), clericus (2) castri Sanctarenensis Ulixbonensis diocesis, quod cum ipse a decem annis et ultra vigentibus guerris in istis partibus Italie contra Ecclesiam Dei et Urbem ipse exponens contra inimicos Ecclesie et Urbis in servitio ipsius Ecclesie cum gentibus armorum ipsius et stipendiarius fuit et extitit pro defensione ipsius Ecclesie et ad eius stipendium et tamquam bellestarius (3) sepe et aliquando ut pedester manu armata in nonnullis locis preliis et scaramutiis, ubi nonnulla homicidia, mutilationes et vulnerationes contra adversarios Ecclesie perpetrata fuerunt, interfuit, aliquos aliquando vulnerando et aliquos verberando, nullum tamen occidendo manu propria, propter quod timet aliquam irregularitatem et inhabilitatem incurrisse seu infamie maculam contraxisse, ideo supplicat eidem S. V. dictus exponens quatinus secum super irregularitate et inhabilitate ac infamie macula, si quas occasione premissa incurrit, dignemini misericorditer dispensare et ut quodcumque, quecumque, quotcumque, qualiacumque, beneficium seu beneficia, si sibi alias canonice conferantur, libere recipere et licite retinere valeat necnon ad sacros ordines etiam presbyteratus promoveri possit et in ipsis perpetuo Domino famulari etiam dignemini misericorditer dispensare, signantes, Pater Sancte, per *Fiat ut petitur et dispensamus*, constitutionibus, ordinationibus apostolicis et aliis quibuscumque in contratium editis non obstan-

tibus de gratia speciali et dispensamus (*sic*). — *Fiat ut petitur et dispensamus citra altaris ministerium et committatur episcopo Ellectensi. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, Nonis Octobris, anno sexto.

---

(1) No ms. *Gunsalvi*, com sinal de erro.
(2) No ms. *clericus*, com sinal de erro.
(3) No ms. sinal de erro.

767

1423, Outubro 12

Nova súplica de Lopo Vasques, relativa à igreja paroquial de Santa Maria da Lourinhã, para não ser obrigado a receber as Ordens requeridas dentro dum prazo de 10 *anos.*

Reg. Suppl. 171, fl. 118v-119.

Reformatio Lupi Valasci super parrochiali ecclesia sancte Marie de Lourinhãa Ulixboñ diocesis (1).

Beatissime Pater, cum pridem S. V. supplicationem, cuius copia prescribitur, pro devoto vestro Lupo suprascripto per *Fiat ut petitur. O. et recipiat ordines debitos infra sex menses et habilitamus*, gratiose signaverit ac dicta signatura eidem Lupo, ex eo quod ipse non sit intentionis recipiendi huiusmodi ordines infra dictos sex menses, minus utilis existat, quare supplicat S. V. prefatus Lupus quatinus litteras apostolicas super huiusmodi supplicatione conficiendas in cancellaria eiusdem S. absque expressione et cum cassatione horum verborum *et recipiat ordines debitos infra sex menses* et cum concessione quod ipse L[upus] infra decennium, a data presentium computandum, se ad huiusmodi ordines promoveri facere minime reneatur, nec ad id a quoquam invitus compelli valeat, expediri mandare dignemini de gratia speciali, generalis concilii et aliis constitutionibus [fl. 119] et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ad sex alios menses. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, quarto Idus Octobris, anno sexto.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

768

1423, Outubro 22

D. João, rei de Portugal, solicita para o seu capelão Pedro Afonso, chantre da igreja colegiada de Guimarães, a graça doutro benefício com cura de almas e incompatível.

Reg. Suppl. 171, fl. 159v-160.

Supplicat S. V. devota creatura vestra Johannes, Portugalie et Algarbii rex illustris, quatinus sibi in personam dilecti capellani sui, continui commensalis, Petri Alfonsi, cantoris secularis et collegiate ecclesie sancte Marie de Vimaranis Bracharensis diocesis, gratiam facientes specialem, cum eodem Petro ut una cum cantoria, quam in eadem ecclesia obtinet, que dignitas, non tamen principalis, in eadem ecclesia existit, et cuius fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, unum aliud beneficium ecclesiasticum curatum seu alias incompatibile, etiam si [fl. 160] parrochialis ecclesia, dignitas, personatus vel officium, etiam cum cura vel sine cura, in metropolitana, cathedrali aut in collegiata ecclesia huiusmodi principalis fuerit, et ad illam consueverit quis per electionem assumi, si sibi alias canonice conferatur, vel assumatur ad illud, recipere et insimul, quoad vixerit, retinere illaque, quotiens sibi placuerit, simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica, similiter recipere et quoad vixerit retinere libere et licite valeat dispensare dignemini de gratia speciali. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon quod ipse Petrus in Bracharensi et Silvensi ecclesiis canonicatus et prebendas, quorum centum, ac in sancte Marie et in sancti Petri de Obidos, quarum viginti, necnon in sancte Marie de Pena de Leirena Colimbriensis diocesis et cuius decem et in sancte Marie Magdalene Ulixboñ parrochialibus ecclesiis perpetuas portiones sine cura et cuius quindecim librarum Turonensium similium secundum predictam extimationem fructus, etc., valorem annuum non excedunt, obtinet, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, undecimo Kalendas Novembris, anno sexto.

769

1423, Outubro 22

Diogo Martins, clérigo da diocese de Lamego, pede ao papa mande privar, a seu favor, Vasco Martins do canonicato, prebenda e chantria de Lamego.

Reg. Suppl. 171, fl. 217v-218.

Beatissime Pater, exponitur S. V. pro parte humilis et devoti vestri Didaci Martini, clerici Lamecensis diocesis, quod, licet quidam Valascus Martini canonicatum et prebendam ac cantoriam ecclesie Lamecensis obtinuerit, prout obtinet de presenti, nichilominus tamen quia ut publicus concubinarius publice ac continue in domo retinens concubinam, filios et filias procreando ex eadem, necnon ut excomunicatus ac in nonnullis aliis suis demeritis exigentibus culpatus existit, propter que ad huiusmodi beneficia obtinendum reddit se indignum, supplicat igitur eidem S. V. idem exponens quatinus alicui probo viro in partibus committere dignemini et mandare quod de premissis se informet et, si per informationem huiusmodi reppererit premissa vera vel aliquid aliud, propter quod huiusmodi beneficiis merito sit privandus, predictum Valascum huiusmodi bene-

ficiis privet et amoveat realiter ab eisdem, necnon canonicatum et prebendam ac cantoriam huiusmodi, que dignitas etiam curata (1) fuerit (2) vel electiva, non tamen maior post pontificalem existit, quorum fructus, etc., canonicatus et prebende videlicet quadraginta, cantorie vero centum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, cum per huiusmodi privationem, etiam si actu premisso vel alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vel per assecutionem aliorum beneficiorum, quacumque auctoritate collatorum, seu per resignationem de eisdem in Curia Romana vel extra eam coram notario et testibus factam, quam gratam [et] ratam habere dignemini pro expressis, aut dignitas huiusmodi per constitutionem *Execrabilis* vacent, seu si specialiter vel generaliter reservata, affecta, devoluta aut litigiosa existant, eidem Didaco conferat et provideat etiam de eisdem, non obstantibus duabus portionibus sine cura, quas in sancti Petri de Ferreira ac de Tarouca, Portugalensis et Lamacensis diocesum, ecclesiis, quarum fructus, etc., viginti librarum Turonensium parvorum simili extimatione valorem annuum non excedunt, dicitur obtinere, ac gratia expectativa, in cancellaria eiusdem S. V. exprimenda, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis, etiam statutis, constitutionibus et ordinationibus tam apostolicis quam aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque.

... ...

[fl. 218v]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus quatuor. O.

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, undecimo Kalendas Novembris, anno sexto.

---

(1) No ms. sinal de erro.
(2) No ms. sinal de erro.

770

1423, Outubro 22

Outra súplica de Álvaro Lopes sobre a nova provisão das igrejas paroquiais de S. Tiago de Torres Vedras e de S. Nicolau de Lisboa e sua respectiva habilitação.

Reg. Suppl. 171, fl. 232v-233.

Reformatio Alvari Lopi, presbyteri, super nova provisione super parrochialibus ecclesiis sancti Jacobi de Turribus Veteribus Ulixbonensis diocesis et sancti Nicolai Ulixboñ et habilitatione eiusdem Alvari, etc. (1).

Beatissime Pater, licet in petitione, cuius copia prescribitur, inadvertenter sit expressum quod ipse Alvarus, cum dictam ecclesiam sancti Salvatoris ex causa permutationis dimisisset, predictam ecclesiam sancti Jacobi fuisset assecutus, quod tamen caret veritate, sed dictam ecclesiam sancti Salvatoris obtinen[do] confisus de dispensatione de duobus incompatibilibus huiusmodi, eamdem ecclesiam sancti Jacobi, ut premittitur, extitit asse-

cutus illasque per duos annos et ultra insimul detinuit et postmodum, dicta ecclesia sancti Salvatoris ex causa permutationis dimissa, eamdem ecclesiam sancti Nicolai, ut premittitur, extitit assecutus illamque una cum dicta ecclesia sancti Jacobi etiam insimul detinuit indebite occupatas, supplicat igitur eidem S. dictus Alvarus [fl. 233] quatinus litteras apostolicas super dicta petitione conficiendas cum expressione premissorum necnon habilitatione et nova provisione et aliis in dicta petitione contentis expediri mandare. Cum non obstañ et clausulis in dicta petitione contentis et aliis oportunis. — *Fiat.* O.

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, undecimo Kalendas Novembris, anno sexto.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

MARTINHO V

(EL. 11 NOV., COR. 21 NOV. 1417, + 20 FEV. 1431)

SÚPLICAS

ANO SÉTIMO

(21 NOV. 1423 – 20 NOV. 1424)

AV, REG. SUPPL., VOL. 172 A 180

771

1423, Novembro 23

Nova súplica de Álvaro Peres, clérigo de Coimbra, que agora era bacharel em decretos, sobre a dispensa quanto a mais quatro benefícios, com extensão a dignidades, etc.

Reg. Suppl. 172, fl. 42-42v.

Reformatio Alvari Petri, clerici Colimbriensis, super dispensatione defectus natalium (1).

Beatissime Pater, licet S. V. supplicationem, cuius copia premittitur, pro devoto vestro Alvaro Petri suprascripto per *Fiat ut petitur* gratiose signaverit, tamen cum in prefata supplicatione non fieret mentio de dignitate, personatu, etc., et prefatus Alvarus tunc temporis non esset graduatus in iure canonico, supplicat [fl. 42v] igitur S. V. dictus Alvarus, qui bacallarius in decretis existit, quatinus gratiam dispensationis sibi concedere et desuper litteras ad huiusmodi quatuor alia beneficia ecclesiastica, etc., etiam si dignitates, personatus, administrationes et officia in metropolitanis et cathedralibus et collegiatis ecclesiis et dignitates ipse in eisdem metropolitanis et cathedralibus maiores post pontificales ac collegiatis huiusmodi ecclesiis principales fuerint et ad eas vel eos consueverit qui[s] per electionem assumi eisque cura immineat animarum, si sibi alias canonice conferantur, vel assumatur ad illa libere recipere et licite retinere illaque simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis aut alias quotiens voluerit dimittere et loco dimissi vel dimissorum simile vel dissimile, similia vel dissimilia, beneficium vel beneficia, ecclesiasticum seu ecclesiastica, libere recipere et licite retinere possit et valeat, in cancellaria S. eiusdem expediri mandare dignemini de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, ac gratia expectativa, cum certa dispensatione, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum ceteris clausulis oportunis. — *Fiat etiam ad personatum et ac si tunc fuisset graduatus et sub prima data. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, nono Kalendas Decembris, anno septimo.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

772

1423, Novembro 23

Idêntica súplica à anterior de Álvaro Peres, bacharel em decretos, sobre a expedição das letras apostólicas de mais quatro benefícios, extensivas a canonicatos e prebendas.

Reg. Suppl. 172, fl. 42v-43.

Reformatio Alvari Petri, clerici Colimbriensis, super dispensatione defectus natalium (1).

Beatissime Pater, licet S. V. supplicationem, cuius copia premittitur, pro devoto vestro Alvaro Petri suprascripto per *Fiat. O.* gratiose signaverit, tamen ab aliquibus asseritur quod propter rigorem et regulas cancellarie S. eiusdem canonicatus et prebende ac maiores post pontificales in metropolitanis vel cathedralibus et in collegiatis ecclesiis principales dignitates, personatus, administrationes vel officia curata vel electiva in eisdem metropolitanis, cathedralibus et collegiatis ecclesiis eidem Alvaro minime venire dicuntur. Supplicat igitur S. V. prefatus Alvarus, qui bachalarius in decretis existit, quatinus gratiam dispensationis sibi concedere et desuper litteras ad huiusmodi quatuor alia beneficia ecclesiastica, etc., etiam si canonicatus et prebende ac in metropolitanis vel cathedralibus post pontificales maiores seu in collegiatis ecclesiis huiusmodi principales dignitates, personatus, administrationes vel officia curata vel electiva fuerint, in cancellaria S. eiusdem expediri mandare dignemini de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum [fl. 43] Rome, apud Santam Mariam Maiorem, nono Kalendas Decembris, anno septimo.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

773

1423, Novembro 30

Leonor de Barros, da diocese de Braga, monja do mosteiro de Santa Maria de Celas da diocese de Coimbra, pede dispensa do impedimento de ilegitimidade para ascender aos cargos e dignidades da Ordem de Cister.

Reg. Suppl. 172, fl. 30.

Supplicat S. V. humilis et devota oratrix vestra Leanor de Bayrros Bracharensis diocesis, monialis professa monasterii sancte Marie de Cellis ordinis Cisterciensis, quod est situm extra muros civitatis Colimbriensis, de presbytero genita et soluta, quatinus sibi specialem gratiam facientes, ut quodlibet officium seu dignitatem prioralem, etiam si prelatura existat, sui monasterii vel alterius cuiuscumque sui ordinis eligi et assumi valeat, predicto defectu natalium non obstante, super quo secum dispensatum est, ut in cancellaria exprimetur, misericorditer cum dicta Leanore dispensare dignemini. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis aliisque contrariis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, pridie Kalendas Decembris, anno septimo.

774

1423, Dezembro 11

Diogo Anes, sacerdote da diocese de Évora, solicita a perpétua porção da igreja paroquial de S. Salvador de Arraiolos, vacante por morte de João Gonçalves, morto na Cúria pontifícia.

Reg. Suppl. 172, fl. 107.

Supplicat S. V. devotus vester Didacus Johannis, presbyter Elborensis diocesis, quatinus sibi de perpetua portione sine cura parrochialis ecclesie sancti Salvatoris de Arrayollos diocesis predicte, cuius fructus, etc., decem librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante per mortem cuiusdam Johannis Gunsalvi, apud sedem apostolicam defuncti, sive premisso, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet et generaliter seu specialiter reservata, devoluta vel litigiosa sit, dignemini misericorditer providere. Non obstañ gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Idus Decembris, anno septimo.

775

1423, Dezembro 12

Nova súplica de Pedro Afonso, chantre da igreja colegiada de Guimarães, sobre a expedição das letras apostólicas quanto à dispensa sobre dois benefícios incompatíveis.

Reg. Suppl. 172, fl. 102v-103.

Reformatio Petri Alfonsi, cantoris ecclesie sancte Marie de Vimaranis Bracharensis diocesis, super dispensatione duorum incompatibilium (1).

Beatissime Pater. Cum per signaturam supplicationis, cuius copia superius describitur, [fl. 103] petita non videntur venire, dignetur igitur S. V. litteras apostolicas super huiusmodi supplicatione conficiendas cum dispensatione ad huiusmodi duo incompatibilia, prout in eadem supplicatione petitum extitit, expediri mandare dignemini de gratia speciali. Cum non obstañ et aliis in dicta supplicatione contentis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, pridie Idus Decembris, anno septimo.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

776

1423, Dezembro 20

Súplica do Infante D. Fernando, a favor de Vasco Lourenço, sacerdote e cónego regrante de Santo Agostinho do mosteiro de Santa Maria de Vila Nova de Muia da diocese de Braga, sobre o priorado desse mosteiro, vacante por morte de Rodrigo Gonçalves.

Reg. Suppl. 172, fl. 117.

Supplicat S. V. devotus et fidelis servitor eiusdem S. Fernandus, devotissimi filii vestri Johannis, Portugalie et Algarbii regis, natus, quatinus sibi in personam dilectissimi Valasci Laurentii, presbyteri, canonici regularis professi prioratus sancte Marie de Villa Nova de Muiha ordinis sancti Augustini canonicorum regularium Bracharensis diocesis specialem gratiam facientes, eidem Valasco de dicto prioratu sancte Marie, cuius fructus, etc., trecentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante ad tempus per obitum Roderici Gunsalvi, extra Romanam Curiam defuncti, qui quidem prioratus curatus et conventualis ac electivus existit et ad quem sic ut premittitur vacantem, idem Valascus per maiorem et saniorem partem canonicorum ipsius extitit electus, sive premisso, aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si generaliter aut specialiter reservatus et devolutus ac litigiosus sit, dignemini misericorditer providere et cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertiodecimo Kalendas Januarii, anno septimo.

777-778

1423, Dezembro 26

Súplicas de D. João, rei de Portugal, a favor de Lourenço Fogaça, deão do Porto, doutor em medicina, seu médico e familiar, sobre uma igreja paroquial a reter com o deado, e a favor de João Gonçalves, cónego de Coimbra, seu familiar e dispenseiro, sobre duas igrejas paroquiais ou dois benefícios incompatíveis.

Reg. Suppl. 172, fl. 203v-204.

Supplicat S. V. devotissimus filius eiusdem S. Johannes, Portugalie et Algarbii rex, quatinus sibi in personam Laurentii Fogacia, decani Portugalensis ecclesie, doctoris in medicina, medici et familiaris sui continui commensalis, specialem gratiam facientes, cum eodem L[aurentio] ut unam parrochialem ecclesiam una cum decanatu, qui dignitas in eadem ecclesia maior post pontificalem in ecclesia Portugalensi ac curata et electiva existit, cuius fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum

non excedunt, quem obtinet, si sibi alias canonice conferatur, libere recipere et quoad vixerit retinere, necnon decanatum ac parrochialem ecclesiam huiusmodi seu alterum eorum, totiens quotiens voluerit, simpliciter vel ex causa permutationis, simul vel successive dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile vel dissimile, similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum seu ecclesiastica, duo tantum incompatibilia, etiam si parrochiales ecclesie, dignitates etiam maiores post pontificales, ac personatus vel officia in metropolitanis vel cathedralibus ecclesiis et altera earum principalis in collegiata, et curate et elective fuerint, quoad vixerit libere recipere et licite retinere possit et valeat gratiose dignemini misericorditer dispensare. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis non obstantibus quibuscumque, et cum aliis clausulis oportunis. —*Fiat et dispensamus ut petitur. O.*

778. Item quatinus devoto oratori vestro Johanni Gunsalvi, canonico Colimbriensi, dispensatori ac familiari suo continuo commensali, specialem gratiam facientes, secum ut duas parrochiales ecclesias aut duas dignitates seu personatus vel officia cum cura vel sine cura, ad invicem compatibiles, seu incompatibilia in metropolitanis seu cathedralibus aut collegiatis, etiam si dignitates ipse in [fl. 204] metropolitanis aut cathedralibus maiores post pontificales aut altera earum in collegiata ecclesiis huiusmodi principalis ac curate et elective fuerint, si sibi alias canonice conferantur, vel assumatur ad illas, libere recipere et licite retinere quoad vixerit possit et valeat illasque, illos vel illa simpliciter vel ex causa permutationis aut alias, totiens quotiens voluerit, simul vel successive dimittere et loco dimisse vel dimissi, dimissarum vel dimissorum, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum seu ecclesiastica, duo tantum incompatibilia, etiam quoad vixerit, libere recipere et licite retinere possit et valeat gratiose dignemini misericorditer dispensare. Constitutionibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Non obstañ quod canonicatus et prebendas Colimbriensis et Portugalensis ecclesiarum et archidiaconatum de Sea, qui dignitas in ecclesia Colimbriensi existit, obtinet et S. V. sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Elborensis, certo modo vacaturis, mandavit provideri, quorum omnium fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum in absentia non excedunt, et cum aliis clausulis oportunis. —*Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, septimo Kalendas Januarii, anno septimo.

779

1424, Janeiro 12

Nova súplica de Gonçalo Martins sobre a igreja paroquial de Cabanões da diocese do Porto e expedição das respectivas letras apostólicas, a confeccionar com menção da igreja paroquial de Zurara da mesma diocese, que João do Casal obtivera.

Reg. Suppl. 172, fl. 231.

Reformatio super parrochiali ecclesia de Cabanoes diocesis Portugalensis (1).

Beatissime Pater, S. V. devoto vestro Gundisalvo (2) Martini suprascripto gratiam fecit suprascriptam, sed quia, Beatissime Pater, ut ab aliquibus asseritur, supradictam eccle-

siam de Cabanoes, aliter quam ut premittitur, vacaverit seu vacet ad presens, dignetur igitur S. V. litteras apostolicas super supplicatione, cuius copia (3) describitur, cum expressione etiam si dicta ecclesia per assecutionem parrochialis ecclesie de Zurara Portugalensis diocesis per quemdam Johannem de Cassalis auctoritate ordinaria factam vel fiendam aut per constitutionem *Execrabilis*, seu per liberam resignationem supradicti Gundissalvi vel dicti Johannis in Romana Curia vel extra factam vacet, expediri mandare dignemini de gratia speciali. Cum non obstañ et clausulis in dicta supplicatione contentis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, pridie Idus Januarii, anno septimo.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto.
(2) No ms. *Gundissalvus*, com sinal de erro.
(3) No ms. *copiam*, com sinal de erro.

780

1424, Janeiro 18

João Rodrigues de Casal, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Vimieiro da diocese de Évora e perpétuo porcionário na igreja de S. Pedro de Ferreira da diocese do Porto, já dispensado do impedimento de ilegitimidade, o qual estudara direito canónico durante quatro anos, tendo trocado a igreja paroquial de S. Salvador de Árvore da diocese do Porto pela sobredita de Santa Maria de Vimieiro pede a graça da pluralidade de benefícios.

Reg. Suppl. 172, fl. 236v.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. humilis et devotus vester Johannes Roderici de Casal, rector parrochialis ecclesie sancte Marie de Vimieiro Elborensis diocesis et perpetuus portionarius in ecclesia sancti Petri de Ferreira Portugalensis diocesis, cum quo primo ut, non obstante defectu natalium, quem patitur de presbytero, priore ordinis sancti Augustini expresse professo, genitus et soluta, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura recipere et retinere libere et licite valeret, secundo vero ut, eodem non obstante defectu, unum, duo, tria vel quatuor beneficium seu beneficia, ecclesiasticum seu ecclesiastica, cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebende in collegiatis ecclesiis forent, canonice sibi collata, obtinere auctoritate fuit apostolica dispensatum, quarum dispensationum vigore, ad omnes minores ordines rite promotus, predictam portionem et deinde sancti Salvatoris de Arvore, quam pro beate Marie de Vimieiro, nunc per eum obtentam, parrochiales ecclesias Portugalensis et Elborensis diocesum obtinuit, quatinus secum qui per quadriennium in iure canonico studuit, ut quoscumque quotcumque canonicatus et prebendas, dignitates et personatus et officia in metropolitanis et cathedralibus ecclesiis et dignitates ipse in metropolitanis et cathedralibus maiores post pontificales et ad eum, eos vel ea consueverint qui per electionem assumi eisque cura immineat animarum, si sibi alias canonice conferantur, vel assumatur ad illa, libere recipere et licite retinere valeat et possit, necnon

predicta beneficia ac canonicatus et prebendas ac dignitates huiusmodi simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, aut alias, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia, simile aut similia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum seu ecclesiastica, invicem compatibilia libere recipere et licite retinere possit et valeat gratiose dignemini misericorditer dispensare, constitutionibus apostolicis ac Pictavensis concilii, statutis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quintodecimo Kalendas Februarii, anno septimo.

781

1424, Fevereiro 6

Frei Afonso Lourenço da diocese de Tui, o qual, tendo entrado na Ordem Dominicana, passou desta aos Mercedários e depois à Ordem da Santíssima Trindade, até se reduzir a simples sacerdote secular, pede a absolvição da irregularidade e da excomunhão em que porventura tivesse incorrido, com faculdade de ingressar na Ordem de Santo Agostinho ou com o hábito de Santo Antão.

Reg. Suppl. 174, fl. 272.

Beatissime Pater, exponitur S. V. pro parte devoti oratoris vestri fratris Alfonsi Laurentii Tudensis diocesis quod, cum a iuventute desideraverit sub regulari habitu Deo famulari, ordinem fratrum Predicatorum ingressus, tanto tempore in eodem ordine permansit quod omnes sacros ordines suscepit et presbyter effectus, dictum ordinem expresse professus est, postmodum, non contentus regularibus observantiis dicti ordinis, certis causis ipsum taliter qualiter moventibus, dictum ordinem exeundo eodemque neglecto, per mundum hinc inde discurrendo, retento tamen dicte religionis habitu, divinis se immiscuit, missas celebrando, populo predicando et nonnullas indulgentias fict. et que in rerum natura numquam extiterunt exponendo, confessiones audiendo aliaque sacramenta ecclesiastica ministrando, deinde, dicto ordine fratrum Predicatorum reiecto, habitum sancte Marie de Mercede sive de Redemptione captivorum, deinde habitu illo dimisso, habitum Sancte Trinitatis suscepit, in eorumdem habituum quolibet fere per biennium inmorando, novissime vero, predictis omnibus abiectis, in habitu presbyterorum secularium se reddidit (1), verum, Pater Sancte, cum idem Alfonsus, sui salutis non immemor, ad cor penitentie reversus, sciens in huiusmodi excessibus fortasse irregularitatem et excommunicationis sententiam incurrendo, se graviter peccasse, propter quod a divinis nonnullis temporibus citra se abstinuit, prout adhuc se abstinet, quapropter de molita benignitate eiusdem S. V. confidens, mandatisque sancte matris Ecclesie, que nulli ad se revertenti gremium claudit, sed aperit, humiliter sit obedire paratus cupiatque in dictis susceptis ordinibus Deo famulari et servire, supplicat igitur eidem S. V. idem Alfonsus quatinus ad obstruendum ora simplicium et fortasse contra

ipsum occasione premissorum obloquentium, ipsum a delicto et peccatis suis ac excommunicationis sententia, si quam occasione premissorum incurrerit, absolvi et a dicta irregularitate dispensari mandare dignemini et ut ipse Alfonsus in quocumque monasterio ordinis sancti Augustini sub habitu sancti Antonii, in quo quidem monasterio commode, de consensu abbatis et conventus, preceptoris aut principalis illius monasterii, in quo ipsum residere disposuerit, dimisso predicto fratrum Predicatorum ordine ac habitu prefatis, habitum sancti Antonii et ordinem sancti Augustini suscipere et professionem facere et sub regulari observantia fratrum sancti Antonii ordinis sancti Augustini vivere et permanere ad instar aliorum religiosorum dicti ordinis sancti Augustini dictum habitum deferentium libere et licite assequi et recipere ac ibidem permanere possit et valeat dignemini de speciali dono gratie licentiam impartiri atque facultatem plenariam concedere, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque, cum clausulis oportunis, attento, Pater Sancte, quod in illo ordine sancti Augustini sub dicto habitu sancti Antonii Deo serviendo et famulatum reddendo melius et securius quam sub quocumque alio ordine sperat et desiderat salutem anime sue procurare. — *Fiat ut petitur quod reddeat ad ordinem Predicatorum et tunc absolvatur et habilitetur ab eius ministro. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, octavo Idus Februarii, anno septimo.

---

(1) No ms. *reddit*, com sinal de erro.

782

1424, Fevereiro 8

D. Vasco, bispo do Porto, transferido para a sé de Évora, vacante pela transferência de D. Pedro para a sé de Lisboa, pede a declaração pontifícia de que a sua transferência para a igreja de Évora era válida, por se duvidar do valor de tal transferência.

Reg. Suppl. 174, fl. 140v.

Beatissime Pater. Nuper S. V. devotam creaturam vestram Petrum, archiepiscopum Ulixbonensem, tunc Elborensem episcopum (1) a vinculo, quo eidem Elborensi ecclesie, cui tunc preerat, tenebatur, absolvens, eum ad Ulixboñ ecclesiam tunc vacantem transtulit, preficiendo eum eidem Ulixbonensi ecclesie in archiepiscopum et pastorem et nichilominus devote creature vestre Valasco, tunc Portugalensis ecclesie episcopo (2), a vinculo, quo eidem Portugalensi ecclesie, cui tunc preerat, tenebatur, per eamdem S. absoluto, ipsum Valascum ad predictam Elborensem ecclesiam sic vacantem transtulit similiter, eum illi ecclesie in episcopum et pastorem preficiendo. Cum autem, Pater Sancte, idem Valascus dubitet translationem et prefectionem suas ex certis causis viribus non subsistere ac etiam eamdem Elborensem ecclesiam de presenti vacare, supplicat igitur S. V. idem Valascus quatinus decernere et declarare dignemini quod translatio et prefectio ut premittitur de persona sua facte et quecumque inde secuta valeant, etiam si ipsa Elbo-

rensis ecclesia ut premittitur vel alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona et ex alia quavis causa ad presens vacet, cuius provisio ad sedem apostolicam pertineat, ipsumque Valascum ipsi ecclesie Elborensi, si et in quantum expediat, de novo dignemini preficere in episcopum et pastorem, non obstantibus omnibus in apostolicis litteris translationis et prefectionis predict. contentis et aliis contrariis quibuscumque, et cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, sexto Idus Februarii, anno septimo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 725.

(2) D. Vasco Peres ou Pires foi transferido da sé do Porto para a de Évora a 10 de Março de 1423 por Martinho V. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 236.

783

1424, Fevereiro 21

D. Fernando, mestre da Ordem de Avis, comendadores, preceptores, cavaleiros e freires da mesma, da diocese de Évora, dependentes da Ordem de Calatrava, pedem a confirmação da resolução do capítulo da Ordem, que permitia aos membros da mesma disporem da metade dos seus bens à hora da morte, estendendo a concessão aos mestres da Ordem, que por esquecimento não tinham sido mencionados nas letras apostólicas respectivas.

Reg. Suppl. 176, fl. 65-66. Publicada por SOUSA COSTA, OFM, A. D. DE, *O Infante D. Henrique na Expansão portuguesa*, Braga, 1960, p. 135-136, n. XI.

Beatissime Pater, olim devoti vestri Fernandus, magister domus de Avisio, et universi preceptores sive commendatores, milites et fratres dicte domus Elborensis diocesis, a domo militie de Calatrava, in regno Castelle existentis, Cisterciensis ordinis, dependentes, attendentes quod eorum servitores qui eis ac domui prefate cum maximis laboribus et personarum suarum periculis aliisque incommodis quamplurimis serviverant et continue serviebant absque certo salario, sed tamen [fl. 65v] sub spe cuiuscumque frugi consequendi ab eis, et quod ipsi preceptores, etc., non habebant ab eorum superiore licentiam testandi sive de bonis et fructibus preceptoriarum earumdem in sua ultima voluntate nec in vita disponendi voluntatesque in premissis servitoribus eisdem ne absque compensatione sive remuneratione laborum suorum remanere contingeret, in eorumdem animarum periculum, capitulariter et unanimiter congregati providaque ac matura in premissis deliberatione prehabita, statuerunt pariter (1) et ordinaverunt quod dicti preceptores, etc., qui erant tunc et pro tempore essent, haberent medietatem omnium bonorum mobilium que apud eos tempore obitus ipsorum repperirentur et similiter etiam de fructibus, etc., preceptoriarum et commendariarum suarum, sicud de aliis bonis que industria eorum acquisivissent et acquirerent, possent et valerent facere et ordinare in vita eorum vel in ultima voluntate de dicta sua medietate testamenta et deputare fidei commissarios seu executores eorumdem testamentorum quascumque personas, etiam seculares, que exe-

querentur libere et absque contradictione aliqua de dicta medietate et ordinationibus eorumdem, prout hec et alia in statuto et ordinatione predictis ac litteris confirmationum illarum apostolicis desuper confectis plenius continetur. Verum, Pater Sancte, licet idem magister in statuto et ordinatione predictis ac litteris confirmationum litterarum principaliter ut caput nominatus extiterit, tamen negligentia vel errore condentium, sub illis comprehendi non videtur, et cum non sit consonum rationi magistrum ipsum, cui ut capiti maius incumbit onus ab huiusmodi statuto et ordinatione ac litteris exclusum fore, supplicat eidem S. idem magister quatinus sibi ut huiusmodi servitoribus similiter providere valeat, quod ipse et alii magistri, qui pro tempore erunt, intelligantur et debeant comprehendi sub huiusmodi statuto et ordinatione et litteris, quemadmodum commendatores, etc., prefati includuntur, ita quod de medietate fructuum, etc., ad eos ratione magistratus sui pertinentium pro tempore et alias, prout ipsi commendatores, etc., facere, disponere et ordinare possunt, facere, disponere et ordinare libere et licite valeant concedere dignemini de gratia speciali. Constitutionibus apostolicis necnon omnibus [fl. 66] illis in prefatis litteris contentis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. — *Fiat et committatur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, nono Kalendas Martii, anno septimo.

(1) No ms. *pat.* com sinal de erro.

784

1424, Fevereiro 23

Novo pedido dos franciscanos que obtiveram de Martinho V faculdade de fundar um convento, directamente sujeito ao Geral da Ordem, no local outrora pertencente aos Terceiros, precisamente para que fosse nomeado pelo papa vigário do convento Frei Pedro Álvares, e concedida aos frades a faculdade de elegerem o sucessor ou sucessores, após a sua morte.

Reg. Suppl. 176, fl. 43v-44.

Reformatio super quodam heremitagio seu capella sancte Cite, fundato in quodam monte quasi deserto Ulixboñ diocesis (1).

Beatissime Pater, cum supplicationem, cuius copia transcribitur, S. V. per *Fiat de concessione loci. O.* gratiose signavit, verum, Pater Sancte, quia per inadvertentiam formantis eamdem, omisit in eadem ponere (2) quod in dicto heremitagio seu capella esset aliquis vicarius qui alios fratres gubernaret et regeret et quod, cedente vel decedente dicto vicario, pro tempore existente, fratres eiusdem heremitagii alium vicarium eligere possent, quod dicto heremitagio erit multum utile, dignetur igitur S. V. devotum oratorem vestrum fratrem Petrum Alvari, in eadem supplicatione descriptum, in vicarium eiusdem heremitagii [fl. 44] ex nunc creare [et] ordinare ipsoque cedente vel decedente dicti fratres alium eligere possint et valeant litterasque super dicta supplicatione conficiendas cum narratione dicte inadvertentie seu presentis reformationis per cancellariam eiusdem

S. et ubique expediri mandare de gratia speciali, regulis cancellarie predicte necnon constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. — *Fiat et committatur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, septimo Kalendas Martii, anno septimo.

---

(1) Palavras na margem esquerda do texto. Sobre este ermitério franciscano e sobre o suplicante, além do n.º 591, cf. SOUSA COSTA, OFM, A. D. DE, *Mestre Fr. André do Prado, desconhecido Escotista português do século XV.* Separata de *Revista Portuguesa de Filosofia*, 23 (1967) 294-337.

(2) No ms. *poni*, com sinal de erro.

785

1424, Fevereiro 26

Gil Esteves, clérigo da diocese de Lisboa, pede a igreja paroquial de S. Pedro de Canaveses da diocese do Porto, a vagar pela resignação de Rui Dias.

Reg. Suppl. 176, fl. 94v-95.

Beatissime Pater. Cum devotus vester Rodericus Didaci, rector parrochialis ecclesie sancti Petri de Canaveses Portugalensis diocesis, dictam ecclesiam resignare proponat in manibus S. V. et per resignationem huiusmodi fiendam ecclesia ipsa in brevi vacare speretur, supplicat S. V. devotus vester Egidius Stephani, clericus Ulixbonensis diocesis, quatinus sibi [fl. 95] gratiam facientes specialem, de dicta ecclesia parrochiali, cuius fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, dum eam per resignationem huiusmodi vacare contigerit, etiam si actu sic vel alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per liberam dicti Roderici aut alicuius alterius, etiam coram notario et testibus sponte factam resignationem vel constitutionem *Execrabilis* vacet, aut generaliter vel specialiter reservata sit, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta existat, misericorditer providere dignemini, cum non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat.*

... ...

[fl. 96]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus quatuor, pro tertio in forma iuris. O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quinto Kalendas Martii, anno septimo.

786

1424, Fevereiro 29

Estêvão Peres renova súplica sobre certa porção da igreja paroquial de Santo André de Lisboa, da qual ele recebia os rendimentos, apesar da revogação pelo papa das uniões e incorpora-

ções, que até então não tinham surtido efeito, e ele ter conseguido tal porção em virtude de letras de Alexandre V e de João XXIII.

Reg. Suppl. 176, fl. 78v.

Reformatio Stephani Petri super certa portione in parrochiali ecclesia sancti Andree Ulixboñ (1).

Beatissime Pater, eo quod dudum S. V. uniones et incorporationes quacumque auctoritate factas, que suum pro tunc sortite non fuerant effectum, revocaverit et assecutio in vim litterarum Alexandri quinti (2) et Johannis xxiii (3), predecessorum S. V., ut suprascribitur, post revocationem huiusmodi facta illa viribus evacuata sint ipseque Stephanus robore confisus litterarum earumdem fructus perceperit ex portione antedicta, bona tamen fide, supplicatur pro parte ipsius Stephani quatinus statum litis huiusmodi habentes pro expresso, litteras apostolicas super premissis ad effectum, etiam si prenominato Alfonso in ipsa portione seu ad eam ius non competat provisionis, eidem Stephano fiende, misericorditer expediri mandare dignemini de gratia speciali, sub data prenarrate petitionis, cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, pridie Kalendas Martii, anno septimo.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.
(2) Cf. nota 1 do n.º 718.
(3) Cf. nota 1 do n.º 8.

787

1424, Março 15

D. Fernando, arcebispo de Braga, sob pretexto de que os barões e outras pessoas poderosas influiam nas eleições dos abades dos mosteiros da sua diocese, pede que as eleições realizadas sem o seu consentimento ou do vigário geral sejam declaradas nulas, mesmo que se trate de mosteiros isentos.

Reg. Suppl. 176, fl. 158v-159.

Beatissime Pater, pro parte humilis et devote facture vestre F[ernandi], archiepiscopi Bracharensis (1), exponitur humiliter et devote quod, cum infra diocesim Bracharensem quamplurima religiosorum virorum monasteria consistentia tam propter occupationes eorum bonorum mobilium et immobilium ob potentiam et oppressiones baronum et dominorum temporalium illarum partium eisdem convicinan[tium] monasteriis, in quibus, cum ea vacare contingunt per importunas oppressiones huiusmodi baronum et dominorum temporalium, quas eis, cum casus huiusmodi vacationum occurrunt, monachis eorum inferunt, usurpando tam abbatum pro tunc morientium quam dictorum monasteriorum bona et res pretiosas, compellunt eligi in abbates ipsorum monasteriorum

minus sufficientes et inhabiles, scilicet eorum familiares et sibi attingentes (2), ponentes in dictis monasteriis gentes armorum pro bonis eorum vastandis donec tales elegerint in eorum abbates quales ipsi domini temporales voluerint ut ex hinc ad manus talium abbatum totam substantiam cum eorum gentibus et canibus possint monasteriorum ipsorum deglutire, ad tantam devenerint et deveniant dietim iacturam quod oportebit multum (3) ex ipsis monasteriis dimitti in habitu et in profanos converti usus, nam que pro divino culto instituta et constructa fuerunt, fiunt proh dolor hodiernis temporibus ara equorum et spelunca latronum dictumque archiepiscopum oporteat ob premissa defendenda et ab ipsis baronis et dominis temporalibus rapta recuperanda multa et insuportabilia onera subire et habitu reiecto clericali armis communiri ac guerram continuam contra huiusmodi oppressores et occupatores agere pro tuitione et defensione huiusmodi monasteriorum, cuius pretextu dissensiones et non minima scandala inter archiepiscopum et barones predictos dietim excitantur et excitari sperantur, nisi per apostolice sedis providentiam de oportuno provideatur remedio et ipsis baronibus via ammodo talia faciendi omnino precludatur, eapropter eidem S. V. prefatus F[ernandus] archiepiscopus supplicat humiliter et devote quatinus dignemini statuere et ordinare quod quotiescumque [fl. 159] monasteria infra dictam diocesim consistentia seu ipsorum aliquod pro tempore vacare contigerit ut nullus in ipsorum monasteriorum, in quibus electio erat (4) fienda pro tunc vacantium abbatem eligi possit sine assensu pariter et consensu expressis archiepiscopi Bracharensis pro tempore existentis seu eius vicarii generalis ac declarare talem electionem sine prefatis consensu et assensu dicti archiepiscopi seu eius vicarii factam ipso facto fore nullam, irritam et cassam, etiam si tale monasterium fuerit exemptum et hoc misericorditer de gratia speciali. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac reservationibus generalibus aut specialibus eorumdem monasteriorum et aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque et cum aliis clausulis oportunis. — *Fiat in forma iuris et committatur.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Idus Martii, anno septimo.

---

(1) Cf. nota 1 do n.º 35.
(2) No ms. *attenen.*, com sinal de erro.
(3) No ms. sinal de erro.
(4) No ms. sinal de erro.

788

1424, Março 21

Gomes Lourenço, reitor da igreja paroquial de Santa Maria de Manhouce da diocese do Porto, solicita a igreja paroquial de S. Vicente de Pereira da mesma diocese, que Vasco Martins detinha ilìcitamente pelo facto de não ter recebido as Ordens sacras, como devia.

Reg. Suppl. 177, fl. 171.

Supplicat S. V. devotus vester Gometius Laurentii, rector sive presbyter parrochialis ecclesie sancte Marie de Manyhoce (1) Portugalensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de ecclesia sancti Vincentii de Pereyra eiusdem diocesis, quam (2) ad presens detinet occupatam Valascus Martini, ultimus rector et detentor eiusdem, qui ut

fertur per annum et ultra se ad ordines sacros non promovit, cuius ([3]) fructus, etc., viginti quinque librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive premisso, vel alio quovis modo et per quamcumque aliam personam vacet, seu renuntiationem de eadem in Curia Romana vel extra, etiam coram notario et testibus factam, quam gratam et ratam habere dignemini, aut ecclesia ipsa per constitutionem *Execrabilis* vacet, seu reservata, affecta, devoluta vel litigiosa existat, eidem Gometio dignemini misericorditer providere. Non obstañ dicta sua parrochiali ecclesia de Manhoce, cuius fructus, etc., viginti quinque librarum Turonensium parvorum similium communi extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa in cancellaria declaranda, et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis.

... ...

[fl. 172]

... ...

Fiat ut petitur pro omnibus duodecim. O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, duodecimo Kalendas Aprilis, anno septimo.

([1]) No ms. sinal de erro.

([2]) No ms. *quem*, com sinal de erro.

([3]) No ms. *quorum*.

789

1424, Março 27

Diogo Domingues, em questão com Estêvão Martins sobre a preceptoria de Santo Antão de fora dos muros de Lisboa, pede a confirmação apostólica das determinações do abade do mosteiro que lha conferiu, depois de ter dela privado o sobredito Estêvão Martins.

Reg. Suppl. 177, fl. 8v-9.

Beatissime Pater, dudum mota inter quemdam Stephanum Martini de Behera, actorem ex una, et devotum oratorem vestrum Didacum Dominici, monasterii sancti Anthonii Viennensis diocesis ordinis sancti Augustini canonicos, defendentem, in partibus ex altera, super preceptoria domus sancti Anthonii extra muros Ulixboneñ, quam ipsorum quilibet ad se de iure spectare asserebat et eius occasione materia questionis et causa huiusmodi tam in partibus in Curia illustrissimi principis domini Johannis, regis Portugalie, quam coram reverendo patre domino Artando, eiusdem monasterii abbate, diutius ventilata, tandem lite huiusmodi coram eodem abbate sic indecisa pendente, idem abbas eumdem Stephanum, suis exigentibus demeritis, dicta preceptoria ac ([1]) omni iure, sibi in ea seu ad eam [fl. 9] quomodolibet competente, auctoritate ordinaria sententialiter privavit et amovit penitus ab eadem, dictamque preceptoriam ac omne ius huiusmodi eidem Didaco eadem auctoritate contulit et providit etiam de eisdem ac eamdem preceptoriam in spiritualibus et temporalibus sibi per eum tenendam, regendam et etiam gubernandam usque ad eiusdem abbatis beneplacitum commisit. Supplicat igitur S. V. idem Didacus expresse professus quatinus sibi specialem gratiam facientes, statum cause huius-

modi habentes hic pro expresso, collationem, provisionem et commissionem huiusmodi ac quecumque inde secuta rata et grata habentes, illa ex vestra certa scientia apostolica auctoritate confirmantes, ipsum in omni iure et ad omne ius, si quod dicto Stephano tempore privationis huiusmodi in dicta preceptoria seu ad eam quomodolibet competebat seu competere poterat surrogare seu surrogari mandare, necnon ius huiusmodi sibi conferre et assignare et providere etiam de illo ipsumque ad huiusmodi ius eiusque ac litis et cause huiusmodi prosecutionem et defensionem in eo statu, in quo tempore dicte privationis erat, admictere, ut moris est, et nichilominus de dicta preceptoria, cuius fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive per obitum ultimi possessoris, sive per huiusmodi privationem, sive alias quovis modo vel per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta et dispositioni apostolice reservata, devoluta seu affecta existat et inter aliquos alios in Romana Curia vel extra eam quomodolibet lis, cuius statum hic habentes pro expresso, pendeat seu remanserit indecisa, eidem Didaco dignemini misericorditer providere, cum non obstañ et clausulis oportunis. —*Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, sexto Kalendas Aprilis, anno septimo.

---

(1) No ms. *ab*, com sinal de erro.

790-791

1424, Março 27

Súplicas de Estêvão Trigo, cónego de Tui, sobre a provisão do mestre-escolado de Tui, de que fora provido por autoridade ordinária, e de Diogo Domingues sobre a preceptoria de Santo Antão de fora dos muros de Lisboa, que lhe tinha concedido o abade do mosteiro, depois de ter privado dela a Estêvão Martins.

Reg. Suppl. 177, fl. 13v-14v.

Beatissime Pater, dudum devotus vester Stephanus Trigo, canonicus Tudensis, tunc parrochialem ecclesiam sancte Marine de Bijnzeos (1) Tudensis diocesis obtinens, scolastriam ecclesie Tudensis, que dignitas curata existit, tunc certo modo vacantem, ordinaria auctoritate sibi collatam extitit pacifice assecutus illasque contra constitutionem felicis recordationis Johannis pape xxii, que incipit *Execrabilis*, nulla super hoc canonica dispensatione obtenta, per tres annos vel circiter insimul detinuit indebite occupatas, fructus exinde interim percipiendo. Supplicat igitur S. V. humiliter dictus Stephanus quatinus omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam, per eum occasione premissorum quomodolibet contractam, abolere, sibique nichilominus de dicta scolastria, etiam si electiva fuerit, cuius fructus, etc., sexaginta florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive adhuc eo modo quo eam extitit [assecutus] (2), sive alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona, vel per eamdem constitutionem vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservata, affecta, devoluta vel litigiosa existat, cuius litis statum habentes presentibus pro expresso, dignemini miseri-

corditer providere. Non obstañ quod canonicatum et prebendam in eadem ecclesia Tudensi et unum in sancti Salvatoris de Tex. et aliud in sancte Eulalie de Camoes dicte diocesis parrochialibus ecclesiis dimidia perpetua beneficia sine cura, quorum omnium fructus, etc., quadraginta florenorum auri similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, obtinet, ac gratia expectativa, cum illius extensione, si quas habet, in cancellaria exprimend., et cum ceteris non obst. et clausulis oportunis.

791. Beatissime Pater, dudum mota inter quemdam Stephanum Martini de Behera actorem ex una, et devotum oratorem vestrum Didacum Dominici, monasterii sancti Anthonii Viennensis diocesis ordinis sancti Augustini canonicos defendentem partibus ex altera, super preceptoria domus sancti Anthonii extra muros Ulixboneñ, quam ipsorum quilibet ad se de iure spectare asserebat et eius occasione materia [questionis] (3) et causa huiusmodi tam in partibus in Curia illustrissimi principis [fl. 14] domini Johannis, regis Portugalie, quam coram reverendo patre domino Artando, eiusdem monasterii abbate, diutius ventilata, tandem lite huiusmodi coram eodem abbate sic indecisa pendente, idem abbas eumdem Stephanum, suis exigentibus demeritis, dicta preceptoria ac omni iure sibi in ea seu ad eam quomodolibet competente auctoritate ordinaria sententialiter privavit et amovit penitus ab eadem dictamque preceptoriam ac omne ius huiusmodi eidem Didaco eadem auctoritate contulit et providit etiam de eisdem ac (4) eamdem preceptoriam in spiritualibus et temporalibus sibi per eum tenendam, regendam et etiam gubernandam usque ad eiusdem abbatis beneplacitum commisit. Supplicat igitur S. V. idem Didacus expresse professus quatinus sibi specialem gratiam facientes, statum cause huiusmodi habentes hic pro expresso, collationem, provisionem et commissionem huiusmodi ac quecumque inde secuta rata et grata habentes, illa ex vestra certa scientia apostolica auctoritate confirmantes, ipsum in omni iure et ad omne ius, si quod dicto Stephano tempore privationis huiusmodi in dicta preceptoria seu ad eam quomodolibet competebat seu competere poterat, surrogare seu surrogari mandare, necnon ius huiusmodi sibi conferre et assignare et providere etiam de illo, ipsumque ac huiusmodi ius eiusque ac litis et cause huiusmodi prosecutionem et defensionem in eo statu, in quo tempore dicte privationis erat, admictere, ut moris est, et nichilominus de dicta preceptoria, cuius fructus, etc., centum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive per obitum ultimi possessoris, sive per huiusmodi privationem, sive alias quovis modo vel per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta et dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservata, devoluta seu affecta existat, et inter aliquos alios in Romana Curia vel extra eam quomodolibet lis, cuius statum hic habentes pro expresso, pendeat seu remanserit indecisa, quibuscumque impetrationibus sive iustitiam sive gratiam continentibus ex adverso forsan obtentis, ipsarum tenorem sive tenores hic habentes pro sufficienter expressis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, eidem Didaco dignemini misericorditer providere, cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.—*Fiat ut petitur pro omnibus quinque et habilitamus penultimum. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum [fl. 14v], sexto Kalendas Aprilis, anno septimo.

---

(1) No ms. sinal de erro.
(2) No ms. sinal de erro, a indicar talvez a omissão da palavra *assecutus*.
(3) No ms. sinal de erro, talvez a indicar a omissão da palavra *questionis*.
(4) No ms. *ab*, com sinal de erro.

792

1424, Março 31

Luís Álvares Cabral, cavaleiro da diocese da Guarda, irmão de D. Diogo, bispo de Lisboa, morto no lugar de Enxara, onde fora sepultado, pede ao papa imponha ao arcebispo e cabido de Lisboa lhe façam construir na catedral de Lisboa um sepulcro digno com os bens que o prelado deixara.

Reg. Suppl. 177, fl. 141-141v.

Beatissime Pater. Exponitur S. V. pro parte humilis et devoti servitoris vestri Ludovici Alvari Cabral, militis Egitaniensis diocesis, fratris quondam Didaci archiepiscopi Ulixbonensis (1), ac omnium et singulorum ipsius archiepiscopi, quod, cum idem archiepiscopus propter pestem que diu in dicta civitate viguit, ipsam civitatem dimitteret et ad nonnulla loca sue diocesis se traheret, tandem ad quemdam locum, Enxara nuncupatum, diocesis predicte secessit, et ibidem per aliquod tempus permanens, vitam suam finivit. Verum, Pater Beatissime, quia familiares et domestici sui credentes quod sue ecclesie capitulum, propter dissensiones et odiorum rancores inter capitulum et archiepiscopum prefatos exortos, ipsum archiepiscopum ad sepulturam in eadem ecclesia non admitterent nec debitos exequiarum honores, ut decebat, sibi facerent, ipsum in una parrochiali ecclesia rurali ruris predicti de Enxara sepelierunt, in qua adhuc posito, sua memoria ab hominibus quodammodo semota et suffocata iacet, quod predictis fratri et nonnullis aliis prelatis, militibus ceterisque reverendis personis, ipsum consanguinitate, affinitate et amicitia attingentibus, aliisque quampluribus honestis viris, in vituperium, tedium et obprobrium tendit. Quare pro parte predictorum fratris et consanguineorum et affinium ceterorumque predictorum V. S. supplicatur humiliter et devote quatinus archiepiscopo et capitulo Ulixboneñ et aliis, quos hoc negotium tangit, sub penis et ecclesiasticis censuris vestris apostolicis litteris notificare et mandare dignemini ut de quampluribus bonis, que per mortem dicti archiepiscopi remanserunt, honestam et decentem sepulturam in dicta Ulixbonensi ecclesia eidem archiepiscopo faciant, sicud et sui predecessores habere consueverunt, cum exequis et funeralibus et aliis honoribus in similibus fieri consuetis, ipsum de dicto loco, ubi nunc, ut predicitur, sepultus est, ad dictam [fl. 141v] Ulixbonensem ecclesiam transferendo. Et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat in forma iuris.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, pridie Kalendas Aprilis, anno septimo.

(1) D. Diogo Álvares, bispo de Évora, transferido para Lisboa, em 25 de Fevereiro de 1415, após a morte do cardeal D. João de Azambuja, ocorrida em 23 de Janeiro de 1415. Por morte de D. Diogo, foi transferido para Lisboa D. Pedro, bispo de Évora, em Março de 1423. Cf. EUBEL, C., *Hierarchia Catholica Medii Aevi*, I, p. 236, 507.

793

1424, Abril 1

O mestre da Ordem de Avis, D. Fernando, pede a expedição das letras apostólicas sobre

o indulto relativo à extensão aos Mestres da Ordem da faculdade de dispor de seus bens, sem designação ou comissão de executor.

Reg. Suppl. 177, fl. 66-66v. Publicada por SOUSA COSTA, OFM, A. D. DE, *O Infante D. Henrique na Espansão portuguesa*, Braga, 1960, p. 136-137, n. XII.

Reformatio super licentia testandi pro medietate bonorum mobilium que apud eumdem magistrum tempore obitus sui reperiuntur (1).

Beatissime Pater, nuper S. V. devoto vestro Fernando, magistro domus de Avisio Elborensis diocesis, a domo militie de Calatrava in regno Castelle dependentis, et successoribus suis supplicationem, cuius copia superius describitur, per *Fiat et committatur*, prout in ea latius continetur, gratiose signavit. Verum universis preceptoribus sive commendatoribus dicte militie, sub ipso magistro consistentibus, simile indultum, ut supra continetur, per litteras apostolicas concessum fuit et quia de huiusmodi indulti concessione in registro apostolicarum litterarum plene constare et commissio per eamdem S. facta super premissis excusari poterit, supplicat eidem S. idem magister quatinus litteras apostolicas super dicta supplicatione conficiendas absque commissione desuper facienda expediri mandare dignemini et cum clausulis in eadem petitione contentis et aliis non obstañ et clausulis oportunis et alias eidem [fl. 66v] magistro concedere, prout in litteris eisdem continetur. — *Fiat.* O.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Kalendis Aprilis, anno septimo.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

794

1424, Abril 3

Súplica de João Lourenço de Coimbra sobre a confirmação da porção perpétua da igreja de S. Martinho de Sintra, vacante por morte de João Lobo, da qual fora provido por autoridade ordinária.

Reg. Suppl. 173, fl. 45.

Beatissime Pater, nuper vacante perpetua portione sine cura parrochialis ecclesie sancti Martini de Sintra Ulixbonensis diocesis per obitum quondam Johannis Lobo, extra Romanam Curiam defuncti, devotus vester Johannes Laurentii de Coimbra de eadem portione auctoritate ordinaria fuit provisus ac eiusdem possessionem fuit assecutus, prout illam de presenti tenet, fructus exinde percipiendo, verum, Pater Sancte, quia dubitat collationem, provisionem ac possessionis assecutionem huiusmodi certis de causis viribus non subsistere, et propterea dictam portionem adhuc vacare, supplicat igitur S. V. prefatus Johannes quatinus collationem, provisionem ac possessionis assecutionem huiusmodi et quecumque exinde secuta rata habentes et grata, et sibi de dicta portione, cuius fructus, etc., viginti quatuor florenorum auri de camera secundum communem extima-

tionem valorem annuum non excedunt, sive premisso vel alio quovis modo et per quamcumque aliam personam vacet, seu renuntiationem de eadem in Curia Romana vel extra, etiam coram notario publico et testibus factam, seu reservata, affecta, devoluta aut litigiosa existat, eidem Johanni dignemini misericorditer providere. Non obstante gratia expectativa in cancellaria declaranda et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur.*

Datum Rome, apud Santum Petrum, tertio Nonas Aprilis, anno septimo.

795

1424, Abril 9

Nova súplica de Pedro Afonso, chantre da colegiada de Santa Maria de Guimarães, quanto à expedição das letras apostólicas, a confeccionar com a dispensa sobre dois benefícios incompatíveis durante dez anos.

Reg. Suppl. 177, fl. 75.

Reformatio Petri Alfonsi, cantoris ecclesie sancte Marie de Vimaranis Bracharensis diocesis (1).

Beatissime Pater, cum per signaturam supplicationis, cuius copia prescribitur, petita in eadem non videantur venire, supplicat igitur eidem S. V. prefatus rex Portugalie et Algarbii quatinus litteras apostolicas super predicta petitionis gratia conficiendas cum dispensatione ad duo incompatibilia huiusmodi ut premittitur extitit supplicatum ad decennium expediri mandare dignemini de gratia speciali, cum non obstañ et aliis in dicta supplicatione contentis et clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quinto Idus Aprilis, anno septimo.

(1) Palavras na margem esquerda do texto.

796

1424, Abril 13

João Anes, perpétuo porcionário da igreja paroquial de Sezimbra, pede a confirmação desta porção que lhe fora concedida pela resignação de Afonso Rodrigues, aceite pelo falecido arcebispo de Lisboa D. Diogo, após permuta com o mesmo da perpétua porção da igreja paroquial de S. João de Frielas da diocese de Lisboa.

Reg. Suppl. 173, fl. 209v-210.

Beatissime Pater, dudum devoti vestri Alfonsus Roderici, tunc beate Marie de Çezimbra et Johannes Johannis, sancti Juliani de Ferellas, parrochialium ecclesiarum Ulixboñ diocesis, perpetui portionarii, desiderantes dictas suas portiones ex certis causis permutare, huiusmodi portiones, quas tunc obtinebant, in manibus bone memorie Didaci, tunc archiepiscopi Ulixbonensis (1), extra Romanam Curiam et in partibus ex causa permutationis libere resignarunt, pretextu quarum dictus archiepiscopus perpetuam portionem ecclesie beate Marie de Çezimbra prefate per predicti Alfonsi liberam resignationem [fl. 210] huiusmodi, ut prefertur factam, vacantem ex causa permutationis dicto Johanni Johannis contulit eumque ad eamdem instituit et in portionarium eiusdem confirmavit, vigore quarum collationis, institutionis et confirmationis dictus Johannes eamdem portionem extitit assecutus, dubitat tamen resignationes, collationem, institutionem et confirmationem predictas viribus non subsistere ex certis causis nec eas valere. Supplicat igitur S. V. dictus Johannes quatinus huiusmodi resignationes, ut premittitur factas, admittentes, necnon collationem, institutionem et confirmationem predictas et quecumque exinde secuta rata habentes et grata, sibi de dicta portione sancte Marie de Çezimbra, cuius fructus, etc., quindecim librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive per huiusmodi liberam resignationem Alfonsi Roderici predicti, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta seu alias generaliter vel specialiter reservata existat, dignemini misericorditer providere, vicaria perpetua sancti Georgii Ulixboneñ et perpetua portione sancti Jacobi de Turribus Veteribus parrochialium ecclesiarum Ulixbonensis diocesis, quarum fructus, etc., viginti octo librarum Turonensium similium predicta extimatione valorem annuum non excedunt, quas obtinet, ac lite inter dictum Johannem Johannis et quemdam Didacum Alfonsi de et super dicta portione et eius occasione in Romana Curia pendente coram certo sacri palatii causarum apostolici auditore et in qua causa appellationis pro parte dicti Johannis in partibus a quadam pretensa diffinitiva sententia contra ipsum et pro prefato Didaco taliter qualiter per venerabilem virum Johannem Pelagii, reverendi patris domini Petri, archiepiscopi Ulixbonensis (2), vicarium in spiritualibus generalem, lata existit interposita, ad nonnullos actus process., citra tamen cause conclusionem, non obstañ et cum ceteris aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Idus Aprilis, anno septimo.

(1) Cf. nota 1 do n.º 792.
(2) Cf. nota 1 do n.º 725.

797

1424, Abril 13

Súplica de Vasco Fernandes, escolar de direito canónico e reitor da igreja paroquial de S. Martinho de Campo da diocese de Braga, sobre o canonicato e prebenda de Braga, vacantes por morte de António Ramos.

Reg. Suppl. 177, fl. 174-174v

Supplicat S. V. humilis et devotus orator vester Valascus Fernandi, scolaris in iure canonico et rector parrochialis ecclesie sancti Martini de Campo Bracharensis diocesis, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie Bracharensis, quorum fructus, etc., sexaginta florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacantibus per obitum quondam Antonii Ramos, ipsorum canonicatus et prebende ultimi veri possessoris, extra Romanam Curiam defuncti, sive premisso, sive alias quovis modo ex alterius cuiuscumque persona sive facto, aut per constitutionem *Execrabilis* vacent, vel tanto tempore vacaverint quod eorum collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta, vel eidem sedi apostolice generaliter aut alias specialiter reservati et affecti seu inter aliquos in Curia vel extra litigiosi existant, cuius litis statum hic habere dignemini pro sufficienter [fl. 174v] expresso, eidem Valasco dignemini misericorditer providere. Non obstañ dicta parrochiali ecclesia sancti Martini de Campo predicte Bracharensis diocesis, cuius fructus, etc., quadraginta florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria V. S. latius declaranda, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Idus Aprilis, anno septimo.

798

1424, Maio 3

Gonçalo Anes, clérigo da diocese de Braga, pede a igreja de S. Tiago de Mouquim que Rodrigo Martins, reitor da igreja de Santo Tirso de Prazins, aceitara depois da resignação de João Luís, mas sem ter obtido a dispensa do impedimento de ilegitimidade.

Reg. Suppl. 173, fl. 117.

Beatissime Pater, alias postquam Rodericus Martini parrochialem ecclesiam sancti Tirsi de Prazins (1) diocesis Bracharensis assecutus erat et aliquamdiu detinuerat, ipse, nulla per eum super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, dispensatione canonica obtenta, ex causa permutationis pro ecclesia predicta parrochialem ecclesiam sancti Jacobi de Mouquim dicte diocesis, tunc per resignationem Johannis Ludovici, que in partibus illis ex dicta causa fiebat, vacantem assecutus extitit et aliquandiu detinuit, prout detinet, indebite occupatam, quare supplicat S. V. devotus vester Gunssalvus Johannis, clericus dicte diocesis, quatinus sibi de predicta ecclesia sancti Jacobi, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona, seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, et generaliter vel specialiter reservata vel devoluta et cuius statum, etc., litigiosa sit, dignemini misericorditer providere. Non obstante gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria apostolica exprimenda, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quinto Nonas Maii, anno septimo.

(1) No ms. *Praziis*, com sinal de erro.

799

1424, Junho 13

João Afonso, perpétuo porcionário da igreja paroquial de S. Salvador de Beja, pede a confirmação da perpétua porção da igreja paroquial de Santa Maria de Beja, que obteve e possuía desde a morte de Estêvão Esteves.

Reg. Suppl. 175, fl. 23v-24.

Supplicat S. V. devotus orator vester Johannes Alfonsi, perpetuus portionarius parrochialis ecclesie sancti Salvatoris de Begia Elborensis diocesis, quatinus sibi de perpetua portione parrochialis ecclesie sancte Marie loci predicti, quam tunc per obitum Stephani Stephani, extra Romanam Curiam defuncti, vacantem, vigore cuiusdam gratie expectative auctoritate apostolica acceptavit et de illa obtinuit sibi provideri, virtute cuius provisionis possessionem ipsius portionis extitit assecutus et eam [fl. 24] ex tunc tenuit et possedit, prout tenet et possidet de presenti pacifice et quiete, cuius fructus, etc., viginti quatuor florenorum auri de camera communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacet et generaliter vel specialiter reservata aut devoluta ac litigiosa sit, dignemini misericorditer providere. Non obstañ quod obtinet quamdam portionem sine cura in predicta parrochiali ecclesia sancti Salvatoris, cuius fructus, etc., viginti sex librarum Turonensium parvorum simili extimatione valorem annuum non excedunt, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Idus Junii, anno septimo.

800

1424, Julho 3

Súplica de Estêvão Martins, clérigo da diocese de Évora, sobre a igreja paroquial de São Tiago de Beja, vacante por morte de Gil Afonso Mínimo.

Reg. Suppl. 175, fl. 220v.

Supplicat S. V. devotus vester Stephanus Martini, clericus Elborensis diocesis, quatinus sibi de parrochiali ecclesia sancti Jacobi de Begia dicte diocesis, cuius fructus, etc., nonaginta novem librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante per mortem Egidii Alfonsi Minimo, extra Romanam Curiam defuncti, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona aut [per] constitutionem *Execrabilis* vel assecutionem alicuius beneficii incompatibilis aut resignationem alicuius de ea extra eamdem Curiam, etiam coram notario publico et

testibus factam, quam ratam, etc., vacet, aut alias generaliter vel specialiter reservata, devoluta, affecta vel litigiosa sit, dignemini misericorditer providere. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur.*

Datum Gallicani Penestrine diocesis, quinto Nonas Julii, anno septimo.

801

1424, Julho 24

Estêvão Martins, clérigo da diocese de Évora, pede a igreja paroquial de S. Tiago de Beja, vacante pela resignação de Gil Afonso Mínimo, embora estivesse ocupada por Rodrigo Lourenço.

Reg. Suppl. 178, fl. 282v.

Supplicat S. V. devotus vester orator Stephanus Martini, clericus Elborensis diocesis, quatinus sibi gratiam facientes specialem, de parrochiali ecclesia sancti Jacobi de Begia dicte diocesis, quam ad presens detinet occupatam quidam Rodericus Laurentii de Aguiar, per resignationem Egidii Alfonsi, dicti Minino, ultimi rectoris (1), qui extra Curiam infra tempus resignationis a iure statutum diem clausit extremum, cuius fructus, etc., centum septuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo et per quamcumque (2) personam seu renuntiationem de eadem in Curia vel extra, etiam coram notario publico et testibus sponte factam (3), aut etiam ipsa per constitutionem *Execrabilis* vacet, seu reservata, devoluta aut litigiosa existat, eidem Stephano dignemini misericorditer providere, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Gallicani Penestrine diocesis, nono Kalendas Augusti, anno septimo.

(1) No ms. com sinal de correcção pelo hebdomadário.
(2) No ms. *quemcumque*, com sinal de erro.
(3) No ms. *facta*, com sinal de erro.

802

1424, Julho 26

Vasco Fernandes, reitor da igreja paroquial de S. Martinho de Campo, da diocese de Braga, o qual estudara direito canónico durante cinco anos nos Estudos Gerais de Salamanca e de Lisboa, pede a faculdade de poder aceitar mais um benefício com cura de almas.

Reg. Suppl. 180, fl. 182v.

Beatissime Pater. Nuper S. V. devoto vestro Valasco Fernandi, rectori parrochialis ecclesie sancti Martini de Campo Bracharensis diocesis, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus et prebenda, dignitas, personatus, administratio vel officium, etc., ad certam collationem communiter vel divisim pertinentem, sub data quarto Kalendas Maii pontificatus vestri anno septimo gratiam fecit expectativam, in originali supplicatione latius contentam, verum, Pater Sancte, cum predicta ecclesia, quam predictus V[alascus] obtinet, adeo sit parva ac oneribus archiepiscopalibus et secularibus exactionibus ponderata quod inspectis statu, conditione, genere litteraturaque suis, ex ea commode sustentari non potest nec exinde studium prosequi, sicut intendit, supplicat igitur S. V. idem V[alascus] qui de bono genere procreatus existit ac in Studio Salamantino et Studio Ulixbonensi in iure canonico per quinquennium studuit, ibidem multa bona parentum suorum exponendo, secum, causa studii prosequendi, ad obtinendum beneficium curatum, etiam si parrochialis ecclesia fuerit, et si sibi vigore presentium vel alias conferatur simul per triennium cum predicta parrochiali ecclesia retinere misericorditer dispensare dignemini, cum non obstañ et clausulis in dicta supplicatione contentis. — *Fiat ut petitur. O.*

Datum Gallicani Penestrine diocesis, septimo Kalendas Augusti, anno septimo (1).

---

(1) Na margem inferior: *Expedita hec ultima supplicatio iii Jun. anni viiii. Ar.*

803

1424, Agosto 4

Afonso Rodrigues, cónego de Lisboa, doutor em leis, solicita a igreja paroquial de S. Martinho de Campo da diocese de Braga, vacante por morte de Vasco Fernandes.

Reg. Suppl. 178, fl. 23v.

Supplicat S. V. devotus vester Alfonsus Roderici, canonicus Ulixbonensis, legum doctor, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancti Martini de Campo, sive alio quovis nomine vocetur, Bracharensis diocesis, cuius fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, vacante per obitum quondam Valasci Fernandi, ultimi ipsius ecclesie rectoris, in Romana Curia defuncti, sive premisso, sive alias quovis modo, aut per quamcumque (1) aliam personam vacet, seu per constitutionem *Execrabilis*, etc., etiam si generaliter vel specialiter iuxta statutum Lateranensis concilii reservata seu devoluta et litigiosa existat, cuius statum, etc., pendeat indecisa in Romana Curia vel extra, eidem Alfonso dignemini misericorditer providere. Non obstañ canonicatu et prebenda ecclesie Ulixbonensis, quorum fructus, etc., centum librarum Turonensium similium communi extimatione valorem annuum non excedunt, ac gratia expectativa, cum eius extensione, in

cancellaria S. V. exprimenda, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Gallicani Penestrine diocesis, pridie Nonas Augusti, anno septimo (2).

(1) No ms. *quemcumque*, com sinal de erro.

(2) Parte desta súplica, com algumas diferenças, sem data e incompleta, vem no fol. 22v deste volume, traçada ao meio e com a seguinte anotação na margem esquerda do rexto: *Cassata quia per concessum erat loco sui script.* Eis a transcrição como aí vem:

«Supplicat S. V. devotus vester Alfonsus Roderici, canonicus Ulixbonensis, legum doctor, quatinus sibi specialem gratiam facientes, de parrochiali ecclesia sancti Martini de Campo, sive alio quovis modo aut per quamcumquer aliam personam vacet, seu per constitutionem *Execrabilis*, etc., etiam si generaliter vel specialiter iuxta statutum Lateranensis concilii reservata seu devoluta et litigiosa existat, cuius statum, etc., pendeat indecisa in Romana Curia vel extra, eidem Alfonso dignemini misericorditer providere. Non obstañ canonicatu et prebenda ecclesie Ulixbonensis, quorum fructus, etc., centum librarum Turonensium similium communi».

804

1424, Agosto 7

Nova súplica de Afonso Rodrigues, doutor em leis, sobre a igreja paroquial de S. Martinho de Campo da diocese de Braga, porque na primeira não fizera menção de Rodrigo Afonso, ao qual fora concedida por morte de Vasco Fernandes, os quais morreram na Cúria a poucos dias de distância.

Reg. Suppl. 178, fl. 61v-62.

Beatissime Pater, nuper parrochiali ecclesia de Campo Bracharensis diocesis per obitum quondam Valasci Fernandi, in Romana Curia defuncti, vacante, S. V. de dicta ecclesia cuidam Roderico Alfonsi provideri concessit, qui infra paucos dies in dicta Curia, litteris super dicta concessione non confectis, obiit, postmodum eadem S. V. infra alios paucos dies devoto oratori vestro Alfonso Roderici, legum [fl. 62] doctori, similiter per obitum dicti Valasci, ut credebatur, vacante, provideri concessit. Cum autem, Pater Sancte, quia idem doctor in sua petitione de concessione dicto Roderico facta nullam mentionem fecit, dubitat concessionem de dicta ecclesia sibi factam non valere, supplicat igitur eidem V. S. quatinus litteras super ipsa ultima concessione huiusmodi sibi facta conficiendas cum narratione concessionis prefato Roderico facte et etiam si dicta ecclesia per obitum ipsius Roderici vacet, cum suis non obst. et clausulis oportunis et sub eadem data expediri mandare dignemini. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Gallicani Penestrine diocesis, septimo Idus Augusti, anno septimo.

805-806

1424, Agosto 10

D. João, rei de Portugal, pede para seu familiar Lourenço Anes, cónego regrante de Santa Cruz de Coimbra, já dispensado do impedimento de ilegitimidade e com a igreja paroquial de

S. Tiago de Óbidos, a faculdade de obter priorados regulares e dignidades abaciais. O mesmo Lourenço Anes, sacerdote, cónego regrante de Santa Cruz de Coimbra, solicita para si o priorado do mosteiro de S. Vicente de Fora de Lisboa, vacante por morte de João Lopes.

Reg. Suppl. 180, fl. 65-65v.

Supplicat S. V. devotissimus filius eiusdem S. Johannes, Portugalie et Algarbii rex, quatinus sibi in personam dilecti familiaris sui Laurentii Johannis, canonici regularis professi prioratus monasterii sancte Crucis Colimbrieñ ordinis sancti Augustini canonicorum regularium specialem gratiam facientes, cum eodem Laurentio, cum quo (1) super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ut, eo non obstante, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura obtinere possit auctoritate apostolica extitit dispensatum, vigore cuius dispensationis ad omnes etiam sacros ordines promotus, parrochialem ecclesiam sancti Jacobi de Obidis Ulixbonensis diocesis extitit assecutus, ut quoscumque prioratus regulares (2), si sibi alias canonice conferantur vel assumatur seu eligatur ad illos vel illas, etiam si electivi fuerint aut curam habeant animarum, libere recipere et licite retinere possit illosque aut illas, quotiens voluerit, simpliciter vel ex causa permutationis dimittere et loco ipsorum seu ipsarum similes vel dissimiles prioratus regulares et abbatiales dignitates (3) libere recipere et licite retinere possit et valeat gratiose dignemini misericorditer dispensare. Constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

806. Supplicat S. V. devotus orator vester Laurentius Johannis, presbyter, canonicus regularis professus prioratus sancte Crucis Colimbrieñ ordinis sancti Augustini canonicorum regularium, [fl. 65v] quatinus sibi de prioratu sancti Vincentii extra muros antiquos Ulixboneñ, qui eiusdem ordinis et conventualis ac curatus existit, vacante ad presens per obitum Johannis Loppi, extra Romanam Curiam defuncti, cuius fructus, etc., viii^{c}. librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservatus, devolutus ac litigiosus sit, dignemini misericorditer providere, cum quo super defectu natalium est dispensatum, ut superius est expressum, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur de utroque. O. Fiat.*

Datum Gallicani Penestrine diocesis, quarto Idus Augusti, anno septimo.

(1) No ms. as palavras *cum quo* foram acrescentadas por cima.

(2) Na margem direita do texto, a anotação: *cass. in originali dignitat.* etc.

(3) No ms. sinal de erro por cima das últimas três palavras.

807

1424, Agosto 14

Gonçalo Afonso, acólito da diocese de Braga, suplica ao papa mande provê-lo da igreja paroquial de S. Salvador de Cristelo da mesma diocese, à qual fora unida a igreja paroquial de Santa Maria de Gilmonde, e às quais tencionava resignar Afonso Domingues.

Reg. Suppl. 180, fl. 70v-71.

Beatissime Pater. Cum devotus orator vester Alfonsus Dominici, presbyter, rector parrochialis ecclesie sancti Salvatoris de Crestello, cui unita et annexa est parrochialis ecclesia sancte Marie de Germundi Bracharensis diocesis, ex certis et legitimis de causis animum suum noventibus predictam ecclesiam sancti Salvatoris cum dicta ecclesia eidem unita resignare proponit, ideo supplicatur eidem S. V. pro parte devoti vestri Gunsalvi Alfonsi, acoliti dicte diocesis, quatinus alicui prelato in partibus committere dignemini et si eidem S. placet episcopo Lamecensi, ut dictam resignationem seu renuntiationem recipiat et admittat, qua admissa, auctoritate apostolica predicto Gunsalvo Alfonsi, acolito, de dicta ecclesia provideat, cuius ecclesie cum sua annexa fructus, etc., viginti quatuor librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valoren annuum non excedunt, sive premisso, sive alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, etiam si reservata, vel devoluta existat, aut tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam devoluta sit et cum ceteris clausulis et formis in talibus apponi consuetis, ac executoribus ut in forma, eidem Gunsalvo dignemini misericorditer providere, regulis cancellarie, constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Gallicani [fl. 71] Penestrine diocesis, decimo nono Kalendas Septembris, anno septimo.

808

1424, Agosto 23

D. João, bispo de Viseu, tinha fundado no ermitério de S. Domingos de Orgéns, da sua diocese de Viseu, um convento para os Franciscanos. E o provincial e frades que aí viviam pedem a confirmação de quanto fizera e concedera o dito bispo.

Reg. Suppl. 178, fl. 34v-35.

Beatissime Pater, cum dudum reverendus in Christo pater dominus Johannes, episcopus Visensis modernus (1), cupiens terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio commutare, ad laudem omnipotentis Dei et beate Marie Virginis ac sancti Francisci confessoris pro seque et progenitorum suorum animarum salute locum et heremitagium sancti Dominici de Orgees Visensis diocesis, ad ipsum episcopum pertinentem, pro usu et habitatione religiosorum et fratrum dicti ordinis sancti Francisci, ita quod inibi edificare et Altissimo famulando perpetuo remanere valeant, [fl. 35] donaverit ac de consensu capituli sui ecclesie Visensis dictis fratribus edificandi et inibi perpetuo remanendi licentiam et facultatem largitus sit (2) et concesserit decretumque suum interposuerit ac locum predictum assignaverit et confirmaverit auctoritate ordinaria, supplicatur S. V. pro parte ministri ac provincialis dicti ordinis religiosorumque et fratrum inibi degentium, quatinus pro firmiori subsistentia premissorum, donationem, licentiam et confirmationem ut premittitur factas et quecumque inde secuta ratas et gratas rataque et grata habentes, ipsas et ipsa ex vestri certa scientia et apostolica auctoritate, supplentes omnes et singulos defectus, si qui forsan intervenerint in premissis, confirmare pariter

et approbare et apostolico sedis munimine corroborare et nichilominus eisdem fratribus et religiosis in dicto loco et heremitorio campanile [cum] campana (3) cimiterium et omnia alia necessaria officina edificandi, construendi, fieri faciendi et habendi licentiam eadem auctoritate apostolica concedere dignemini. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis contrariis nequaquam obstantibus. Cum clausulis oportunis. — *Fiat. O.*

Datum Frascati Tusculane diocesis, decimo Kalendas Septembris, anno septimo.

---

(1) Cf. notas 1 dos n.os 430, 451, 514.
(2) No ms. *largierit*, com sinal de erro.
(3) No ms. sinal de erro.

809-810

1424, Agosto 26

Súplica de Estêvão Martins sobre o priorado do mosteiro de Santa Maria de Vila Nova de Muia dos cónegos regrantes de Santo Agostinho, diocese de Braga, vacante por morte de Rodrigo Gonçalves, e de João Rodrigues, cónego de Lisboa, sobre a igreja paroquial de S. Pedro de Goães da diocese de Braga, que Gonçalo Vasques ocupava indignamente.

Reg. Suppl. 178, fl. 104-104v.

Beatissime Pater. Cum dudum devotus vester Stephanus Martini prioratum monasterii sancte Marie de Villa Nova de Muiha ordinis sancti Augustini canonicorum regularium diocesis Bracharensis, tunc per obitum quondam Ro[derici] Gundissalvi, ultimi possessoris eiusdem, extra Romanam Curiam defuncti, vacantem, auctoritate ordinaria sibi collatum (1), fuerit atque illius possessionem pacifice assecutus, dubitat tamen idem Stephanus collationem et possessionis adeptionem huiusmodi et quecumque exinde secuta certis ex causis viribus non subsistere, supplicat igitur S. V. dictus Stephanus quatinus collationem, provisionem et possessionis adeptionem huiusmodi et quecumque exinde secuta rata habentes et grata, ipsasque auctoritate apostolica ex certa scientia confirmare et approbare et nichilominus de dicto prioratu, qui dignitas principalior in dicto monasterio existit, et ad quem (2) quis per electionem assumi consuevit, cuiusque fructus, etc., ducentarum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, sive per obitum dicti quondam Roderici Gundisalvi, sive alias quovis modo et per quascumque alias personas aut constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias ipse prioratus dispositioni sedis predicte generaliter vel specialiter reservatus, affectus vel litigiosus existat et super eodem in Romana Curia vel extra eam lis inter ipsum Stephanum et alios quoscumque, cuius litis et cause statum S. V. hic habere dignetur pro sufficienter expresso, pendeat [seu] (3) remanserit indecisa, eidem Stephano dignemini misericorditer providere, cum non obstañ et clausulis oportunis.

810. Beatissime Pater, cum quidam Gundisalvus Valasci, assertus presbyter pro rectore parrochialis ecclesie sancti Petri de Guans diocesis Bracharensis se gerens, dudum excommunicatus et ut talis publice denuntiatus fuisset, idem tamen Gundisalvus (4) in contemptum clavium scandalumque plurimorum, absolutione desuper non obtenta, ausu temerario divinis se immiscuit officiis, missam celebrando seu potius prophanando, propter quod non inmerito se dicta parrochiali ecclesia sancti Petri de Guans reddidit indignum, supplicat igitur [fl. 104v] devotus vester Johannes Roderici, clericus Ulixbonensis, quatinus sibi gratiam facientes specialem, de dicta parrochiali ecclesia sancti Petri de Guans cuiusque fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, necnon committere et mandare alicui probo viro in Romana Curia aut extra quatinus se de premissis simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicii, sola facti veritate inspecta, informet et si ea fore vera aut alias dictum Gundisalvum inhabilem fore repererit, eumdem Gundisalvum dicta parrochiali ecclesia sancti Petri de Guans sententialiter privet et ammoveat etiam ab eadem ipsoque privato seu ammoto eamdem ecclesiam auctoritate apostolica prefato Johanni Roderici, sive premisso, sive alio quovis modo et per quamcumque aliam personam seu per constitutionem *Execrabilis* aut liberam resignationem ipsius Gundisalvi de ea extra dictam Curiam in manibus cuiuscumque, etiam coram notario et testibus sponte factam et admissam vel per ipsius inhabilitatem vacet, aut cum eam per huiusmodi privationem vacare contigerit, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta aut alias dispositioni sedis predicte generaliter vel specialiter reservata, affecta vel litigiosa existat et super ea in dicta Curia vel extra eam inter aliquos lis, cuius litis et cause statum S. V. hic habere dignetur pro sufficienter expresso pendeat seu remanserit indecisa, eidem Johanni conferat et assignet ac provideat etiam de eadem. Non obstañ gratia expectativa, si quam habeat, in cancellaria V. S. exprimenda, cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis.

Fiat ut petitur pro omnibus quatuor, pro ultimo in forma iuris. O.

Datum Frascati Tusculane diocesis, septimo Kalendas Septembris, anno septimo.

---

(1) No ms. sinal de erro, a indicar a omissão duma palavra.
(2) No ms. *qu*, com sinal de erro.
(3) No ms. sinal de erro, a indicar talvez a omissão da palavra *seu*.
(4) No ms. *Valascus*, com sinal de erro.

811-812

1424, Setembro 2

Súplicas de D. João, rei de Portugal, e de seu familiar Lourenço Anes, cónego regrante de Santa Cruz de Coimbra, sobre a aquisição de priorados regulares e abaciais, a reter com a igreja paroquial de S. Tiago de Óbidos, e sobre o priorado do mosteiro de S. Vicente de Fora de Lisboa, vacante por morte de João Lopes.

Reg. Suppl. 178, fl. 91v-92.

Supplicat S. V. devotissimus filius eiusdem S. Johannes, Portugalie et Algarbii rex, quatinus sibi in personam dilecti familiaris sui Laurentii Johannis, presbyteri, canonici regularis professi prioratus sancte Crucis Colimbriensis ordinis sancti Augustini canonicorum regularium, specialem gratiam facientes, cum eodem L[aurentio], cum quo super defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta, ut, eo non obstante, ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura obtinere posset, auctoritate apostolica extitit dispensatum, vigore cuius dispensationis ad omnes etiam sacros ordines promotus, parrochialem ecclesiam sancti Jacobi de Obidis Ulixbonensis [fl. 92] diocesis extitit assecutus, ut quoscumque prioratus regulares et abbatiales, conventuales, si sibi alias canonice conferantur, etiam si electivi et curati fuerint, libere recipere et licite retinere possit et valeat illosque seu illas simpliciter vel ex causa permutationis aut alias quotiens voluerit dimittere et loco dimissi seu dimisse alium vel aliam, prioratum similem vel dissimilem, libere recipere et licite retinere possit et valeat gratiose dignemini misericorditer dispensare. Constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

812. Supplicat S. V. prefatus Laurentius Johannis quatinus sibi specialem gratiam facientes, de prioratu sancti Vincentii, extra muros Ulixboneñ ordinis sancti Augustini canonicorum regularium, vacante ad presens per obitum Johannis Lopi, extra Romanam Curiam defuncti, cuius fructus, etc., quingentarum librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive premisso, aut alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacet et generaliter vel specialiter reservatus, devolutus ac litigiosus sit, qui curatus et electivus et conventualis est, ad quem concorditer est electus, dignemini misericorditer providere, defectu natalium suprascripto, quem patitur, non obstante, et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis.

Fiat ut petitur de utroque. O. Fiat.

Datum Frascati Tusculane diocesis, quarto Nonas Septembris, anno septimo.

813

1424, Setembro 11

Nova súplica de Gonçalo de Bouro, abade do mosteiro de Fonte Arcada da diocese de Braga, sobre o mosteiro de S. Miguel de Refojos de Basto, vacante por morte de Afonso de S. Brás, por ter ocorrido erro na indicação do valor dos rendimentos nas letras dirigidas ao arcebispo de Braga.

Reg. Suppl. 178, fl. 190.

Beatissime Pater, alias videlicet Idus Junii pontificatus vestri anno septimo, S. V. archiepiscopo Bracharensi (1), eius proprio nomine non expresso, per suas certi tenoris litteras dedit in mandatis ut monasterio sancti Michaelis de Refoios de Basto ordinis sancti Benedicti Bracharensis diocesis, tunc per obitum Alfonsi de Sancto Blasio, ultimi ipsius

monasterii abbatis, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, de persona devoti vestri Gundissalvi de Boures, abbatis monasterii sancti Salvatoris de Fonte Archata ordinis et diocesis predictorum, provideret ipsumque Gundissalvum in abbatem predicti monasterii sancti Michaelis preficeret, prout in eiusdem litteris plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, in eisdem litteris, ad quarum executionem nondum est processum, inadvertenter expressum extiterit fructus, etc., dicti monasterii sancti Michaelis pro parte abbatis eiusdem monasterii valorem ducentarum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedere, licet a nonnullis asseratur valere quadringentarum librarum Turonensium similium, eapropter S. V. pro parte dicti Gundissalvi supplicatur quatinus litteras predictas ab earum data valere plenamque obtinere roboris firmitatem quodque prefatus archiepiscopus ad earum executionem totalem procedere libere valeat in omnibus et per omnia perinde ac si in eisdem litteris fuisset expressum fructus, etc., huiusmodi valorem quadringentarum librarum Turonensium parvorum non excedere, decernere et declarare dignemini de gratia speciali. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac omnibus aliis que S. V. in predictis litteris non obstare voluit ceterisque contrariis quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O. Fiat.*

Datum Frascati Tusculane diocesis, tertio Idus Septembris, anno septimo.

---

(1) Cf. nota 1 do n. 35.

814

1424, Setembro 28

O ministro provincial dos Franciscanos portugueses e os frades da Observância com o seu vigário residentes no convento de Orgéns da diocese de Viseu, que o bispo D. João, com o consentimento do cabido, lhes concedera, mas sem licença da Santa Sé, pedem a absolvição de qualquer irregularidade, em que por tal motivo pudessem ter incorrido, e a graça de usufruirem de todos os privilégios e imunidades da Ordem.

Reg. Suppl. 178, fl. 290v-291.

Beatissime Pater, dudum devota creatura vestra Johannes, episcopus Visensis modernus (1), locum sive heremitagium sancti Dominici de Orgees Visensis diocesis, ad episcopum Visensem pro tempore existentem legitime pertinentem, ministro provinciali ordinis fratrum Minorum professori, pro usu et habitatione fratrum dicti ordinis, capituli Visensis ad id accedente consensu, ordinaria auctoritate concessit ipseque ignarus id per sedem apostolicam esse prohibitum, pura conscientia et bona fide mereri credens et non demereri, locum ipsum, licentia sedis apostolice non obtenta, recepit ibidemque domum pro usu et habitatione fratrum cum ecclesia et aliis necessariis officinis construxit, in qua vicarius et nonnulli fratres sub regula observantie dicti ordinis degentes residerunt,

prout resident de presenti, licet ipsorum aliqui sint defuncti, inibi missas et alia divina officia celebrando, quare pro parte dicti ministri provincialis et fratrum dicte domus S. V. devote et humiliter supplicatur quatinus, eis paterno et pio compatientes affectu, eos ab excommunicationis sententia, si quam propterea incurrerunt, absolvere seu absolvi mandare dignemini, super irregularitate, [fl. 291] si quam occasione premissa incurrerunt, divina officia celebrando, aut alias immiscendo se illis, misericorditer dispensantes, omnem inhabilitatem et infamie notam sive maculam abolendo, necnon concessionem huiusmodi confirmantes, quodque domum ipsam pro uso et habitatione ipsorum perpetuo retinere cum campanili et campana ac cimiterio ac omnibus privilegiis, immunitatibus et exemptionibus dicti ordinis gaudere valeant, concedere dignemini de vestra benignitate solita et gratia speciali. Constitutionibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus dicti ordinis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque et cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur. O.*

Et dignetur S. V. quod littere super huiusmodi gratia conficiende transeant gratis de mandato V. S. ubique, quia pauperes sunt et nichil habent. — *Fiat ubique. O.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, quarto Kalendas Octobris, anno septimo.

---

(1) Cf. nota 1 dos n.os 430, 451, 514.

815

1424, Setembro 30

Álvaro Gonçalves, clérigo do Porto, pede nova provisão da igreja paroquial de S. Martinho de Cavanhão? da diocese de Viseu, vacante por morte de Vasco Anes.

Reg. Suppl. 175, fl. 283v.

Beatissime Pater, vacante parrochiali ecclesia sancti Martini de Cavanhom Visensis diocesis, per mortem quondam Valasci Johannis, devotus vester Alvarus Gunsalvi, clericus Portugalensis, eamdem vigore gratie expectative S. V. acceptavit et de eadem sibi obtinuit provideri, timet nichilominus acceptationem, provisionem ac inde secuta certis de causis viribus non subsistere. Supplicat igitur eidem S. dictus A[lvarus] quatinus sibi de eadem, cuius fructus, etc., quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut prefertur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, aut alias generaliter vel specialiter reservata, devoluta aut litigiosa sit, dignemini misericorditer de novo providere. Non obstante gratia expectativa in cancellaria S. V. exprimenda. Et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, pridie Kalendas Octobris, anno septimo.

816

1424, Outubro 4

Súplica de Frei João de Baeça, vigário geral dos franciscanos das ilhas Canárias, sobre a aplicação de certos legados dos reinos de Castela e de Aragão nos gastos das viagens que deviam empreender na sua missão de pregadores do Evangelho.

Reg. Suppl. 179, fl. 29-29v. Publicado em *Monumenta Henricina*, III, Coimbra 1961, n. 50.

Exponitur S. V. pro parte humilis et devoti vestri Johannis de Baeça, fratris expresse professi ordinis fratrum Minorum, vicarii generalis fratrum dicti ordinis in insulis Canarie, quod, cum idem exponens et alii fratres eiusdem ordinis fervore devotionis succensi, zelo orthodoxam fidem augmentandi et incolas dictarum insularum viam ignorantes veritatis, in quibus a paucis citra temporibus evangelicum verbum seu certis earum promeretur, ad eamdem convertendi fidem accesserunt et tam eorum quam aliorum predicationibus et instructione multi ex huiusmodi incolis in certis insulis ad ipsam fidem fuerunt conversi, sed propter longam maris distantiam tam de Castelle etiam Aragonum regnis propinquioribus eisdem insulis, certis christianis regnis quam de una ad aliam ex dictis insulis sine magno navigio transire nequeunt et careant facultatibus pro huiusmodi navigio et illud sustinendo, ad quod habendum sine piis christifidelium elemosinis sufficere non possunt, idcirco supplicat S. V. frater Johannes predictus quatinus pro huiusmodi navigio habendo, sustinendo et gubernando duo milia florenorum auri de camera super quibuscumque legatis incertis ad pias causas seu restitutionibus vagis per christifideles regnorum predictorum, in eorum ultimis voluntatibus seu testamentis hactenus dimissis seu de cetero dimittendis, concedere et assignare misericorditer dignemini, committentes episcopo et rectoribus civitatis Barchinonensis, qui pro tempore fuerint, ut ipsi quamdam personam fidelem, vicario et fratribus predictis congruentem, cui iidem vicarius et fratres satisfacere teneantur, ad huiusmodi duo milia florenorum ex predictis legatis incertis in eisdem regnis per se vel alias personas fideles, quas duxerint deputandas, colligendum et recipiendum, cum potestate apostolica auctoritate contradictores compellendi per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia possint deputare, quibus collectis et receptis ac eis assignatis, iidem episcopus et rectores ex eis prefatum navigium cum omnibus necessariis pro servitio et usu vicarii et fratrum predictorum emant seu emi faciant, ipsumque semper sub sua custodia teneant et fidelitate ac in eo quamdam bonam personam fidelem et in navigando peritam ponant, que vicario et fratribus predictis et aliis pro tempore in eisdem insulis existentibus serviat, ipsumque navigium regat et gubernet, quod quidem navigium alienari, vendi seu impignorari non possit nec etiam ad alium locum commutari seu mitti aut conduci absque dictorum vicarii et fratrum consensu, necnon vicarius et fratres predicti huiusmodi navigio de necessariis providere ac nautis et gubernatoribus ipsius satisfacere teneantur, locorum Ordinariorum et quorumcumque aliorum [fl. 29v] in premissis licentia minime requisita ac iuribus, constitutionibus, ordinationibus, privilegiis, indultis et gratiis apostolicis, illis presertim quibus caveri asseritur quod fratres ordinis beate Marie de Mercede et Sancte Trinitatis Redemptionis captivorum possint in regnis predictis omnia incerta legata ad pias causas dimissa petere et exigere et ea in

redemptionem captivorum convertere, aliisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur.* O.

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, quarto Nonas Octobris, anno septimo (1).

(1) Publica-se este documento, por estar relacionado com as questões entre Portugal e Castela sobre as Ilhas Canárias.

817

1424, Outubro 13

Petição de Pedro Gonçalves, sacerdote da diocese de Viseu, sobre a igreja paroquial de S. Tiago de Carvalhais da mesma diocese, vacante por João Fernandes não ter recebido as Ordens sacras como devia.

Reg. Suppl. 175, fl. 297.

Beatissime Pater. Supplicat S. V. devotus vester Petrus Gundissalvi, presbyter Visensis diocesis, quatinus sibi gratiam facientes specialem, de parrochiali ecclesia sancti Jacobi de Carvalaães dicte diocesis, vacante ex eo quod quidam Johannes Fernandi, clericus dicte diocesis, detentor eiusdem, ipsam obtinens, non fecit se infra tempus a iure statutum, impedimento cessante legitimo et nulla desuper canonica dispensatione obtenta, ad sacros ordines promoveri, cuius fructus, [etc.], sexaginta librarum Turonensium parvorum [communi extimatione] valorem annuum non excedunt, sive premisso, sive alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona, sive per assecutionem alicuius alterius beneficii apostolica vel quavis alia auctoritate collati, sive per liberam resignationem ipsius Johannis vel cuiuscumque alterius in Romana Curia vel extra eam, etiam coram notario et testibus sponte factam, quam, si est ita, presentibus admittere dignemini, sive per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta, aut ipsa parrochialis ecclesia alias specialiter vel generaliter reservata, affecta vel litigiosa existat, cuius litis statum presentibus habere dignemini pro sufficienter expresso, eidem Petro dignemini misericorditer providere. Cum ceteris non obstañ et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur.*

Datum Rome, apud Sanctam Mariam Maiorem, tertio Idus Octobris, anno septimo.

818

1424, Novembro 16

O cavaleiro João Gomes da diocese de Coimbra solicita a faculdade de fundar uma albergaria junto do ermitério de Santa Maria do Campo, pertencente ao mosteiro de Santa Clara de Coimbra, por ele ampliado e restaurado, devido às cheias do rio Mondego, e de unir à albergaria o dito ermitério depois de recompensar as freiras pela cedência do mesmo.

Reg. Suppl. 179, fl. 236v-237.